JOAN. GEORGII GODELMANNI JC. & P.P.

TRACTATUS De MAGIS, VENEFICIS ET LAMIIS, RECTE COGNOSCENDIS ET PUNIENDIS,

Propter varias & controversas de hac quæstione hominum sententias, utilissimus & cunctis ad Rerumpublicarum gubernacula sedentibus maximè necessarius.

IN TRES LIBROS distributus.

Cum Elencho & Indice Rerum ac Verborum locupletissimo.



NORIBERGÆ,
Sumptibus Joannis Danielis Tauberi, Bibliop.
ANNO, M. DC. LXXVI.

JOHANNIS GEORGII GODELMANNI, JCti
PRÆFATIO
IN LIBRUM I.

QUod felix & faustum sit, Auditores humanissimi! in explicatione publicorum judiciorum Constitut. Carolinæ, quam nominamus die peinliche Halßgerichts Ordnung / pervenimus usque ad c. 109. De Magis & Veneficis, Reis criminis læsæ Majestatis divinæ. Ad læsæ namque Majestatis crimen referri quoq; possunt delicta immediatè in Deum, altissimam Majestatem l. fin. C. de Feriis commissa, ut sunt blasphemiæ, hæreses, magiæ, incantationes, noxiæ, prædictiones & consultationes divinantium, ut rectè Wesenbecius in Pa. D. ad l. Jul. Majest. in fin. Jacobus Damhoud. in pract. Crim. c. 61. n. 1. Et Althusius l. Jur. Rom. c. 52. notarunt: n. longè gravius æternam quam temporalem majestatem. Authent. Gazaros C. de hæret. & Manichæis verba c.

sunt: So jemand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zufügt / soll man Straffe mit dem Fewer thun. Wo aber jemand Zauberey gebraucht / und damit Niemand Schaden gethan hätte/sol sonst gestraft werden nach Gelegenheit der Sach / darinn die Urtheiler Rahts gebrauchen sollen / wie von Rathsuchen hernach geschrieben stehet. *Si „quis hominibus magicis artibus & veneficiis „damnum dederit, injuriamvè fecerit, is morte „mulctandus est & igne comburendus. Qui ve„rò Magia uteretur, nec alicui damnum intulis„set, puniri quidem juxta qualitatem causæ de„bet. In quibus casibus Judices consilio utantur, „sicuti infrà. Huc quoq; pertinet c.43. De suffi„cientibus indiciis in crimine Veneficii: Si quis „se offerret ad tradendum docendumq; alios, in„cantationes, aut eas cuipiam minaretur etiam; „ac illi, cui minata essent, tale quippiam contin„geret, seu cum incantationibus aut similibus „suspectis rebus commercium haberet, ac se ta„lem, vultu, verbis, moribus, quæ incantationi„bus conformia essent, exhiberet, aut alioqui de „his persona ipsa notata diffamataq; esset, indi„cium legitimum præbent incantationis, suffi„cientemq; occasionem torquendi.* Von Zauberey gnugsam Anzeigung: Wann jemand sich erbeut/andere Menschen Zauberey zulernen/ oder

oder jemand zu bezaubern bedrawet/ und dem Bedraweten dergleichen geschicht / auch sonderlich gemeinschafft mit Zauberern und Zauberin hat / oder mit solchen verdächtlichen Dingen/Geberden/Worten und Wesen umgehet/die Zauberey auff sich tragen / und dieselbige Persohn desselben sonst auch rüchtig/ das gibt ein redlich Anzeigung der Zauberey und gnugsam Ursach zu peinlicher Frage. *Et „capitulum 21. de indiciis Maleficorum & Magorum : Nemo ex indiciis Maleficorum seu „Magorum, hoc est, eorum, qui Magicis & prohibitis artibus utuntur ac præsagiunt, vinciatur, „torqueaturve, quin potius ejusmodi arioli & „accusatores idcircò puniantur. Desumptæ sunt „autem suprà dictæ constitutiones ex titulo D. „ad l. Corneliam. De Sic. & Venef. Item ex tot. „t. C. de malefic. & Mathemat. Concordat quoq; „cum supra allegatis constitutionibus & legibus „§. Item l. Cornelia. Inst. de publ. jud. ubi Imp. „ait, Eadem lege & Venefici capite damnantur, „qui artibus odiosis tàm venenis quàm susurris „Magicis homines occiderint, vel mala medica-„menta publicè vendiderint.* Cùm autem in hoc maleficii genere multa turbulenter, ex sinistra fanatica ac pestilenti solùm suspicione, agantur, quod laudabile illud discrimen inter prophanos vel infames Magos, Vene-

 ficas

ficas & Lamias sit confusum, & hactenus, absq; ullo discrimine & exactissima cognitione de his actum & pronunciatum (Germani enim nostri, absque ulla differentia, Magos, Ariolos, Incantatores, Veneficas, ejusque farinæ semidæmones, Sagas, Lamias & Striges nominant, Schwartzkünstler/Zauberer/Hexen/Unholden/ & hoc idiomate Toverer/Toverschen) ideò, ne nominum confusio in hoc tractatu errorem pariat, in irroganda pari pœna, primo omnium Magos & Veneficas à Lamiis sejungere voluit.

Deinde cum diversæ sint de hoc maleficii genere opiniones & sententiæ (Johannes enim Bodinus J C. Gallus, & præclarè alias de Repub. literaria meritus, Lamiarum potentiæ nimium tribuit, ordinarium processum in hoc delicti genere rejicit, & multas absurdas & jam dudum explosas opiniones in lucem revocat: Johannes verò Wierus Medicus Germanus Veneficas parùm aut nihil efficere posse scribit: Et deniqùe Gulielmus Adolphus Scribonius explorationem per aquam frigidam, jam dudum à Lothario Cæsare & Ecclesia abrogatam, in usum revocare studet) primum has opiniones diversas ordinè enumerabo, & deinceps quæ receptior veritatique magis consentanea, & cui

judex

judex, absque ulla ſuæ conſcientiæ læſione, tutò inſiſtere poterit, fideliter monebo, idque absque ullis convitiis, quæ noſtrum ordinem non decent, & qui eo nomine apud omnes malè audit, hac præſertim ætate, qua haud doctis dictis, ſed maledictis certatur, non ex jure manu conſertum, ſed mage ferro rem repetunt, regnumque petunt, vadunt ſolida vi, publicas Reipublicæ literariæ calamitates augere. Sanè hæ diſcrepantes tot præſtantiſſimorum virorum ſententiæ, de hoc argumenti genere, judicum animos ita perturbatos & dubios reddunt, ut in hoc arduo negotio, in quo non de tritico vel oleo legato agitur, ſed de vita & exiſtimatione hominis, quibus rebus in orbe terrarum nihil eſt pretioſius, perpetui ſint Academici & hodie huic opinioni; cras alteri inſiſtant, & in miſeras illas mulierculas, quæ cum Diabolis ſe colludere, choreas ducere, concumbere, ſcopis inſidentes per caminos evolare ſomniant, ſub nomine Magorum & Veneficarum indiſtinctè ſæviant.

Porrò cum tractatio hujus argumenti obſcura & difficilis ſit, adeò, ut hîc inter ſcopulos mihi ſit navigandum: ſpero tamen futurum, ut nullum hîc faciam naufragium,

 pri-

primùm manibus ad cœlum erectis, & æterno auxilio invocato, fretus Deo, qui & res penitùs desperatas donare & consummare virtutis suæ magnitudine potest: Deinde doctissimorum tùm veterum tùm inprimis recentiorum hujus argumenti interpretum scriptis adjutus. Et quia ordo quientium modus à Baldo in proœmio D. appellatur, in jure præsertim laudabilis est, idem in l. 2. C. de origin. Jur. & bonum in ordine consistat, ac scire, quid facias, nescire verò, quo ordine facias, non est perfectæ cognitionis, idem in d. proœm. Ordo denique memoriam, quæ alioquin infirma est, l. 44. D. de acquir. poss. & non omnia retinet, l. 2. C. de veter. jur. enucl. plurimum juvat, hos tres libros in certa capita redigam.

JOSIAS

JOSIAS MERCERUS GALLIÆ JURISCONSULTUS JOANNI GEORGIO GODELMANNO, J.U.D.

TU quoq;, ut hæc mihi sit longè gratissima tellus,
Godelmanne! facis: non nunc, dulcissime, manes
Sollicito, Gulielme! tuos, quos, docte Georgi!
In memori tibi mente sitos, agnoscere lætor.
Est aliquid, nostros eadem conjungit amici
Quòd pietas animos; verum mihi major amoris
Causa super, virtus isthæc tua. Non ea falso
Tantum umbrata foris fuco; sed pectoris ima
Vera colens intus penetralia, quæq; videri
Non cupit, esse cupit. Quid, quod nos una studendi
Optio conjungit? quamvis vestigia longè
Tanta sequor non passu æquo, te jura docentem
Miratur fausto applaudens clamore juventus.
Te procul à nostro sejuncta cardine gentes
Expetiêre sibi, dubiis quem rebus egenæ
Consulerent, quin & , quæ postuma secla juvares,
Invenisti etiam, libris ac scripta propagans,
Quæ stupidi quondam laudentq; legantq; minores.
Quale, quod in sacras leges tua maxima cœpit
Elimare manus, quæ, si Deus otia libris
Exoptata dabit, nec te vexata ruinis
Oppida supplicibus cogent differre querelis,
Perficies, & perfectis, qui magnus es, idem
Major eris, dum grata tuum Germania nomen
Viventis tollet cœlo, vicinaq; tellus
Mirata invidiam taciturno pectore claudet,
Laudabunt hæc secla, colent post fata nepotes.

NATHAN

NATHAN CHYTREUS
JOAN. GEORG. GODELMANNO
JC. Compatri & affini charissimo.

OMnes si legum & juris justique patroni
Officium hac facient sedulitate suum;
Qua leges ipsas Agathander amabilis ornat,
Eloquii pandens flumina pulchra sui:
O quam mirifico gentes in flore vigebunt!
Quamvis & patriæ rara nocebit Eris.

IN TUMULUM
HIEREMIÆ GODELMANNI,
Patris Charissimi,
JOHANNES GEORGIUS F.

NOmine ut Evandrum, sic & virtutibus æquans
Jeremias jacet hic, præstans pietate, Deiq;
Sincerus cultor, fuci expers, integer omnis,
In dictis factisq; fides, constantia, candor,
Et probitas inerant: commissi cura fidelis
Officii, & patribus patriæ, populoq; probata
Integritas, scelerisq; odium, fraudisq; dolosæ,
In natos propensus erat, quos, optimus, inter
Me quoq; præcipuè, non parvis sumptibus, alma
In patria atque alibi fovit, juvitq; benignè.
Mitibus in studiis, legumq; foriq; palæstra:
Nam quoq; nomen erat claro commune Chytræo

Me

Me patre nactus avi, nato paulo antè nepote
Nominis ejusdem Rosiani ad littora Varni,
Quando ille ad Nicrum precibusq; operumq; labori
Consueto immoriens mortem non sensit, & isto
Deposuit tumulo corpus, mentem intulit astris.

JOHANNI GEORGIO GODELMANNO, J.U.D.

Dum jus Georgi, dum colesq; virtutem,
Meum te eundem semper esse censebo;
Dum sacra vatum ipse ex colam atque virtutem,
Tuum me eundem semper esse censebis.
Nam inter bonos amoris unicum vinclum est,
Nec est, ut hoc sacrarium imbibant pravi.

Janus Gulielmus Lubecensis ponebat Coloniæ Anno 1582.

LIBRI

LIBRI PRIMI

CAPUT I.

De malitia & odio Diaboli adversus Deum & homines.

CAPUT II.

De Magia naturali sive licita, & præternaturali Diabolica sive illicita.

CAPUT III.

De Præstigiatoribus.

CAPUT IV.

De Necromanticis.

CAPUT V.

De Ariolis.

CAPUT VI.

De Incantatoribus.

CAPUT VII.

De Veneficis.

CAPUT VIII.

De Curatoribus morborum hyperphysicorum præstigiosis.

CAPUT IX.

De Sortiariis.

Joannis Althusii U. J. D. Admonitio ad Judicem.

JOAN-

JOANNIS GEORGII GODELMANNI JC.

De *Magis & Veneficis*, LIBER I.

CAPUT I.

DE MALITIA ET ODIO DIABOLI adversus Deum & Homines.

Summæ.

1. *In quantis periculis mortales in hoc mundo versentur.*
2. *Diabolus obambulat sicut leo rugiens, quærens quem devoret*
3. *Satanas Christum tentavit.*
4. *Diaboli potentia describitur.*
5. *Augustini dictum de malitia Diaboli.*
6. *Historia de hospite Marchico.*
7. *Historiæ duæ memorabiles, quæ in Silesia acciderunt.*
8. *Historia de Sponsa Saxonica.*
9. *Abstinendum à diris imprecationibus & servanda sunt promissa.*
10. *Arma piorum contra Diabolum.*
11. *Diabolus novit Christum Salvatorem esse hominem.*
12. *Diabolus in propagando suo regno, tanquam simia, Deum imitatur.*

13. *Diabolus nihil magis in votis habet, quàm ut crescat inter homines Dei prophanatio.*
14. *Dæmones pro Diis colebantur.*
15. *Numerus Deorum apud gentes.*
16. *Potestas Diaboli finita.*
17. *Circa Dei assensum nihil potest Satan.*

1 MUlta quidem & gravia pericula miseros mortales in hac lachrymarum valle & diversorio exercent, at omnium gravissimum est, quòd (ut Doctor gentium Ephes. 6, vers. 5. scribit) nobis non solùm adversus carnem & sanguinem lucta est, sed adversus imperia, & potestates, & dominos tenebrarum seculi hujus, id est, adversus Satanam, qui mundi imperium sibi vendicat, qui omnes homines æterno exitio, cui ipse jam olim destinatus est, demergere conatur.

2. Ideoque obambulat sicut leo rugiens, quęrens quem devoret, 1. Pet. 5. vers. 8. & ita indefesso studio mille dolis, mille artibus nocendi saluti nostræ insidias struit, ut, quamvis sæpissimè repellatur, pugnam tamen sæpissimè instauret.

3. Si enim tanta est ejus audacia, ut æternum Dei filium semel atq; iterum aggredi non sit veritus, quam obsecro securitatem nobis polliceri possumus, qui & propriis cupiditatibus abrepti ad malum ferimur, & ipsi occasiones præbemus hosti nostris peccatis nos aggrediendi.

4. Has diaboli insidias poëta quidam christianus sequenti carmine ita descripsit.

Et

Et tempestates, incendia, seditiones,
Bella, famem, pestem, diri genus omne tumultûs,
Et varios morbos, varia infortunia rerum,
Naufragia, & mentes discordes, horrida vitæ
Exempla, & casus tragicos, & cuncta pericla
Incitat, & cumulat satanas, afflatq; furorem,
Ex scintilla ignem facit & furit impiger hostis.
Omnia, momento, cupit esse extincta, vel uno,
Omnia molitur, vocat alta tonitrua cœli,
Permittente Deo, vocat omnia flumina aquarum:
Quòd cadit ille, pedes quòd frangit & unus, & alter
Amittit miserè vitam, certè efficit iste,
Quòd tantus cumulus, moles & tanta malorum est,
Iste facit, videt, auscultat, movet omnia dira,
Promptus ad exitium nostrum, vi, fraude, dolisq;.
Arte valet, valet insidiis, & robore & astu.
Nemo sua poterit virtute resistere tanto
Hosti, divino fultus nisi robore præstet.

5. Artificiosè nimis maligni hujus spiritûs conatus varios describentem audi Augustinum, Sermon. commun. Serm. 4. Quid pravius, quid malignius, quidve adversario nostro nequius? qui posuit in Cælo bellum, in Paradiso fraudem, odium inter primos fratres, & in omni nostro opere Zizania seminavit. Nam in comestione posuit gulam, in generatione luxuriam, in exercitatione ignaviam, in conversatione invidiam, in gubernatione avaritiam, in correctione iram, in præsulatu sive dominatione superbiam: in corde posuit cogitationes malas, in ore po-

fuit locutiones falſas, in membris operationes iniquas: in vigilando movet ad prava opera, in dormiendo ad ſomnia turpia, lætos movet ad diſſolutionem, triſtes ad deſperationem: Sed ut breviùs loquar, omnia mundi mala ſunt ipſius pravitati commiſſa. Hactenùs Auguſtinus.

6. Ut autem diabolorum ſævitiam & impiorum pœnas accuratius conſideremus, & in timore Dei vivamus, quatuor hiſtorias adjiciam, diligenter omnibus perpendendas. Joachimo I. Electori Brandenburgico nupta fuit Joannis Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ Regis filia Eliſabetha, cui, ut alimenta ſe mortuo Regina haberet, oppidum Spandaco ad Svevi & Haveli fl. confluentem maritus attribuit; in quo oppido, ipſa adhuc vivente, miles quidam per Marchiam iter faciens, cùm morbo impeditus detineretur, decumbens, tradidit crumenam pecunia refertam hoſpitæ aſſervandam. Poſt aliquot dies, cùm convaleſcit, repetit ſaccum. Mulier avara, cùm ægrè tantam prædam amitteret, deliberat cum viro, utrùm reddere debeat? Ineunt conſilium, ut mulier neget depoſitum. Quare cùm miles ſuum repeteret, illa confidenter negat, ſe quidquam accepiſſe, ſimulat, ſe mirari impudentiam militis, qui auſit flagitare, cùm nihil dederit adſervandum. Miles indignitate rei motus, objicit viciſſim hoſpitæ perfidiam. Quare maritus tanquam defenſurus

furus suam conjugem, extrudit militem domo: is ante fores irritatus scelere hospitę stringit gladium, veluti impetum facturus in virum & ferit januam. Hospes implorat fidem vicinorum, & queritur suas ædes oppugnari, accurrunt lictores, & militem, quòd vim publicam fecisset, abducunt in carcerem. Post aliquot dies senatus oppidi aliò mittit narrationem facti, & sententiam perscribi petit. Constabat ædes publicè oppugnatas esse. Quare fertur sententia, ut miles ultimo supplicio afficiatur. Cumque jam instaret dies judicii, venit diabolus in carcerem ad captivum, indicans ei, quam sententiam judices laturi sint, & pollicetur, se hoc periculo eum liberaturum esse, hac conditione, ut se diabolo dedat. Miles constanter respondet, se potiùs moriturum esse, quamvis sit innocens. Cùm verò diabolus verbis multis exaggerasset periculum, nec tamen inflexisset militis animum, tandem pollicetur ei liberationem, sine ulla conditione. Et, cum veneris, inquit, in judicium, dic, te imperitum esse forensium negotiorum, & patrono indigere, ibi astabo cæruleo pileo tectus, & ornato pennis. Pete igitur, ut me jubeant causam dicere. Miles, qui hoc sine impietate facturus videbatur, ait, se hoc consilio usurum esse. Postridie in judicium ducitur, adest etiam orator tectus cæruleo pileo: ibi cùm actor peteret, militem propter vim pub-

licam capitali supplicio affici, miles respondit, se imperitum forensium negotiorum petere, ut liceat isti suo advocato pro se dicere, concedunt Judices. Ibi diabolus de jure eruditè disputat, non esse capitali supplicio afficiendum eum, à quo non sit ortum rixę & tumultûs initium, ait, ab hospite militem vi extrusum & spoliatum esse, jubet quæri saccum & locum monstrat. Ibi cum hospes vehementer negaret, addens etiam diras imprecationes, ut ipsum abreptum diabolus perderet, si fecisset. Hanc imprecationem cum invocatione diaboli, cùm aliquoties repetivisset, ibi causidicus, omissa jam disputatione forensi, adoritur hospitem, & comprehensum per fenestras & medium forum, omnibus perhorrescentibus, cum fragore abducit, nec postea unquam corpus hospitis inventum est.

7. In Silesia acciderunt duæ memorabiles historiæ, quæ ostendunt, Angelos nobis adversus diabolos opem ferre. Quidam nobilis, cùm invitasset convivas, & hora convivii jam instante & apparatu facto, spe frustratus esset, excusantibus se convivis, cur non comparerent, prorupit iratus in hæc verba: veniant igitur omnes Dæmones, si nullus hominum mecum esse potest: His dictis domo egreditur in templum, ubi pastor Ecclesiæ concionem habebat, & ut iracundiam concoquat, auscultat aliquandiu: Dum verò

in

in templo moratur, veniunt equites in aream domûs, magni & nigri, & jubent servum nobilis, ut dominum suum advocet, eique significet, adesse hospites. Servus consternatus abit in templum & indicat hæc domino suo, qui nescius consilii pastorem consulit. Pastor abrumpens concionem hoc consilium dat, ut tota familia domo exeat, quod cùm fieret, & famuli & ancillæ properarent, fortè obliti infantem in cunis jacentem & dormientem secum non auferunt. Dæmones incipiunt commessari, & vociferari, prospicereque per fenestras formis ursorum, luporum, felium & hominum, & monstrare pocula vino repleta, assaturas & pisces. Hæc vicini, nobilis, pastor & alii cùm viderent, Ah! inquit pater, ubi infans meus? vix cùm hæc dixisset, unus ex Dæmonibus ulnis suis infantem ad fenestras gestat, quasi monstraturus parentibus. Nobilis prorsus consternatus & solicitus de incolumitate infantis, fidum habens servum, quem interrogat, quęso tu, dic, quid agam? Servus, Domine! inquit, commendabo & committam vitam meam Deo meo, & in nomine domini ingrediar, & ut infantem auferam auxilio & beneficio Dei videbo; benè, inquit nobilis, Deus tecum sit, & juvet te, animùmque tibi confirmet! Servus, accepta benedictione à pastore & reliquis, ingreditur, & ante conclave, in quo erant Dæmones congregati, procidit in genua, & se

Deo commendat & hoc animo aperit januam, & videt Dæmones horribili ſpecie, ſedentes, ſtantes, obambulantes, ſerpentes, & uno impetu accurrentes ad ſe & vociferantes, Hui, Hui! tu quid hic tibi? Ille ſudans, & tamen divinitus confirmatus, alloquitur Dæmonem, qui infantem geſtabat: Tu, inquit, mihi infantem trade. Nequaquam, reſpondet iſte, meus jam iſte eſt infans, dic domino tuo, ut veniat, & accipiat infantem. Cui ſervus: Ego fungor jam officio meæ vocationis, in quam me Deus collocavit, & ſcio, quicquid in hoc officio facio, id Deo gratum eſſe. Quare ratione mei officii & auxilio, nomine & virtute Jeſu Chriſti, aufero abs te infantem, & patri ejus reſtituo: Atque ita ipſe apprehendit infantem, & brachiis ſuis amplexus eſt. Iſti nihil aliud reſponderunt, niſi vociferantes: hui nebulo, hui nebulo! relinque infantem, relinque, alioqui te diſcerpemus. Ille nihil curans minas diabolicas abiit incolumis, & incolumem infantem patri nobili reddidit. Dæmones poſtea aliquot diebus elapſis evanuêrunt, ut in ædes denuó migrare tota familia nobilis potuerit. Altera hiſtoria eſt: Quidam nobilis, pro more vocavit omnes Dæmones, & equitans aliquando noctu, neminem niſi puerum ſecum habuerat: Tùm diabolorum magna caterva in eum irrupit, quaſi eum abductura. Puer Dominum ſervatum cupiens, brachiis complectitur. Diaboli

boli clamitant: puer! aufer manus. Hac ratione servatus est nobilis. Puer enim secum Angelos custodes habuit, cujus membris nocere diaboli non potuerunt, ex quo etiam latere, & ad quod puer equitârat, semper inde recesserant Dæmones.

8. In Saxonia virgo opulenta formoso juveni, at tenuioris fortunæ, matrimonium promisit. Hic, quid futurum prævidens, illam prædivitem & sexus ratione mutabilem, fidem vix servaturam esse, puellæ respondit. Illa contra diris se execrari his verbis cœpit, si alteri quàm tibi nupsero, tunc diabolus in nuptiis illis me abripiat. Quid fit? Post intervallum aliquod mutat animum, nubit alteri, priore sponso spreto, qui eam semel atque iterum promissi, diræq; imprecationis admonuit. Sed illa posthabitis his omnibus, nuptias, cum altero sponso, relicto priore, celebrat. Ipso die nuptiali cognatis amicis & convivis hilaribus, sponsa, vigilante conscientia, redditur tristior solito. Tandem diaboli duo, sub specie duorum equitum, in ædes nuptiales adveniunt, excipiuntur, adducuntur mensæ, hisque remotis, choreæ, unique ex his sponsa, honoris causa, tanquam peregrino, adjungitur, cum qua bis saltavit, & tandem eam è conspectu parentum & amicorum, summo cum gemitu & lamentatione, per ostium, in altum sustulit. Altero die parentes & amici mœsti, sponsam

quærunt, ut delapſam fortè ſepelirent, ſed ecce idem ſocii occurrunt, veſtes, aurum referentes, additis his verbis: non in has res, ſed in ſponſam à Deo nobis fuit poteſtas conceſſa.

9. Hanc poteſtatem Satanæ in homines Deus quandoque permittit, ut reliqui exemplo eorum admoniti, à diris iſtis imprecationibus abſtineant. Quidam enim his votis usque adeò aſſueſcunt, ut in habitum ea degenerent, & pro decoro tandem habeatur, atque orationis lenocinio, ſi in colloquio horrendæ ejusmodi concrepent voces. Deinde ut tractatus ac pactiones de conjugio contrahendo, non pro levibus ſermocinationibus, quaſi de fabulis aut aſini umbra, ſicut in proverbio dicitur, habeant, ut ait Franciſcus Hottomanus Conſ. 44. n. 8. Sed pro conventione de re omnium graviſſima, &, ut Apoſtolus ait, maximè honorabili.

10. Cùm itaque tanta ſit malitia & odium diaboli adverſus mortales, ſemper nos in excubiis ſtare, ſemper armis ſpiritualibus, oratione, invicta fidei conſtantia, ſuſpiriis ad Jehovam, Ducem exercituum, munitos eſſe, ſemper gladium ſpiritûs, ore ſimul, & manibus vibrare convenit, ne, Chriſti merito partam victoriam, noſtra ſocordia amittamus, & ſalutis noſtræ naufragium faciamus.

11. Noverunt enim Diaboli Chriſtum veniſſe

nisse in mundum, ut destruat opera eorum: sicuti confitentur Marc. 1. v. 24. illum ipsum esse sanctum DEI, qui sit Redemptor Israëlis, dum ad Christum dicunt, Ah, quid rei nobis tecum est, Jesu Nazarene! venisti ad perdendum nos. Novi te, qui sis, nimirum sanctus ille Dei. Et Matthæi 8. v. 29. Quid nobis tecum? JESU fili DEI! venisti ad torquendum nos.

12. Certum præterea est, Diabolos tanquam simiam DEUM imitari, in erigendo & stabiliendo suo regno. Nam ut DEUS per Prophetas suos sanctos cum populo suo locutus est: ita hic princeps mundi per sua mancipia, Magos scilicet sceleratos, cum hominibus confabulatur, eosque mille modis decipit. Deinde ut DEUS verbo, Sacramentis, miraculis, & spiritu suo erigit Regnum & propagat: Ita Satan suo verbo (*cum verbum Dei facit suum abusu*) suis sacramentis (*id est characteribus, figuris, pilis, & aliis nugis*) suis præstigiis (*loco miraculorum*) & suo spiritu (*quo efficax est in voce Magorum & Incantantium.*)

13. Nihil enim in votis magis habent maligni hi spiritus, quàm ut indies magis magisque crescat inter homines prophanatio nominis & verbi DEI. Hinc fit, quod se adeò obsequentem præbeant Magis & Veneficis, qui nomine DEI & sacrosancto ejus verbo, ad Magicas incantationes, superstitiones, figuras & sacrilegas adjurationes, abutuntur, ut Ni-

Nicolaus Hemmingius, doctissimus Daniæ Theologus in Syntag. Instit. Christian. de Magia. num 2. 3. & 18. scripsit.

14. Eò demum audaciæ & petulantis fastûs excrevit horum insolentia, & ars, ut pro Diis quoque haberi voluerint, & præsidere regionibus, populis, insulis, montibus, locis, urbibus, vicis, familiis, quorum nomina partim sacræ literæ, partim historiographi recensent.

15. Fuerunt apud gentes ad minimum tricies sex mille Dii, ut veteres annotarunt, præter Deos Manes, id est, parentum, & consanguineorum spiritus, quos pro Diis habebant, quibus sacrificabant, & ad quorum sepulchra comedebant. O in quantis tenebris & densa caligine noctis sederunt gentes! antequam Redemptor gentium advenit, qui ipsis, qui vincti erant, dixit: Exite, & iis, qui in tenebris sederunt: Illuminamini, Esaiæ 48. v. 8.

16. Et quanquam DEUS ex suo arcano consilio & nostro merito, ut diabolus suam Tyrannidem & ludibria in cujuscunque ordinis homines exerceat, quandoque permittit: Non tamen indulget ei, connivetque ad omnia; sed limitatam & finitam potentiam ei concedit, alioqui uno momento à diabolo enecti interiremus omnes. Exemplum habes Matth. 8. v. 31. & 32. ubi porcos ingredi nequivit, nisi singulari Christi permissione.

17 Nec

17 Nec unquam illi DEUS in homines vel tantillum concedit, nisi ut vel probentur, si boni sunt; vel castigentur punianturꝗ; si peccatores; præfixis terminis, ultra quos egredi non potest.

CAPUT II.

DE MAGIA NATURALI SIVE Licita: Et Præternaturali Diabolica sive illicita.

Summa.

1. *Deus vult hoc mundi theatrum à se conditum, & abditas in eo rerum causas ab hominibus pervestigari.*
2. *Definitio Magiæ naturalis & licitæ.*
3. *Magorum professio olim laude dignissima.*
4. *Qua ratione Magia naturalis in Goëtiam, Pharmatiam & Magiam infamem dividi cœperit.*
5. *Thomæ Erasti sententia de Magia licita.*
6. *Magia triplex, juxta Julium C. Scaligerum Europæ philosophum summum.*
7. *Magorum definitio.*
8. *Pacti & confœderationis Magorum cum diabolo modus.*
9. *Quomodo diabolus suis mancipiis & cultoribus se conspiciendum prabeat.*
10. *Quomodo eos Magica arte instruat.*
11. *Diabolus se à Magis cogi patitur.*
12. *Quæ sit præcipua causa, quamobrem Magi se diabolo obstringant.*
13. *Magi plerique fuerunt Clerici.*
14. *Historia de Jacobo Mago Perusino sacerdote Italo.*
15. *Historia de quodam Italo Viennensi.*
16. *Magorum insignis est differentia.*

1 DEUS

1 DEUS Jehovah, Rex Zebaoth, & Dux exercituum fortiſſimus, vult pulcherrimum hoc mundi theatrum á ſe conditum, & abditas in eo ac latentes rerum cauſas, vires ac effectiones ab hominibus perveſtigari ac cognoſci, ut ipſius Dei bonitatem, ſapientiam, ac potentiam celebrent. Et in lege æterna, DEUS, non solùm quid in præſentia agendum ſit, verúm etiam futura rectè factorum præmia, & ſcelerum pœnas fatali ordine ſequentes, prædicit, & de ſecuturo judicio ac æternis impiorum pœnis, & piorum gloria, vaticinationes edidit, quas vult à nobis conſiderari, non ut curioſitatem inanem, ſed aſſenſionem de próvidentia alant, & metu pœnarum homines à ſceleribus deterritos, ad pietatem & virtutis decus, majori cura colendum exſuſcitent ac invitent. Hanc igitur naturæ à Deo conditæ, & generationum ac corruptionum, aliarumque mutationum in natura & imperii cauſas, vices, periodos, effectiones, qui ſcrutabantur, à Perſis Magi: ab Hebræis Prophetæ: à Græcis Sapientes & Philoſophi: fortè ab *Hagah*, quod meditari, cogitare, inquirere ſignificat: ab Ægyptiis Sacerdotes vocabantur:

2. Et hanc, Magiam naturalem ſive licitam, vulgò adhuc nominant, ad quam Phyſicorum & Medicorum Prognoſtica, ab ipſo naturæ ordine & ſignis divinitus in natura

con-

conditis ſumpta, item Aſtronomicæ prædictiones Ecclypſium, magnarumq́; conjunctionum: imò etiam Politicæ divinationes, injuſtis & ſceleratis pœnas certò ſecuturas denunciantes (quæ omnes divinitus approbatæ & conceſſæ ſunt *εἱμαρμένον γὰρ τῶν κακῶν βουλευμάτων κακὰς ἀμοιβὰς ἔστι καρπῶσθαι βροτοὺς*) referri queunt.

3. Et ſic Magorum profeſſio olim fuit laude digniſſima, quia cognitio illa Dux eſt ad cognitionem DEI talem, qualem mens humana poſt lapſum, extra verbum DEI revelatum, ex naturæ contemplatione concipere poteſt. Tales Magi ex Theologorum ſententia fuerunt, Moiſes, Joſephus, Salomon, & tres Magi Orientales, qui ex aſpectu & contemplatione ſtellæ cœleſtis Chriſti Dei filii nativitatem proſpicientes ex Perſarum urbe Suſa (in qua florentiſſima fuit olim Magorum ſchola) iter videlicet dimenſi ducentorum & triginta milliarium ad adorandum eum, usq́ue Hieroſolymam profecti ſunt, ubi interrogati à Herode de loco nativitatis Chriſti, citant vaticinium Michæ. 5. v. 5. Vide Lambertum Danæum doctiſſimum Galliæ Theologum in Phyſica ſua. Tract. 4. c. 36. Poſteà, cùm luce cœleſtis doctrinæ, & vera Philoſophia relicta, Magi ſuperſtitioſas ac diabolicas artes colerent, dæmonum evocationem his rebus adjungerent, ſicut Proclus teſtis eſt in libr. de Sacrif. & Mag. faſcinationem, item præſtigia,

ſtigia, de quibus in lib. de Myſteriis loquitur Jamblichus, Philtrorum etiam, Pharmacorum & incantationum maleficia, de quibus paſſim poëtæ, & pulchrè Virgilius in Ecloga, quæ de Pharmaceut. inſcribitur. Et Horatius Epod. Ode ult. & ſerm. Sat. 8. factum eſt, ut ἀλλακαταχρηστικῶς honeſtiſſima olim Magorum appellatio ad eos, qui infami illa incantationis arte utuntur, translata ſit:

4. Et Magia, quæ antè perfectiſſimæ ac ſecretioris ſanctiorisque Philoſophiæ erat appellatio, in Göetiam & Pharmatiam dividi cœperit. Carolus Molinæus ad Conſtitut. Pariſienſes Tit. 1. de matiere feodal. §. 30. nu. 38. Vide Stephanum Szegedinum in locis com. de Magia. Tab. 1.

5. Quis igitur non ſummoperè demiretur, ut rectè Scribonius in Phyſiologia Sagarum ſcribit, ſententiam Thomæ Eraſti, in diſputat. ſuis, parte 1. ubi contendit, nullam Magiam inveniri licitam, adeò, ut dicere non vereatur de Magis ſolis, qui ad Chriſtum venerunt, quid loquatur, ſe non habere, bonine fuerint an mali?

6. Longè circumſpectior Eraſto, magnus ille Europæ philoſophus. Julius C. Scaliger, qui Magiam in libro de Subtilitat. ad Cardanum Exercit. 327. ita diſtinguit: Magia (inquit) eſt triplex: Una infima, fœda & ſordida, cum cantiunculis, cadaveribus, funibus ſuſpendioſorum. Quæ ſi quis attrectare au-

audeat, etiam moriatur. Media ex astris deducit vires in specula, sigilla, annulos, tabellas. Tertia divina est. Nomen apud vulgus odiosum facit colluvies impostorum (at apud Persas nihil aliud, quám Sapientem sonat) propter Smerdis proditionem, ac perfidiam infensam diu. Hac, dominum JESUM fuisse promissum regem, cognoverunt illi, qui ad eum adorandum longinquis è regionibus profecti fuerant. Hactenus Scaliger.

7 Magi itaque hîc nobis sunt, qui scienter se ad dæmones convertunt, cum ipsis fœdus ineunt, pro DEO eos colunt, ipsorum opem & consilium implorant, ipsosque per Magicas ceremonias, verborum sive barbarorum & ignotorum sive cognitorum recitationem, additis monstrosis characteribus, imaginibus, exorcismis, dirisque execrationibus, evocant & alliciunt. Germanicè nominamus Schwartzkünstler / propterea, quod plurimùm artes suas Magicas noctu & in tenebris conficiunt, & Satan nigra imagine illis apparet, ut nigri hominis, canis nigri, felis, ursi, monachi vel anus. Jacobus Revardus JC. Magiam in c. 23. in LL. XII. Tabular. ita definit: Magia est res, occulta non minùs quàm tetra & horribilis, plerumque noctibus vigilata, & tenebris obstrusa, & arbitris solitaria, & carminibus murmurata, cui non modò servorum, sed & liberorum pauci adhibentur.

8 *Pacti porrò & confœderationis ipsius modus ex*

 Ma-

Magorum confessione talis esse perhibetur, ut quicunque se Satanæ dedere velit, primùm (quod dictu horrendum est) DEO conditori suo renunciet, fœdus cum eo in sacro Baptismo factum rescindat, Filium Dei abneget, ejus beneficia detestetur, nomen Blasphemiis, convitiis & contumelia adficiat, ipsum Diabolum solum adoret, omnemq; spem & fiduciam in ipsum collocet, imperata sedulò exequatur, rebus à DEO creatis non nisi ad noxam & perniciem hominum utatur: postremò fato suo functus, corpus & animam diabolo destinet, idq; alii per dæmonis familiaris nomen jurejurando, alii chirographo, sanguine proprio scripto, polliceri coguntur.

9. Econtra diabolus hisce suis mancipiis & cultoribus, assumpta monstrosa forma & nomine vel hominis, vel animantis, conspiciendum se offert, familiariter colloquitur, multisque fallacibus obligationibus pollicetur, se vocatum ab ipsis quovis tempore præstò futurum, consilia collaturum, omnibus in rebus & maleficiis opem laturum, ad interrogata quæcunque responsurum, ex omnibus periculis & carceribus liberaturum, opes, divitias, voluptates, sine ipsorum labore, subministraturum; denique se totum eorum voluntati, veluti mancipium subjecturum, & imperata studiosè exequuturum.

10. Peracta deinde hac nefaria confœderatione, discipulos suos, vel ipse per se, vel per veteranos Magos & libros Magicos, edocet initia artis Magicæ: Primùm quomodo

so-

ſolennes myſterii ſui ceremonias inſtituere: Secundò monſtroſos characterès depingere, ſigilla ſculpere, imagines ex cera & metallis fingere: Tertiò, quas res, ut ſtirpès, lapides, metalla, terras, rotarum & furcarum & funiculorum, quibus pœna affecti ſunt ſontes, particulas, oſſa & pilos mortuorum, aliàve plura, quo loco, quo tempore, quibus verbis, ad peragenda ſua maleficia, ut vim maleficam nanciſcantur, adhibere debeant. Quartò, quomodo hæc ipſa intra corpus exhiberi, vel foris applicari, offundi, ſuffundi, & quomodo uſurpari conveniat. Hoc modo inſtructis diſcipulis ipſe ſtatim vocatus adeſt, vel hominis, vel animalis monſtroſa forma, quæ ſibi placeat, ut & videri exiſtimetur, & humana voce uti, & cum ipſis familiariter colloqui, conſilia ſuggerere, ad interrogata reſpondere, futuraque prædicere.

11. Neque præſto eſt modò (*ut diximus*) verùm etiam, ut ſuis laqueis irretitos contineat, ſe ab ipſis cogi, & in certam cuſtodiam, veluti annulum, capulum gladii, vitrum criſtallinum, & alia includi patitur, & quæ mandata ſunt, exequitur.

12. Nimia autem cupiditas futura & occulta ſciendi, quæ ipſos primos quoque parentes decepit, præcipua cauſa eſt, propter quam Magi ſeſe diabolo obſtringunt. Nec enim quiſquam ſua ſorte contentus eſt, ſed certatim omnes in DEI arcana penetrare volu-

mus, ejusq; summam illam præscientiam consecuti nobis videmur, si quædam futura, & aliis adhuc ignota, ipsi præsciverimus. Hanc vanitatem cùm in animis hominum inesse videret omnibus seculis Satan, & futura prænosse gestirent homines, istam hominum demulcendorum sibique devinciendorum & & conciliandorum occasionem sedulò arripuit. Itaque pollicitus est, se facilè iis præstiturum & effecturum, quæ ipsi cuperent, daturumque rerum futurarum cognitionem, si sibi parere & obtemperare vellent. Id quod vani, insani, curiosique homines nequaquam renuêre. Itaque tandem contractum est inter utrosque, Satanam & istos divinandi cupidos homines, arctissimum fœdus, & vinculum, ut Satan futura præmonstraret, ipsi in ejus mancipio & peculio de cætero essent, ut ait Lampertus Danæus de Sortiariis c. 1.

13. Olim rarum hoc studium, sub Christianismo verò tandem adeò invaluit, ut Sacerdotes & Clerici non satis exculti literis viderentur, nisi in hac damnata professione laudem haberent. Sed & Pontifices hac arte sedem fœdarunt. Si Platinæ & aliis credimus, bona pars Magicis artibus Pontificatum affecuta est; legantur illorum vitæ, Sylvestri II. qui caput æneum habuit, quod consuluit. Benedicti VIII. Gregorii VII. Joannis XX. & XXI. Alexandri VI. & aliorum.

14. Ja-

14. Jacobum Perusinum Sacerdotem, Paulus Grillandius JC. scribit lib. 2. de Sortil. c. 6. maximum fuisse totius Italiæ Magum, qui cùm missam canens, versus populum sese obvertisset, ut diceret: Orate pro me &c. die quodam dixit: Orate pro castris Ecclesiæ, quia laborant in extremis: eodemque momento cæsa fuisse castra, quæ Perusio (*ubi canebat missam*) viginti quinque milliaribus aberant.

15. Similem historiam legimus in Philippo Comminæo, de quodam Italo Viennensi Archiepiscopo, qui præsente Ludovico Rege XI. die Epiphaniæ missam celebrans in æde S. Martini Turonensis, quando Pacem Regi osculandam præbuit, hæc verba pronunciavit: Pax tibi, ô Rex! hostis tuus est mortuus. Et hora eadem compertum est, Carolum Ducem Burgundiæ ad Nanceum in Lotharingia occidisse.

16. Insignis est autem Magorum differentia, quam ob varietatem suppliciorum necesse est cognoscere. Quidam expressam malorum spirituum invocationem adhibent, alii carent malorum spirituum invocatione. Hi autem præ omnibus abominandi sunt, qui Deo & cultui ejus renunciârunt, & in eorum impiis actionibus diabolum invocant. Et hi, vel Præstigiatores, vel Necromantici, vel Arioli, vel Incantatores, Venefici, & Curatores morborum præstigiosi nominantur. Reliquos verò Sortilegos & Lamias appellamus.

CAPUT III.
DE PRÆSTIGIATORIBUS.

SUMMÆ.

1. *Præstigium antiquissimæ artis Magicæ species est.*
2. *Præstigium quid sit.*
3. *Præstigiatores qui dicantur.*
4. *Quid Græcis sit fascinare.*
5. *Author fascini est Diabolus.*
6. Diabolo non est difficile variis speciebus apparere.
7. *Dictum S. Bernhardi.*
8. *Historia de Colloquio Diaboli cum D. Luthero.*
9. *Historia, quæ accidit Friburgi in Misnia.*
10. *Diabolus in oppido Saxoniæ Hammel humana forma in plateis obambulavit.*
11. *Diabolus præstigia ut plurimum per suos Magos perficit.*
12. *Præstigiatores Pharaonis.*
13. *An Magi Pharaonis veros fecerint serpentes, prout Moises.*
14. *Qualis præstigiator fuerit Simon Magus.*
15. *Narratio de præstigiis cujusdam Judæi Magi.*
16. *Narratio de præstigiis Alberti Magni*
17. *Narratio de præstigiis Joan Faustï, & alterius cujusdam.*
18. *Circulatorum varia præstigia.*
19. *Historia de præstigiatore quodam nobili.*

1. PRima & antiquissima artis Magicæ species est præstigium, vel fascinatio, teste Moise, Exod. 7. 8. & 9. Præstigium nihil aliud est, secundum Isidor. 8. Ety. c. 9. quàm sensuum & oculorum delusio.

2. Hinc dicitur à præstringo, quia aciem oculorum præstringit, ita ut res videantur aliter esse, quàm sint. Et ut Alexander de Ale-

Alexandro dicit p. 2. Præstigium propriè sumptum est illusio Dæmonis, quæ non habet causam ex parte mutationis rei, sed solummodò ex parte cognoscentis, qui deluditur, sive quantum ad interiores sensus, sive quantum ad exteriores.

3. Præstigiatores itaque sunt, qui operâ Satanæ hominum oculos incantationibus & illusionibus fascinant & fallunt, ut non videant ea, quæ sunt, & videre se arbitrentur ea, quæ non sunt. Hi propriè dicuntur Zauberer.

4. Et hoc verè fascinare, effascinare dicitur γοητεύειν Græcis ἰωάδειν, vel etiam βασκαίνειν, qua dictione Paulus Galat. 3. usus est: O insensati Galatæ! τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε; quis vos incantavit & oculos veluti præstigio imposuit, ut non crederetis veritati? Wer hat euch bezaubert? Ut enim Corpus & oculi fascinantur, ut credant se videre, quod minimè verum est: sic animus, pravis opinionibus imbutus, à veritate recedit, ut credat mendacio, interim juret per omnia sacra, veras se amplecti sententias. Theodorus Beza in dicto capite tertio ad Galat. Benedictus Aretius in Problematibus de Fascination.

5. Author itaque fascini est, ut eleganter Scaliger de subtilitatibus ad Cardan. Exercitat. 349. ait, non cœlestis intelligentia, sed malus Dæmon, non ut hominem faceret potentiorem, sed ut ipsum deciperet credulitate, atque socium haberet tùm impietatis,

tùm æterni exilii. Ipse igitur agit Dæmon: ſtultus ille ac vecors putat, ſuis ſeſe verbis agere.

6. Diabolo enim non eſt difficile, variis ſpeciebus, non viventium ſolùm, ſed & mortuorum hominum, item, quod minus eſt, etiam quadrupedum, avium &c. veluti in ſpecie nigri canis, draconis, bubonis & hirci apparere, & res incredibiles efficere manifeſtum eſt. Hinc ſacra ſcriptura diabolos hircos nominat Eſaiæ 13. & 34. Non rarò etiam figurâ monachi & hominis proceri & nigri, atrati, ocreis & calcaribus inſtructus Satanas ſeipſum exhibet. In Paradiſo aſſumſit formam ſerpentis, faciem virgineam habentis, & ita primos parentes decepit.

7. *S. Bernhardus dicit, quòd faciliùs vellet fornacem calentiſſimè ferventem intrare, quàm diabolum in ſua propria forma apparentem videre.*

8. Cùm in celeberrima Academia Witebergenſi operam darem ſtudio Juris, memini me aliquoties à præceptoribus meis ibidem audiviſſe, Lutheri ædes acceſſiſſe monachum, fores vehementer pulſitantem: cui cum famulus aperiret, ac ſciſcitaretur, quid vellet? num domi eſſet Lutherus? quærit Monachus. Re cognita, Lutherus eum ingredi jubet, quòd nullum multò tempore vidiſſet monachum. Ingreſſus hic, ſe quosdam errores Papiſticos habere, ait, quorum no-

nomine libenter cum ipſo conferret: propoſuitque Syllogiſmos, quibus haud difficulter à Luthero ſolutis, alios protulit explicatu minus faciles. Unde offenſus nonnihil Lutherus in hæc prorupit verba: Multum mihi faceſſis negotii, aliud enim, quod jam agerem, erat: ſimulque ſurgens, loci à Monacho propoſiti explicationem oſtendit, atque, in ejusmodi collatione, cùm, manus Monachi non eſſe avium unguibus diſſimiles, animadverteret, inquit: *Tunè is es? auſculta, ſententia hac adverſus te pronunciata eſt*, & mox locum in Geneſi commonſtrat: *Semen mulieris conteret caput ſerpentis:* inde ſubjungit: *nec cunctos tu degluties.* Hoc dicto victus Dæmon, indignabundus ſecumque murmurans abiit, eliſo crepitu non exiguo, cujus ſuffimen tetri odoris dies aliquot redolebat hypocauſtum, & projecto atramentario poſt fornacem.

9. Friburgi in Miſnia venit Diabolus humana ſpecie ad ægrotum, decumbentem in lecto, afferens librum & dicens, ut ægrotus numeraret ſua, quorum recordaretur, peccata, ſe enim illa annotaturum. Ægrotus initiò territus, & tamen animum recipiens, dixit: benè eſt, dictabo tibi ordine mea peccata, ſed titulum præfige illis, hunc in modum: Semen mulieris conculcabit caput ſerpentis. Diabolus, hæc audiens, abiit & fœtorem peſſimum poſt ſe in illa domo reliquit. Eadem hiſtoria refertur de quodam

SenatoreHalensi D.Joannis Brentii patre spiritualiChristop.HasioinOratione ipsius funebri.

10. In oppido Saxoniæ Hammel, Anno M. D. LXXXIV. die XXVI. Junii, Diabolus forum in plateis obambulavit, fistulans, & pueros ac puellas canendo ad se alliciens, eosque magno numero, videlicet centum & triginta, extra civitatem ad montem, Koppen dictum, educens, atque ita unà cum pueris evanescens, ita ut, quò illi pervenissent, rescifcere nemo potuerit. Una tantum puella eminùs reliquos secuta fuerat, quæ rem parentibus tremore magno significaverat.

11. Ut plurimùm autem Protheus hic infernalis per sua mancipia Magos, Præstigiatores, & Incantatores sua præstigia perficit, qua de re sacræ literæ & historiæ testantur.

12. Tales Præstigiatores fuerunt Magi Pharaonis, qui signa videbantur potiùs facere, ut scribit Clemens, quàm facerent.

13. Unde disputant eruditi, an Magi Pharaonis veros fecerint serpentes? Cyrillus dicit: dæmonesMagis obsecutos sustulisse virgas subitò ex oculis adstantium, & in earum locum supposuisse serpentes, magna celeritate alio ex loco illuc allatos, vivos & veros, & adstantes, hæc Dæmonum artificia ignorantes, credidisse, virgas in serpentes esse conversas. Lyra dicit tantum fuisse apparentes serpentes. Burgensis veros fuisse asserit, potentia Satanæ factos. D. Heerbran-

brandus in disputatione de miraculis Thes. 46. & 97. scribit, quòd si quis omninò contendat, non fuisse planè phantasticos serpentes, sed corpora, quæ tangi potuerunt: respondemus tales fuisse serpentes, qualia sunt Angelorum bonorum & Dæmonum corpora, quæ ad tempus adsumunt, quando apparent, ut sensibus percipiantur, quæ non sunt phantastica & prorsus nihil, sed tamen nec durabile quid, verùm proprii & medii cujusdam generis inter vera & mera phantastica corpora. In disputatione tamen de Magia Thes. 66. scribit. Non igitur Magi suis incantionibus virgas suas in serpentes verè mutaverunt, sed præstigiis oculos spectantium fascinantes lusisse arbitror, cùm ne pediculum producere potuerint. Augustinus in libro de Trinitate veros fuisse serpentes arbitratur, hac ratione motus, quod in aliis signis deinde defecerint. In eadem quoque sententia est Petrus Martyr in locis Com. & Joann. Bodinus de Dæm. lib. 2. c. 6. ubi sic scribit: Præterea dicuntur Magi Pharaonis easdem res fecisse, quas fecit Moises, id est, baculos in virgas vertisse, & ranas produxisse: quod minimè fuisset dicturus, si qua fuisset oculorũ fascinatio: nihil enim Moses per illusionem fecit, neq; Mosis serpens baculos fuisset digestura, si Magorũ serpentes meri fuissent baculi.

Sed his non obstantibus, communis est Theologorum conclusio, horum Magorum mira-

miracula Magica, præstigia, ludibriaque Satanæ nec veros serpentes fuisse: propterea quod Mosis serpentes Magorum devorârunt, id est, veros serpentes non fuisse declararunt, ut Thom. Erast. in Disput. Paracel. p. 1. fol. 40. ait. Et D. Lucas Osiander in eruditis suis commentariis super Exod. c. 7. scribit: Quod enim Magorum suorum præstigiis effecti serpentes devorabantur à serpente Aaronis, perspicuè significabat, Aaronis miraculum divinum, Magorum verò incantationes diabolicum fuisse ludibrium. Idem affirmat Josias Simlerus, ubi ait: Quærunt aliqui, an virgæ eorum revera mutatæ fuerint, an tantum fuerit sensuum delusio? Et videtur vero simile, fallacibus præstigiis impii regis oculos delusos esse, cum eorum ars impostura mera fuerit. Et Joannes Calvinus eod. cap. v. 22. Verène an imaginata fuerit imitatio, non audeo asserere, nisi quod magis consentaneum est, Satanæ artificio delusos fuisse impiorum oculos. Hanc sententiam confirmat quoque autor libri Sapientiæ, cap. 17. sic scribens: Aderant autem Magicæ artis ludibria & contumeliosa exprobratio ejus arrogantiæ, qua ob prudentiam usi fuerant. Et cap. 18. Atque ita, qui propter præstigias nihil crediderant &c. Clarè nominat hîc autor præstigias & ludibria artis Magicæ, quod certè non faceret, siquidem vera fuissent, quæ vera videbantur Ægyptiis. Idem hoc

hoc apertiſſimè affirmat Joſeph. libr. Antiquit. 2. cap. 5. Magorum Dracones non veros extitiſſe Dracones, ſed Ægyptiis viſos tantum fuiſſe ſcribens.

14. Talis quoque præſtigiator fuit Simon Magus, qui Neronis oculos & totius cœtus ſic faſcinaverat, ut arietem, Simonis loco, carnifex decollaret. Simile eſt, quod narrat Apuleius de tribus hominibus, quos à ſe putabat occiſos, cum tres hircinas pelles à Pamphila venefica faſcinatas confodiſſet. Hic Simon Magus malis ſuis artibus Samaritanos longo tempore ita faſcinavit, ut dicerent, ipſum eſſe magnam Dei virtutem. De hoc Mago multa ſcribunt veteres, velut Irenæus lib. 1. c. 10. Euſeb. lib. 2. c. 13. Egeſippus ſcribit lib. 3. c. 2. de Excidio Hieroſolymitano, Simonem illum Romam veniſſe, ibique ſe oppoſuiſſe Petro, gloriatum eſſe, ſe velle in cœlos volare: die conſtituto veniſſe in montem Capitolinum, deſiliiſſe de petra, volaſſe aliquandiu, non ſine magno populi ſtupore, qui verbis ipſius fidem adhibere cæperit: mox decidiſſe, & crus fregiſſe: poſtea Aritiam translatum ibidem obiiſſe.

15. Joann. Trittenheimius Abbas Sparcheimenſis ſcribit, Anno 876. fuiſſe quendam Judæum, nomine Sedechiam, olim Phyſicum & Medicum Ludovici Imp. qui Magicis diſciplinis inſtructus faciebat multa miracula & ſtupenda ludibria publicè coram

Prin-

Princip. & quibuscunque aliis. Effecit namque arte ſua, ut hominibus videretur devorare virum armatum cum equo & omnibus armis: currum quoque onuſtum fœno, cum equis & auriga. Amputabat hominibus capita, manus aut pedes, quæ pelvi coram impoſita cum ſanguine defluente, omnibus videnda præbuit: quæ ſtatim ad loca, unde videbantur abſciſſa, ſine detrimento hominum reſtituit. In aëre & nubibus videbantur & audiebantur ab omnibus venationes, curſus, & alia exerceri, quæ homines ſuper terram exercere ſolemus. Tàm multas & varias ludificationes faciebat, ut omnes, suprà quàm credi poteſt, mirarentur & obſtupeſcerent.

16. De Alberto Magno referunt, quòd Coloniæ in media bruma, feriis natalitiis, coram Imperatore Wilhelmo, & multis aliis principibus, ſuis præſtigiis effecerit, ut Cæſaris palatium arboribus, frondibus, gramine, & variis generibus herbarum, tanquam amœniſſimus hortus floreret, luſciniæ quoque, merulæ, aliæque aviculæ canerent. Et hoc ſpectaculo ita delectatum Imp. Wilhelmum ſcribunt, ut Alberto ejusque fratribus Trajecti prædium ampliſſimum donarit.

17. Vidi præſtigiatores, qui nives & pruinas facere potuerunt. Hac fraude mirificè quoque fuit celebris Joan. Fauſtus ſuperiori ſeculo, is ruſtico nolenti de via cedere,

dere, equos cum curru devorare visus: & alius, qui cuidam vendidit benè pingues & obesos porcos, quos cùm emptor domum abacturus in via per objectum torrentem pelleret, sola stramina vidit defluere in aquis, amissis porcis, mox aliud insolentius inde nascitur. Nam redit ad hospitium, quæsiturus venditorem nebulonem. Is in hospitio, re cum hospita composita, retró fornacem, dormienti similis, stertit, accedit iracundè emptor, heus tu impostor! ac pede trahit; pes totus sequitur, ut eximi videatur ab ipso corpore, miser hic attonitus stat, alter unipes vociferatur de accepta injuria, tandem res amicè componitur, & crure admoto, iterum suo loco refigitur &c. Præstigiator quidam Magicus Magdeburgi equulum, theatro frequenti, per circulum transilientem ostentabat certa stipe, in fabulæ exitu exiguam se apud mortales collegisse pecuniam questus, se in cœlum conscendere velle ait. Hinc in sublimi erecto fune consequitur in altum equulus: præstigiator, quasi cum cauda retenturus, quoque ascendit: cujus uxor maritum apprehendens affectatur, itidem ancilla, ut viderentur ascensu contiguo velut concatenati simul aëra petere. Hæc dum populus ad stuporem spectaret, cuidam civi eò fortè declinanti, quærentique, quidnam rerum ibi gereretur? responsum est, circulatorem cum equulo in aëra conscendere: hic

se

ſe ſtatim vidiſſe eum in vico ad diverſorium abeuntem aſſeveravit. Illuſos itaque ſe ubi animadverterent, diſceſſerunt.

18. Huc pertinent Agyrtæ & Circulatores circumforanei die Gauckelbuben / qui hinc inde in civitatibus, pagis, varia genera præſtigiorum exercent. Jubent aliquem vorare cibos, is poſtea, ſi ſpuat, ex ore ſtercora, & alia ejicit: roſam ancillæ in gremium conjiciunt, ex qua poſtea membrum virile fit, gladios, pugiones acutos devorant, & ſuper iis abſque ulla læſione incedunt. Lutherus ſcribit, ſe vidiſſe præſtigiatorem quendam juvenem, qui nudo cum ventre tanto impetu mucroni incubuerit, ut gladius ſeſe incurvaverit, & mucro ad capulum usque pervenerit.

19. Interdum quoque præſtigiatores ſocio caput amputare, eique rurſus imponere ſolent. Sicuti præſtigiator quidam nobilis in diverſorio publico in N. hoſpitis famulum, ita petentibus reliquis convivis, decollavit. Cùm autem ei caput rurſus imponere vellet, animadvertit adeſſe alium Magum, qui eum in hoc propoſito impediret. Rogat hic eum, ne hoc faceret. Verum cùm admonitioni repetitę alter non pareret, præſtigiator in menſa lilium creſcere fecit, cui cùm caput & flores amputâſſet, concidit ſtatim abſque capite de menſa Magus ille, qui alterum impediverat, & præſtigiator abſq; ullo impedimento è veſtigio famulo caput impoſuit, & ex hoſpitio urbeq́ue, ne á Magiſtratu

giſtratu propter commiſſum homicidium deprehenderetur, aufugit. Sic ceſſit ſpiritus infirmus & malus potentiori & quidem libenter, modò ut homicidium committeretur.

CAPUT IV.
DE NECROMANTICIS.

Summa.

1. *Magiæ ſpecies eſt Necromantia.*
2. *Necromantici qui dicantur?*
3. *Ritus in evocandis manibus obſervati.*
4. *Necromantia, execranda eſt Magiæ ſpecies.*
5. *Diabolus inſinuavit ſe in animarum corpora, quæ in templis erant, & per eas loquebatur.*
6. *Pythia mulier.*
7. *Gaſtrimantia quid ſit?*
8. *Sibylla Cumana fuit Dæmoniaca.*
9. *Sibyllæ omnes fuerunt Idololatræ, & Dæmonum cultores.*
10. *Error patrum.*
11. *Doctrina Sibyllarum.*
12. *An malefica in Endor verum Samuelem, an ſpectrum excitaverit, nec ne?*
13. *Hiſtoria, in qua oſtenditur, multas ejuſmodi apparitiones, nequitia & avaritia ſacrificulorum inſtructas & confictas fuiſſe.*
14. *Appion & Ulyſſes Homeri & Achyllis manes evocarunt.*
15. *Hiſtoria de Necromantico in Aula Maximiliani I. Imperatoris.*
16. *Hiſtoria Cithariſtriæ Bononienſis.*
17. *Hiſtoria de extincta uxore nobilis cujuſdam in Bavaria.*
18. *An Diabolus mortuos reſuſcitare ac vivificare poſſit?*

MAgiæ quoque ſpecies eſt Necromantia, per quam manes ſeu umbræ

 de-

defunctorum excitantur ut consulant, aut ad interrogata respondeant.

2. Et Necromantici sunt, qui sacrificiis solenni ritu constitutis & peractis, Magicis artibus & diris execrationibus, ab inferis manes evocant, accitosque de futuris sciscitantur. Νεκρὸς enim græcè, latinè mortuus, μαντεία divinatio nuncupatur. c. nec mirum 26. quæst. 5.

3. Ritibus his, ut ait Peucerus de Divinat. in loco de Magia utebantur, aras, quæ plerunq; geminæ erant, & pares, nigris ornabant vittis aut ceruleis, & Cupresso: cumq; pecudes confodissent, spirantem adhuc cruorē in effusam spargebant terram, vinumque lac & mel miscebant, postea cæsæ victimæ viscera ter circum aras gestabant, igne accenso. Hoc ritu commoveri ex imo animas, producique arbitrabantur, cumque manes placarent, pocula libabant, rogumque & sepulchrum vino, sed inversa manu, conspergebant, & nigras immolabant victimas, quarum viscerea oleo rigata conjiciebant in ignem, accensis lignis sterilibus, quæ è sequlchris eruta esse oportebat. Sacra verô noctu peragebant vel in meridie vel die decrescente. Fugere enim manè adventantem solem credebantur manes. Invaluerat autem hæc consuetudo apud Ethnicos adeò, ut Romani annuatim ter postridiè Vulcanalia, & ante sexto Idus Novembris, & ante tertio Nonas Octobris, Diti

&

& Proserpinę, in campo Martio, ubi aram Diis manibus in loco abdito subter terram effosso statuerant, victimis, epulis, thure, & mero sacrificarent, & decreta facerent de rituum illorum conservatione, & atro die manibus parentare, ne infesti redderentur, prohiberent: denique si non ritè administrata, vel ex levibus causis intermissa essent, secundò tertioque instaurari ea ac refici vellent. Hactenus Peuce us.

4. Execranda autem hæc est Magiæ species, qua Diabolus pater mendacij de Veritate, de rebus abditis, atque etiam de Salute hominum consulitur. Etenim animæ, quas Necromantæ sacrificijs à se adduci putant, sunt Diaboli, ac propterea quicunque capita mortuorum servant, nisi medicinam aut chirurgicam faciant, ij plerunque exercent Necromantiam, ut Joachimus Camerarius à se visos narrat non ita pridem, qui Diabolo per caput mortui loquente, utebantur.

5. Sed quoniā homines aliter edocti, aut aliâs meticulosi perhorrescunt noctu sepulchra accedere, & in artes istas incumbere, alias rationes excogitavit Diabolus, ut hos ad sui adorationem pertraheret: insinuabat enim se in earum corpora, quæ frequentes in templis erant, & per eas loquebatur. Id autem plurimum virginibus accidebat sortilegis, ad impietatis onus adornatis, quæ jejunantes religione maxima orabant in specu Apollinis, sommumque in ea

capiebant(*nam quò gravior est impietas,eò honestiore pietatis & religionis velo obtegitur*) tùm Diabolo in illius corpus ingresso, quæ ita noctem transegerat, illa postridiè divinabat, & de rebus quæsitis responsa dabat plerunq; amphibola, atque hæ Sacerdotes Pythiæ, nonnunquam etiam Sibyllæ dicebantur, sicut Bodin.deDæm. lib. 2. c. 3. scribit.

6 Chrysostomus de Pythia vel Apollinis oraculo ita perhibet: Dicitur hæc Pythia fuisse fœmina, quæ super tripode divaricatis cruribus malignum spiritum inferius immissum, partesque genitales, è quibus loqueretur, subeuntem excipiens, furore repleretur, & crinibus sparsis, spumansque ore debacharetur, funderetque insana oracula.

7. Hæc divinationis species Gastrimantia nominatur, quæ vaticinia profert ex ventre spiritibus turgido. Quare qui hoc divinationis genere obsidentur, Ventriloqui ab August. lib.2.cap.1.appellantur:nec aliter prolata fuerunt vaticinia tùm Pythonicorum, quorum in sacris literis fit mentio, tùm Pythiarum apud Delphos: licet alioquin ratione sexus discrimen aliquod sit. In mulieribus enim sonus horum vaticiniorum ex genitalibus partibus edebatur & audiebatur. Nec enim alia via ex Pythiis Delphicis Dæmon pronunciare solitus fuit, quàm diductis feminibus per inguen. Quin & Tertullianus autor gravissimus affirmat, se ventriloquas vidisse fœminas, è quarum puden-

pudendis vocula quædam, dum sedebant, excitabatur, respondebatque sciscitantibus.

8. Sic Virgil.lib.6. Æneid. Sibyllam Cumanam omnium celeberrimam Sacerdotem Pythiam fuisse ac Dæmoniacam, testis est. Et Cicero lib. 2. de divinat. Sibyllæ versus, inquit, observamus, quos illa furens fudisse dicitur.

Fuerunt enim omnes Sibyllæ Idololatræ & Dæmonum cultores, & à fide nostra alienæ, quarum neque sacræ literæ meminerunt unquam, neque ullam confirmationem aut approbationem dedit Conciliorum autoritas.

9. Non obstat Lactantii & eorum, qui tanti fecêre Sibyllarum oracula, authoritas. Videns enim Lactantius apud Ethnicos nihil majestatem Bibliorum posse, Sibyllinis oraculis tentavit, id quod volebat ostendere, ut Bodinus ait.

10. Existimaverunt enim sancti Patres benefactum eo tempore, si Ethnici quocunque modo pertrahi ad religionem christianam possent, quæ tamen opinio impia fuit, cum Prophetias divinitus institutas cum ijs sit nefas conjungere, quas apud paganos Diabolus Sibyllis inspiravit.

11. De doctrina Sibyllarum sic scribit Joann. Wierus in Apologia sua: Præterea doctrinæ existimationem non immeritò elevare debent figmenta, de Saturno, Titane, Japeto, Junone, Venere, Dione, Jove, Neptuno, quę certè mihi spiritum divinum sapere non videntur: eorum

tamen meminit Sibylla lib.3.oraculorum. Huc facit & Ciceronis testimonium de Arusp. responsis: Ne hoc quidem tibi in mentem veniebat Sibyllino sacerdoti, hæc sacra majores nostros ex libris vestris expetisse. Hinc, pleraque gentilium sacra ex Sibyllarum scriptis originem traxisse, indubitatè constat. Multa item referunt Sibyllarum libri de Christo, Joanne Baptista & aliis, quæ potius à Græcis transscripta ex Evangelistis, postquam facta fuêre, quàm Sibyllarum scriptis prædicta, non temerè affirmarit, qui in receptorum vatum prophetiis de eisdem personis & rebus sit versatus. Tàm siquidem singula cum omnibus circumstantiis nudè & explicitè ob oculos in Sibyllinis libris sunt posita & depicta, ut, tenebras esse nostrorum prophetarum scripta cum illis collata, quis dixerit. Hactenus Wierus.

12. Disputant Theologi, & Legum Civilium Interpp. An Pythonissa in Endor verum Samuelem 1.Reg.28.excitaverit, nec ne? Lyra, Burgensis, Galatinus, aliique existimant, fuisse verum Samuelem, partim ex ipso textu, partim ex loco Syracidis 46. Joannes Bodinus JC. lib.2.c.3. De Dæmon. videtur dubitare, dum ita scribit. Non sum nescius, placere quibusdam Theologis, Diabolum fuisse istum, ac non Samuelem: sed bona pars refragatur, freta loco Ecclesiastici cap.46. qui narrat in Samuelis laudibus, ipsum post mortem prophetasse, prænuntiata morte Regis, & Philistæorum victoria.

ria. In eadem ſententia eſt Juſtinus Martyr, Rabbi Sædias, & Hebræorum plerique: & ijs obſervandum eſt illud ſuffragari, quòd reſponſio per Samuelis imaginem, quem Diabolum putant, Sauli facta, magnum Jehovæ nomen habet quinquies repetitum, quod etiam audire Dæmones perhorreſcunt. Ideòque judicium Davidis Kimhi, in hunc locum, neque Tertulliani lib. de anima, neque Auguſtini, complecti poſſum, ſtatuentium hunc fuiſſe Diabolum, nec adverſantem huic ſententiam planè confirmare. Hactenus Bodinus. Sed communis eſt Theologorum & veterum & recentiorum ſententia, ſpectrum ſeu Diabolum fuiſſe, non verum Samuelem. Primùm quod non ſit credibile, animas juſtorum, in manu Dei poſitas, etiam ſub poteſtate Diaboli eſſe & Pythoniſſæ mulieris, Satanæ ſpiritu plenæ, quia & Saul & mulier faciebant contra mandatum DEI. Deuteronomij 18. Nec credendum eſt, quòd Spiritus ſanctus per Moiſen præceperit veritatem à mortuis quærendam, & poſtea Sauli permiſerit, ut ex Samuele reſuſcitato diſcat, quid ſit futurum. Tertiò, quod in tota ſcriptura nullum proditur exemplum de mortuis interrogandis, adeò rigidè Spiritus ſanctus obſervat hoc mandatum Deuter. 18. Quartò, quia ſi Samuel vir juſtus apparuiſſet, non utique permiſiſſet, ſe à Saule adorari, qui prædicaverat Deum ſolum adorandum. Quintò, quia homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, non dixiſſet

ad virum impium, dignum ardore gehennæ: Cras mecum eris, SZEGEDINUS in loc.com. de Magia fol. 409. Augustinus, Tertullianus, Lutherus super cap. 7. Exod. 1. Tomo Islebien. fol. 326 ubi sic scribit: Dann der König Saul ward durch deß Teuffels Betrug recht geäffet / daß er nicht anders wuste / es were der verstorbene Samuel, da es doch nicht Samuel war / der im HErren ruhet / sondern ein Gespenst des Teuffels / dem Saul zur Straffe von GOtt verhänget / dieweil er sonst Samuels Lehr in seinem Leben veracht / und in Wind geschlagen hatte. Brentius, Chytræus, Petrus Martyr, Osiander, Victorinus Strigelius, Joannes Mathesius in d. ca. 46. Syraci ds, Benedictus Aretius in problematib. Theolog. de Spectris, Ludovicus Lavaterus de Spectris part. 2. cap. 7. & 8. Scribonius de Phys. Sagar. fol. 74. Thomas Erastus in disput. de Med. p. 1. fol. 8. Negat enim disertè Chrysostomus, Animas defunctorum in terra oberrare. Unde mihi persuadebis hoc? ait, in cap. 8. Matth. An quia ipsos Dæmones clamare audivisti: Anima talis ego sum? Verum hæc quoque oratio à fraude & deceptione Diabolica proficiscitur: non enim anima defuncti est, quæ illa dicit, sed Dæmon, qui hęc, ut audientes decipiat, confingit. Et mox idem author subjicit. Quare vetularum hæc verba, imò decipientium & puerorum ludibria ducenda sunt: non enim potest anima à corpore separata in his regionibus errare: justorum enim animæ in manu Dei sunt &c. Probat

bat id exemplo Lazari & Stephani. Quod autem nec peccatorum animæ hic commorari possint, confirmat exemplum divitis Lucæ 6.

13. Et palàm constat, multas ejusmodi apparitiones nequitia & avaritia sacrificulorum instructas & confictas esse, sicut Erasmus duo exempla recitat. Parochus quidam sub diem Parasceves clàm immisit in cæmeterium vivos cancros affixis ad latus cereolis ardentibus; qui cum reperent inter sepulchra, visum est noctu terribile spectaculum, nec quisquam ausus est accedere propius. Hic rumor atrox. Consternatis omnibus, parochus è suggestu docet populum, has esse defunctorum animas, quæ missis & eleemosynis flagitarent à cruciatu liberari. Fucus ita proditus est, reperti sunt tandem unus & alter cancer inter rudera, facem extinctam gestantes, quos parochus non recollegerat.

14. Referunt de Appione Grammatico, quòd Homeri manes evocarit, ut de patria illius & operibus certior redderetur. Ulysses apud Hom. Odiss. γ. evocat Achyllis umbram. Apollinius Thanæus ejusdem Achyllis manes consulit de rebus ad Trojam gestis.

15. Talis Necromanticus fuit Joannes Trithemius, de quo sequentem historiam Augustinus Lerchemer in suo Germanico Tractatu, Von der Zauberey / Heidelbergæ edito, recenset. Maximilianus I. Imp. conjugem suam Mariam Burgundicam ardenter admodum ama-

bat, eamque mortuam lugebat vehementissimè. Hoc Abbas Magus videns, promittit Cæsari, se in medium producturum defunctam, si ejus Majestati ita placeret, ut ejus consuetudine frueretur. Annuit Imp. itur in conclave quoddam remotius, adjuncto tertio. Magus, ne quis verbum præsente spectro proferret, interdicit. Ingreditur spectrum pedetentim, Imperator miratus omnium membrorum convenientiam, recordatur verrucæ in cervice conjugis, sed & ea quoque observanti apparuit. Horruit tandem Imper. & spectrum removeri nutu Mago mandat, & cum indignatione ait: Monache, talibus imposterum abstinere jubeo, addens etiam quàm difficulter linguam cohibuerit, & vocem compresserit, quæ si erupisset, de vita tanti Imperatoris actum fuisset.

16. Peucerus de Divinat. fol. 11. scribit, Boniæ fuisse Cithariſtriam virginem, charam multis propter artem, quam vita functam Necromanticus quidam alligato ad alas fascino ad eum modum, Diabolo colludente, adornarat, ut cœtus hominum, congressus publicos, & convivia frequentaret, caneret fidibus consueto more, nec à vivis differre videretur, etsi palleret plus nimio: incidit in hanc fortè alius quispiam Necromanticus, & animadversa (*Diaboli monitu*) impostura, cadaver, inquit, est ista, fascinumq; sustulit, eo amoto, statim ipsa, ad terram collapsa, jacuit exanimis. Sic sæpè, inquit Peucerus, ludit Diabolus, nequit tamen

semel

ſemel extinctis halitus afflare vitales & ſolutam carcere ac vinculis corporis animam reddere.

17. Refert Georgius Sabinus Peuceri affinis in comment. ſup. lib. 10. Ovid. Metamorph. in Bavaria virum nobili familia natum, extincta uxore, tantum animi dolorem cepiſſe, ut nullam admitteret conſolationem, ac vitam ageret in ſolitudine. Tandem ubi nullum finem lugendi faceret, uxorem ejus comparuiſſe, excitatam à mortuis, ac dixiſſe: ſe quidem ſemel confeciſſe curriculum vitæ à natura datum, ſed importunitate ipſius revocatam nunc eſſe in vitam, atque à DEO juſſam uti ejus adhuc conſuetudine diutiùs, hac tamen conditione ac lege, ut matrimonium morte ſolutum denuò per Sacerdotem ſolenni ritu jungeretur, utque deinceps ipſe abſtineret blasphemis conviciandi verbis, quibus uti conſueverat. Se enim horum cauſa ei ademptam fuiſſe, atque iterum exceſſuram è vita, cùm primum ejusmodi aliquod verbum edidiſſet. His actis, illam curaſſe rem domeſticam, ut antea, & aliquot etiam peperiſſe liberos, ſemper tamen fuiſſe triſtem ac pallidam. Poſt multos verò annos maritum veſperi potum, & ancillæ iratum, edidiſſe verba, quæ non debebat: interea illam diſparuiſſe è cubiculo, unde marito allatura erat poma, ac reliquiſſe muliebrem veſtem, ſine corpore ſtantem, quaſi phantasma, ad ciſtam, ubi poma ſervabantur. Hæc audivi, inquit Sabinus, ex multis

multis viris fide dignis, qui affirmabant, Ducem Bavariæ eadem retulisse Duci Saxoniæ pro veris.

18. Eandem historiam audivit quoque D. Lutherus, ex ore Electoris Saxoniæ Johannis Friderici, & addit: Jam est quæstio: Ob das rechte Weiber seyn? und ob das rechte Kinder seyn? davon seynd meine Gedancken / daß es nicht rechte Weiber seyn können/sondern es seynd Teuffel / und gehet also zu: der Teuffel macht ihnen die Gepler für die Augen/und betreuget sie/daß die Leute meynen / sie schlaffen bey einer rechten Frauen / und ist doch nichts. Deßgleichen geschichts auch/wanns ein Mann ist / dann der Teuffel ist kräfftig bey den Kindern des Unglaubens / wie St. Paulus sagt. Wie werden aber die Kinder gezeuget? Darauff sage ich also/ daß diese Söhne sind auch Teuffel gewesen/haben solche Leibe gehabt wie die Mütter. Es ist warlich ein grewlich schrecklich Exempel/ daß der Satan so kan die Leute plagen/daß er auch Kinder zeuget. Also ists auch mit den Hexen im Wasser/ der die Menschen zu ihm hinein zeucht / als Jungfrauen und Mägde / mit solchen er hernach zuhält/ und Teuffels-Kinder zeuget / dann sonst Kinder Zeugen ein göttlich Werck ist / und da muß unser HErr GOtt Schöpffer seyn/ denn wir nennen ihn allzeit Vatter / und muß auch die Conceptio per constituta media, & per homines in einem momento geschehen/ den er gebraucht zur Schöpffung der Menschen als ein Mittel / und durch dieselbe wirckt er allein/und nicht durch den Teuffel. Darumb

umb so müssens gestolene Kinder seyn/wie dann der Teuffel wol Kinder stelen kan / wie man dann bißweilen Kinder in Sechswochen verleuret/oder müssen Supposititii seyn / Wechselkinder / die dann die Sachsen nennen/ Kilkröpff / etc. Sed certum est, Diabolum, nec per se, nec per sua organa, mortuos resuscitare ac vivificare posse, cùm solius Dei hoc opus sit, qui vita est, & vitam omnibus suppeditat. Gestare quidem Satan potest defunctorum cadavera, motum etiam interdum præbere videtur, sed ipse agit omnia. Nec tamen verè vivificat aut resuscitat mortuos, nec sunt diuturna ista: at certis notis falsitas deprehendi potest ex conversatione, colore, sermone, actionibus, perseverantia, tandem etiam evanescentia vanitatem arguit, ut scribit D. Heerbrandus in disputat. de Miracul. Thes. 80. 81. & 82. Sic in Pathmo Insula, urbe Pharan, Cynops fuit insignis magus, de quo dicebatur: Magnus es Cynops & nemo præter te, eò quod etiam mortuos resuscitare crederetur, cùm Dæmones essent, qui humana figura adsumpta obambulabant & se visendos præbebant. Sed Apostolus Johannes imposturam agnoscens dicebat: In nomine Domini JESU CHRISTI ex hac Insula egredimini, nunquam redituri, & confestim ex omnium oculis disparuerunt.

CAP. V.

CAPUT. V.
DE ARIOLIS.
SUMMÆ.

1. *Arioli qui dicantur?*
2. *Ariolorum mentionem faciunt Moses, & Imperator.*
3. *Arioli sapè furti, aut alterius sceleris notam iis inurunt, qui innocentissimi sunt.*
4. *Historia de quodam innocente suspenso.*
5. *Historia de rustico, qui pecuniam vesica suis inclusam, amiserat.*
6. *Historia de Ariolo quodam.*
7. *Quomodo furi oculus excutiatur.*
8. *Historia, qua Rostochij accidit.*
9. *Historia, qua Gustrovij accidit.*
10. *Quid sit Cristallomantia?*
11. *Sacerdoti in cristallo thesaurus à Damone ostenditur, & ab eodem opprimitur in specu.*
12. *Norinbergensis Civis emit cristallinum annulum, ex quo visionem eorum, de quibus consulebatur, percipiebat puerulus.*
13. *Quid sit Catoptromantia?*
14. *Quid sit Dactilomantia?*
15. *Regis Lydorum annulus.*
16. *Quid Gastromantia?*
17. *Quid Lecanomantia?*
18. *Quid Hydromantia?*
19. *Quid Koskinomantia & Axinomantia?*
20. *Quid Alectriomantia.*
21. *Jamblichus Alectriomantia usus.*
22. *Attingani seu Zigeuni.*
23. *Magia & Incantationum maximus & frequentissimus usus in Ægypto.*
24. *Attingani in Romano Imperio non feruntur.*

1. ARioli sunt, qui divinant, & in cristallo, speculo, vel vitro polito, Diabolum consulunt: qui de rebus furto subla-

ſublatis vel amiſſis, & ad quæſtiones propoſitas, nonnunquam verè, ut mentienti ſibi fides habeatur, aut ſi ignorat verum, per ænigmata reſpondet.

2. Horum Ariolorum mentionem facit Moiſes Levit. 19. & Deut. 18. & Imperator in l. 5. Nemo Ariolum conſulat.

3. Germanicè nominantur Warſager vel potiùs Lügenſager: *Plura enim mendacia, quàm vera proferunt & ſæpè furti aut alterius ſceleris notam iis inurunt, qui innocentiſſimi ſunt.*

4. Novi quendam, qui cùm ab Ariolo indicatus, quaſi gemma pretioſum in ædibus cujusdam fuiſſet furatus, ſuſpenſus fuit: & poſt dies non ita multos, gemma amiſſum, ancillæ in cubiculo invenerunt.

5. Refert Auguſtinus Lerchemer hiſtoriam de ruſtico quodam Miſnico, qui pecuniam veſicæ ſuis incluſam domum attulerat, & ſcamno fortè impoſuerat. Poſt abijt. Interea ſus domeſtica veſicam complicatam abripiens devoravit: Sues namque famis cum ſint impatientes, aliquando proprios devorant porcellos. Vir rediens, pecuniam non invenit, uxorem quærit, quam ſe vidiſſe negat. Miratur, triſtatur, & vicinis factum narrat, qui, ut divinatricem in vicinia habitantem conſulat, ſuadent. Adit illam: hæc in ædium limine eum conſiſtere, nec à linea creta notata diſcedere jubet. Vetula cubiculũ ingreditur, & Diabolum alloquitur, vir ponè pedetentim maleficam ſequitur,

&

& ante ostium cubiculi subsistit, & quid moliatur divinatrix, accuratè observat. Vetula in repositorium introspiciens, alloquitur Diabolum his verbis: Quidam N. pecuniam suam nuper domū reversus amisit, dic, quis habeat? *Respondit Diabolus ex arca, Sus devoravit: Tu verò dicas, Conjugem ejus, ut cum Sacerdote amasio illam consumeret, abstulisse.* Accepto responso, ille discessit, & uxori, aliisque quid factum, narrat. Horum suasu, suem mactat, & amissam pecuniam invenit. De quo Magistratus certior factus, anum tanquam truculentam diffamatricem, quæ haud dubiè similia perpetraverat, supplicio capitali affecit. Moliebatur enim discordiam inter conjuges, ut maritus aut conjugem, aut sacerdotem, aut ambos interficeret: sed Deo sic disponente, in malum istud aliis paratum ipsa incidit. Ita Satan homines decipit, sciebat enim virum interrogantem ad cubiculum hæc omnia observare: Ideoque talia inter se pugnantia respondebat, modò ut illam vita privaret. Hinc August. de divinat. Dæmonum: Multa Satan suis prædicit, quæ ipse facturus est, quoniam copiam sibi à Deo concessam novit. In multis verborum ac sententiarum ambiguitate ludit, vel volens, ut decipiat, vel ignorans ea, de quibus consulitur, ut quocunque modo res cadat, divinus habeatur, sicut Crœso prædixit futurum, ut, si cum exercitu fluvium Halin trajiceret, magnum imperium everteret, sed non addidit, suumne, an

alie-

alienum? Cognoſcit quoque ac videt omnia facta, & alia hujusmodi crimina, licet occultiſſima ſint.

6. Quidam Monachi in Monaſterio N. theſaurum ex templo amiſerant, cùm autem furem nullibi indagare & exquirere potuiſſent, Ariolum quendam conſuluerunt. Hic reſpondit, illum ipſum Sacrilegum, ejusdem farinæ hominem, Magum eſſe, truncum ipſius quidem apparere, caput autem videri non poſſe: ſic Diabòlus Diabolum deludit.

7. Ex oculo quoque excuſſo hodiè fur cognoſcitur. Primùm leguntur Pſalmi cum Letania: deinde formidabilis ſubſequitur oratio ad Deum Patrem & Chriſtum, item exorciſmus in furem: hinc in medio ad oculi ſimilitudinem veſtigio, figuræ circularis nominibus barbaris notatæ, figitur clavus æneus triangularis, conditionibus certis conſecratus, incutiturque malleo cypreſſino, & dicitur, Juſtus es Domine, & juſta judicia tua. Tum fur prodetur. Wierus lib. 5. cap. 5.

8. Roſtochii quidam pecuniam ex incuria in locum quendam ſepoſuit. Cùm autem eam poſtea invenire tàm citò non potuiſſet, fabrum convenit, ab eoque petiit, ut oculus furi excuteretur. Quo facto ſtatim ipſe Dominus, qui fabri Diabolica opera uſus eſt, oculum amiſit.

9. Guſtrovij quidam cochlium argenteum amiſerat: cùm autem furem ex oculo quoque

excusso cognoscere cuperet, fabrum adijt, ab eoque petiit, ut sua arte Magica furem oculo privaret, quod & factum, & statim filiolus illius, qui cochlium in angulum quendam conjecerat, oculum amisit.

10. Dixi suprà in definitione, Ariolos res perditas in cristallis manifestare posse: Et hanc speciem divinandi nominant veteres Cristallomantiam, quæ ex cristallis fabrefactis atque expolitis, vel etiam obsessis à Diabolo, depictas notas atque figuras eventuum ac rerum inquisitarum, quasi divinans, renunciat.

11. Anno M.D.XXX. Sacerdoti in cristallo thesauros Noribergæ ostenderat Dæmon: hos cum loco perfosso ante urbem quæreret Sacerdos, adhibito amico spectatore, & jam in specu arcam vidisset, atque ad eam cubantem canem atrum, ingressus Sacerdos in specum opprimitur interficiturque, ruente cacumine, & specum rursus complente.

12. Joachimus Camerarius, in libello Plutarchi de defectu oraculorum, scribit. Civem Norinbergensem aliquando cristallinum annulum emisse, ex quo visionem eorum, de quibus consulebatur, percipiebat puerulus. Verba Camerarij sunt: Consulti aliqui de rebus ignotis, in cristallis conspiciunt ea manifestò, de quibus quæsitum fuit. Cujus rei exemplum, non possum facere, quin hoc loco recitem, de narratione optimi, pietateque & prudentia præ-

præstantis viri, Lazari Spengleri Norici, non ab alijs audita, sed à se ipso cognita referentis. Fuisse, ajebat, sibi notum unum ex præcipua familia Norinbergę, virum honestum ac gravem, quem hac in mentione nominatim indicandum non putavimus. Eum quodam tempore venisse ad se, & attulisse in serico panniculo involutam gemmam cristallinam, figura rotundam, & dixisse, donatam sibi illam fuisse à quodam ignoto, qui se ante multos annos de hospitio compellasset, fortè in foro conventum, quemque ipse domum suam adduxisset, & triduo habuisset secum. Fuisse autem ab illo discedente & relinquente munus hoc, ad significationem grati animi, edoctum se, cristalli usum talem: si qua de re certior fieri vellet, ut promeret cristallum, & puerum marem castum juberet aspicere, & ex eo percunctaretur, quid cerneret? Fore enim ut de apparentibus puero visis omnia, quæ requireret, indicarentur. Atque affirmarat hic, se nulla in re unquam fuisse deceptum, & mirabilia de puerorum indicijs resciviſſe, cùm cæterorum nemo quisquam aliud, quàm nitidam & puram gemmam intuendo videret. Quodam tamen tempore cùm gravida ipsius uxor puerum marem gestaret in utero, illi quoque species in cristallo oblatas. Primò autem omnium formam viri sese exhibere solitam, eo habitu, quotùm communiter uterentur, in quo insigne esset capitis integumentum, cum fasciolis dependentibus

(*cappas nostri veteres laciniosas vocârunt.*) & ita deinde apparuisse, de quibus interrogatum esset cætera. Explicatisque cunctis, illam rursum viri figuram discessisse, & evanuisse reliqua. Discedentem autem eam, quam diximus figuram viri, visam sæpè urbem perambulare & ingredi in templa. Fuerat autem fama passim dissipata de illis indiciis, ut negantibus aut dissimulantibus suis delictum aliquod vulgò minarentur, se relaturos de eo ad illum in cristallo se ostendentem virunculum. Quin etiam compertum est, fuisse à doctis quibusdam de dubitationibus suis in literarum studijs aliquando, nescio quid propositum, & in cristallo lectum. Sed his & alijs hujusmodi compluribus commemoratis, dixit Spenglerus, hunc ad se aliquando venisse cum tali oratione: Arbitrari se, tempus esse, ut à cristalli tali usu tandem abstineret. Nam & sibi jam persuasum, eo ipso non leviter peccari, & animi perturbati cruciatus gravissimos se diu sanè perpessum esse, itaque decrevisse, se deinceps nihil cum illo experimento velle negotij habere, & tradere nunc ipsi, quod accepisset, de quo meminisse posset, quid sæpè ei demonstrasset, neque nesciret, qui rumores in civitate percrebuissent. Permittere autem, ut faceret de illo, quod collibuisset. Tùm Spenglerus (*valdè enim superstitiones oderat*) collaudato eo, accepisse se ajebat cristallum & in minutissimas partes contulisse, & unà cum serico involucro in latrinam abjecisse.

13. Dixi

13. Dixi quoque in definitione, Ariolos res perditas in ſpeculo manifeſtare poſſe, quæ Catoptromantia dicitur, quæ ex nitidis terſisque divinat ſpeculis, in quibus quæſitarum rerum imagines effictæ redditæve à Diabolo renitere videntur. Uſus ea Didius Julianus Imper.& pleraque Diaboli monitu prævidiſſe, quæ acciderunt, ſcribitur. Pauſanias meminit fontis cujusdam, qui fuit patris Achaicis ante Cereris templum: In eum quando, qui ex morbis de vita periclitabantur, ſpeculum tenui alligatum funiculo immittebant, ſeque contemplabantur, ſi effigiem cadaveris conſpexiſſent, extinguebantur: ſi hominis vivi & valentis, convaleſcebant, & ſanitatem recuperabant. Hæc Peucerus.

14. Dixi quoque ex annulis, & hanc ſpeciem Dactilomantiam nominant, quæ ex annulis vel ad certos cœli poſitus conflatis, vel faſcinis Diabolicis conſecratis, vel ab ipſis Dæmonibus occupatis, vaticinatur.

15. Talis fuit annulus Gygis, Lydorum Regis, in quo tanta vis inerat, ut viſibilem & inviſibilem aliquem reddiderit, juxta Herodotum. Item vaſis vitreis, & hæc ſpecies Gaſtromantia dicitur, quæ non voce, ſed picturis reſponſa expediebat.

16. Statuebantur vaſa vitrea, rotunda, aquis conferta limpidiſſimis, & circum collocabantur accenſi cerei: cumque evocatio Dæmonis occulto murmure abſoluta, & quæſtio

recitata esset, adhibebatur puer impollutus, aut mulier prægnans, quæ vitra accuratè diligenterque intueretur ac circumspiceret, rogaretque, imperaret, & flagitaret responsa: ea tandem imaginibus, quæ per tersam politamque speculorum superficiem, ex aquis, quadam διακλάσει refulgebant, Diabolus exprimebat.

17. Huic speciei affinis est Lecanomantia, quæ Assyrijs, Chaldæis & Ægyptijs in usu fuit. In pelvim aqua repletam imponebantur aureæ & argenteæ laminæ, lapidesque pretiosi, characteribus certis signati: & postquam consueta essent verba pronunciata, quibus Dæmon advocabatur, proferebatur quæstio. His peractis, tenuis atque exilis vox instar sibili, ex aquis emergebat, referebatque, quæ exposcebat quæstio.

18. Item Hydromantia, quæ variis exercebatur modis. Implebatur cyathus aqua, anulusq; filo suspensus ex digito librabatur in aquam, atque ita conceptis verbis poscebatur declaratio vel confirmatio rei quæsitæ: si, quod proponebatur, verum erat, annulus suo nutu, non impulsus feriebat cyathum constitutis ictibus. Hac usum Numam Pompilium, & evocatos in aquam Deos consuluisse ferunt, vel conjiciebantur in aquam quietam lapilli tres, & observabantur gyri ad ambitum corporis continentis diffusi, trifariamque mixti inter se atque impliciti. Ex his, ut Geomantia, erui veritatem posse, persuasio vulgi obtinuerat.

19. Item

19. Item Koskinomantia & Axinomantia, qua ad perveſtigandos atque aperiendos occultos ſcelerum autores, & res alias obſcuras explorandas ac proferendas, incantatores utuntur. Hanc ſecuri expediunt rotundo palo infixa, aptataque ad normam ac perpendiculum, & cum præfatione, ordine enumeratis nominibus eorum, qui in ſuſpicione hærent: Ad cujus ſe mentionem ſecuris vel levi impulſu circumagit aut nutat, eum culpæ reum peragunt. Illam adminiſtrant cribro forcipi impoſito, & forcipe binis tantum apprehenſo atque elevato digitis, itidemque præfatis precibus & recitatis nominibus ſuſpectorum, quocunque appellato, cribrum vel tremit, vel nutat, vel convertitur, eum arguunt reum ſceleris, de cujus authore quæſtio inſtituitur.

20. Item Alectriomantia, qua opera & judicio galli gallinacei cognoſcebantur occulta & futura. Peragebatur autem, ut proditum eſt, hoc modo: Literæ viginti quatuor in pulverem inſcribebantur, quarum cuique granum hordei & tritici imponebatur. In hæc emittebatur gallus gallinaceus, carminum adjurationibus, prius in hunc uſum expeditus. De quibuscunque enim ille literis grana abripuiſſet, illæ conjunctæ rem quæſitam declarare putabantur.

21. Hac Jamblichum Procli Magiſtrum ſcrutatum memorant, quis poſt Valentem Cæſarem eſſet imperaturus. Cùm autem gallus

grana de ſolis quatuor literis ϑ.ε.ο.δ. ſuſtuliſſet, incertum fuit, Theodoſiusvé, an Theodorus vel Theodeſtes deſignaretur? Ita vaticinio cognito Valens plurimos his nominibus notos, metuens inſidias, interfecit, quæſitis etiam vatibus ipſis. Jamblichus ergò ſævitiam Imperatoris metuens, hauſto veneno, mortem ſibi conſciviſſe dicitur.

22. Vagatur hinc inde & genus quoddam impoſtorum, ſqualida, tetraque & deformi ſpecie & habitu peregrino, quos recentes Græci Attinganos, nos Zigeunos nominamus. Hi hominum manus inſpiciunt, & ſingulis eventus indicant, eosque decipiunt. A Domino enim diriguntur greſſus viri, quis autem hominum poteſt intelligere viam ſuam. Proverb. 20.v.24. i e. Deus diſponit ſingulis ſuos eventus, neque quisquam eſt, qui poſſit ſcire, quid ſibi ſit eventurum. Quare ex vera fide piè officium vocationis noſtræ faciamus, neque de futuris eventibus ſimus ſoliciti, ſed nos, & noſtra omnia patri cœleſti committamus. Der wirds wol recht machen.

23. Creduntur ex Ægypto primùm & vicinis Aphricæ partibus prodiiſſe, ubi incantationum atque omnis generis præſtigiarum & divinationum tantus eſt uſus, ut nihil, niſi conſultis vatibus, ſuſcipiatur, & magnus vatum numerus, ſingulis diebus in foro publico, præſtoletur conſulturos, quod, qui Alexandriæ, Alcairi, quæ Memphis eſt, & in locis vicinis fuerunt,

fuerunt, pro certo, compertoque affirmant. Hactenus Peucerus.

24. Ejusmodi Attingani in Romano Imperio non feruntur, prout patet ex Reformatione Polit. Augustæ Anno 1530. §. Von Zigeunern. Der jenigen halben/ so sich Ziegeuner nennen / und wider und für in den Landen ziehen / gebieten wir allen Churfürsten/Fürsten und Ständen/ bey den Pflichten / damit sie dem heyligen Reich verwandt/ ernstlich/und wöllen/daß sie hinfüro die Ziegeuner/ nach dem man gläublich anzeige hat / daß die Erfahrer / Verrähter und Außspeher seynd / und die Christenland dem Türcken / und andern der Christenheit Feinden / verkundschafften / in und durch ihr Land nicht ziehen/handlen noch wandeln lassen/ noch ihnen Sicherheit und Geleit geben. Meynen und wollen auch / daß sich die Ziegeuner inwendig drey Monaten/nechst nach Dato dieser unser Ordnung/aus den Landen Teutscher Nation thun/ sich der enteussern/und darinn nicht finden lassen. Wen/ wo sie darnach betretten / und jemands mit der That gegen ihnen handeln oder fürnehmen wird/ der soll daran nicht gefrevelt oder unrecht gethan haben. Idem provisum est in Constitut. Polit. Illustrissimorum Principum Megapolensium, Articul. 12. versiculo: Es sollen unsere Amptleute die Ziegeuner / frembde Bettler und gartende Landsknechte / in Aemptern / Städten und Dörffern/nicht dulden noch leiden/sondern sie bey Sonnenschein ausserhalb Landes verweisen/und wo solche Ziegeuner betretten/ und jemands mit der That

gegen ihnen handeln oder etwas fürnehmen würde/ der soll daran / Besage der Reichs Abschiede/ nicht gefrevelt noch unrecht gethan haben/ rc.

CAPUT VI.
DE INCANTATORIBUS.

SUMMÆ.

1. *Incantatores qui dicantur?*
2. *Diabolus virgis cædi se patitur.*
3. *Incantatorum mentionem facit Rex David.*
4. *Aspis aures obturat, quando magicos metuit susurros.*
5. *Incantator à serpente enecatur.*
6. *Incantationum sunt varii modi.*
7. *Lappii mirificè incantare sciunt.*
8. *Lappii scire possunt spacio 24. horarum, quæ in remotissimis locis geruntur.*
9. *Incantationis species est Cabala Judæorum recentiorum, Philosophiæ & Magiæ soror.*
10. *Cabala vetus, erat secretior divinæ legis interpretatio.*
11. *Objectio.*
12. *Solutio.*
13. *Precatio Antonii Flaminii.*
14. *Dei verbo abuti, enorme peccatum.*
15. *Christophori Ducis Wirtenbergensis, laudatissimi quondam Germaniæ Principis, dictum.*
16. *Reges Daniæ & Sueciæ Judæos blasphemos non ferunt.*
17. *Execrabile est maleficium, ligare ligulam.*

18. *Mala*

18. *Mala & incommoda, quæ inde sequuntur.*
19. *Joannes Bodinus scribit esse formas nodandæ ligulæ amplius quinquaginta.*
20. *Turcæ suum modum ligandi habent.*
21. *Incantatoribus annumerantur Exorcistæ.*
22. *Qui dicantur Exorcistæ.*
23. *Olim in primitiva Ecclesia fuit peculiare donum.*
24. *Ulpianus Exorcistas impostores nominat.*
25. *Abusus Exorcismi.*
26. *Nota Exorcismi.*
27. *& 28. Magica Sacrificulorum consecrationes.*
29. *Quomodo Diabolus cedat.*
30. *Ritus veteris Ecclesiæ in ejiciendis Diabolis.*
31. *Commendatio jejunii.*
32. *Historia confœderati adolescentis cum Diabolo à D. Luthero liberati.*
33. *Judicium Philippi Melanchthonis de Dæmoniacis.*

1. INcantatores vel Epodi dicuntur, qui vel sacris Dei oraculis, vel blasphemis Diaboli vocibus deblateratis, vel characteribus aliisve rebus adhibitis, Diabolos serpentes & aspides, ut virus ponant & mansuescant, cogunt, vel virilitatem hominibus adimunt, eorumque voces & membra ligant, vel arma & similia incantant, Diabolo interea colludente, & revera expediente, quæ incantator molitur.

2. Ludit enim Satan suis præstigiis, cum suis mancipiis, & fingit se captivum ab ipsis detineri, patitur quoque se in forma animalis, quam assumpsit, virgis cædi, exclamat quoque lamen-

lamentabili voce, quasi dolorem ex verberatione sentiat, & post virgarum cæsum, quasi coactus responsa dat, ad quælibet interrogata, in hunc nimirum finem, *ut sua mancipia in exitium præcipitet.*

3. Horum Incantatorum mentionem facit Rex David Psalm 58. *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium. & venefici incantantis sapienter.* Hanc illustrem similitudinem de impiis obstinatis cum serpentibus atris, Eobanus Hessus eleganti carmine ita reddidit.

Horum persimilis furor est serpentibus atris,
Tale sub infido pectore virus habent.
Corde venenatum referentes aspida ficto,
Qui clausas aures, ne capiatur, habet.
Incantatoris ne voces audiat, aures
Obstruit, instantis ne cadat arte Magi.

4. Traditur de serpentibus, quòd animadvertentes præsentiam alicujus Magi, qui incantationes adhibere velit, alteram aurem allidant terræ, alteram verò cauda obstruant, ne exorcismum incantatoris audiant, & parêre cogantur. Non autem dubium est, quin Magi, ex permissione Dei & illusione Satanæ, possint ejusmodi præstare. Hinc illud Vergilij:

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

5. Saltzburgi incantator jactabat, se omnes in vicinia ad milliare serpentes posse in unam perducere foveam, & interimere: quod cùm tenta-

tentaret, tandem antiquus & ingens proserpit serpens, quem, cùm carmine in foveam compellere niteretur, ille exiliens, incantatorem velut cingulum amplectitur, trahitque in foveam & enecat. *Hæc Magia hujus stipendia, hi simulatæ fructus amicitiæ.*

6. Incantationum sunt varii & diversi modi. Quidam enim arma, naves, ne ulla vi ventorum, etiam infinitis velis, vento obversis, portum egredi valeant; molendina, ne ullo impetu volvi queant; vocem hominum, ne clamare possint; latratus canum, volatus avium, & id genus alia, incantare & ligare possunt.

7. Quo in genere Lappii Septentrionales mirificè valent. Solent enim hi, teste Olao Magno lib. 3. cap. 18. mercatoribus in eorum littoribus, contraria ventorum tempestate impeditis, ventum venalem exhibere, mercedeque oblata, tres nodos Magicos, non cassioticos loro constrictos eisdem reddere: eo servato moderamine, ut ubi primum dissoluissent, ventos habere placidos; ubi alterum, vehementiores: at ubi tertium laxassent, ita sævas tempestates se passuros, ut nec oculo extra proram in evitandis scopulis, nec pede in navi ad vela deprimenda, aut in puppi pro clavo dirigendo, integris viribus potirentur.

8. Si quis peregrinus cupiat de suorum conditione certi quid cognoscere, præstant, ut intra viginti quatuor horarum spacium rescifcat, quid cum illis agatur, vel si trecentis milliari-

liaribus abſint, hoc modo : Incantator poſtquam uſitatis ceremonijs evocatos Deos ſuos compellavit, ſubitò collabitur & exanimatur, quaſi extincto illo reverà abſcedat à corpore anima. Neque enim aut ſpiritus in eo reliquus eſſe, aut reſtare cum vita ſenſus aliquis & motus videtur. Sed ut adſint ſemper aliqui oportet, qui projectum & exanime corpus cuſtodiant, quod cum non fit, Dæmones id abripiunt. Horis viginti quatuor elapſis, revertente ſpiritu, ceu è profundo ſomno, cum gemitu expergiſcitur exanime corpus, quaſi revocetur in vitam, ex morte qui conciderat. Poſtea ſic reſtitutus ad interrogata reſpondet, & ut fidem faciat percontatori, recenſet aliquid, quod agnoſcat ille, & certò ſciat in ædibus ſuis aut cognatorum fuiſſe. Hæc in rei veritate ita ſe habere, nuper cognovi à doctiſſimo & humaniſſimo viro D. M. Johanne Corfinio, cive Roſtochienſi primario, qui in iſtis Septentrionalibus locis cum nobiliſſimo Heröe, Domino Chriſtiano Frieſs, ſereniſſimi Danorum Regis in Norwegia Vicario, aliquandiu vixit.

9. Incantationis ſpecies eſt Cabala Judæorum recentiorum, Philoſophię & Magię ſoror, quæ verbis conceptis & prophanatis, pollutisque ſanctiſſimis DEI nominibus, characteribus, certis ſignis, certis ſacrificiis miracula facere & futura prædicare docet.

10. Et ſic Cabala vetus, quæ ſecretior divinæ legis interpretatio erat, à Magia infami

vitiata

vitiata fuit, ita ut Cabaliſtica ejusmodi Magia, Chriſtum incomparabilia effeciſſe miracula, aſtruere non perhorreſcant perfidi Judæi. Atque hinc data fuit gentibus occaſio calumniandi verbum Jehovæ Hebræorumq; Cabalam, de qua ſic Plinius lib. 30. cap. 1. Et alia, inquit, Magices factio à Moſe & Jochabella Judæis pendens.

11. Si quis autem objiciat, nihil ineſſe hîc Diabolici, ſi quis certos Pſalmorum verſus, aut ad expergiſcendum conſtituta hora, aut ad orandum Deum, aut ad conficiendas alias actiones, pronunciat.

12. Reſpondeo: Præcipuum pietatis & ſapientiæ fundamentum eſt, ut quis, mane oraturus ſurgat, *& in nomine Jeſu omnes actiones & conſilia ſua incipiat.* Notiſſima debet eſſe nobis ſuaviſſima hæc Antonij Flaminij oratio.

Jam noctis umbras lucifer,
Alma diei nuncius,
Terra poloq; dimovet,
Simulq; nos cubilibus
Monet relictis, pectore
Preces ab imo fundere
Ad templa ſumma cœlitum.
Oremus ergò ſupplices
Fontem perennem luminum,
Ut ſicut omnes aëris
Illuſtrat oras, vivido
Sic noſtra corda repleat
Fulgore ſancti ſpiritus,

Qui

Qui nos per hac contagia
Puros ab omni crimine
Traducat ad cœlestium
Sedes beatas, illius
Nutu gerantur omnia.
Cibumq; sive sumimus,
Seu quid negotii foris
Tractamus, aut domi intima
Seu mente quid revolvimus,
Id omne semper gloriam
Spectet beati Numinis.
Rector supreme cœlitum
Qua mente tota poscimus,
Hac omnibus concedito,
Qui corde puro te colunt
Et unicum natum tuum
Cum sempiterno spiritu.

14. Sanctissima autem veri Dei & castorum Angelorum nomina, in ore, in tabulis, in characteribus Magorum, aut eorum, *qui tentant Dominum*, non sanctificantur, sed polluuntur, atque blasphemantur. *Nec majus scelus est, quàm hoc modo abuti verbo Dei* ad præstigias scilicet Diaboli in Dei contumeliam tegendas, aut etiam pingendas, *quod ex arcano sinu patris filius Dei, victus amore miseri peccatoris, de prompsit ac promulgavit*, propter peccatorem, qui à Deo propter lapsum primorum parentum abjectus, & hoc se in gratiam receptum disceret, haberetque testimonium firmissimum voluntatis divinæ

vinæ erga ſe, quo ſe in veris animorum conſternationibus, & ancipitibus diſtractorum ſenſuum animique fluctibus erigeret & erudiret. Admirandum profectò in tanta luce Evangelij inveniri Principes & Respublicas, qui hanc blaſphemam & Magicam gentem ferant & defendant.

15. Cùm laudatiſſimo quondam Germaniæ Principi Chriſtophoro Duci Wirtenbergenſium quidam ſuaderent, ut blasphemos Judæos propter frequentes exactiones & maxima commoda reciperet: Reſpondit chriſtianiſſimus & ſanctiſſimus Heros. **Wann dieſe verfluchte Leute mir wolten Geld vollauff geben / wolte ich ſie doch in meinem Fürſtenthumb / weil ſie an meinem Bruder und Erlöſer JEſu Chriſto trewloß worden / und öffentliche Zauberer seynd / nicht leyden.**

16. Laudabiliter itaque Reges Daniæ & Sueciæ, Electores, item Principes & Civitates Saxoniæ faciunt, qui hanc impiam gentem in eorum ditionibus non ferunt.

17. Cæterùm inter Incantationis modos, nullus frequentior & paſſim pernicioſior hodiè, quàm incantatio illa, quæ novis conjugibus infertur, quàm *Ligationem ligulæ, vel ligare ligulam*, vulgò **Neſteln verknüpffen**/nominant. Quod quidem execrabile maleficium, etſi quandoque ſine expreſſa conventione & ſocietate cum Diabolo inita committatur, actio nihilominus eſt Diabolica & ſupplicio capitali digna.

18. Mirum autem nemini videri debet, si nodationibus istis Diabolus plurimum abutitur: primùm enim generis humani, *quod totis viribus conatur perdere*, procreationem impedit: deinde augustum illud amicitiæ vinculum inter virum & uxorem tollit, postremò qui ligati sunt ad scorta & adulteria transvolant. De hoc scelere loquitur Canon 33. quæst. 8. Si per sortiarias, inquit, & maleficas artes, occulto, sed nunquam injusto, Dei judicio permittente, & Diabolo præparante, concubitus non sequitur: ad Deum per humilem confessionem est recurrendum. Quo ex loco notari quatuor aut quinque axiomata necesse est. Primum, copulationem arte malefica impediri posse, quod omnes Theologi agnoscunt uno ore, & ipse Thomas in librum quartum sententiarum, distinct. 24. ubi dicitur, vir respectu unius solùm mulieris ac non aliarum nodari posse, & cap. ultimo de frigidis. Secundum, in occulto fieri, sed tamen justo judicio permittentis Dei. Tertium id totum à Diabolo præparari. Quartum, *ad Deum jejuniis & orationibus recurrendum esse:* quod postremum caput apprimè notandum est, quia impietatis est in eo laborare, ut (*quod multi faciunt*) diabolicis modis solvatur nodus: sic enim ad Diabolum & Diabolicas superstitiones recurritur. Nec novum hoc institutum est: Nam Amasin Ægypti Regem apud Herodotum lib. 2. legimus fuisse vinctum & impeditum, ne rem haberet cum Laodice uxore

sua,

ſua, donec carminibus ſolennibusq́ue precibus ſolutus eſſet. Concubinas quoque Theodorici Regis iisdem ligamentis adverſus Hermambergam uſas eſſe, Paulus Æmilius in vita Clotarij ſecundi teſtatur.

19. Refert Bodinus, eſſe formas nodandæ ligulæ amplius quinquaginta, ſive ad virum conjugatum impediendum, ſive ad mulierem ſolùmmodo, ut alter alterius faſtidiens infirmitatem adulterijs ſeſe pollueret: plerunque tamen virum illigari, vix mulierem: ligari autem poſſe in diem unum, in annum, in æternum, aut quantiſper duratura eſſet ligula, niſi ſolverentur: eſſe nodationem, qua unus alterum deamet, neque redametur, ſed odio ſit vehementiſſimè; eſſe, qua inter ſe amarent ardentiſſimè, ſin ad congreſſum veniretur, alter alterum laniaret unguibus, & cęderet indigniſſimè.

20. Habent & Turcæ ſuum modum ligandi, quo invitos retrahunt. Nomen ſervi in ſchedula ſcriptum ſuſpenditur in tabernaculo, vel domicilio ſervi, deinde diris verbis & imprecationibus illius caput impetunt. Hinc, vi dæmoniaca, putat fugitivus ſibi in itinere, vel Leones, vel Dracones occurrere, vel mare, vel flumina contra ſe exundare, vel cum tenebris nigreſcere, iisq́ue terriculamentis repulſus, ad herum redit.

21. Incantatoribus annumerandi ſunt Exorciſtæ Pontificij, qui ut plurimum ſunt Magi, ut Aretius ait.

22. Nam ut hi diris execrationibus Diabolos ab inferis evocant: ita Exorcistæ non solùm recitatis certis precibus, atque usurpatis, additisque aliquibus ceremonijs, characteribus, execrationibus & sæpè repetito Dei nomine, Mariæ & Sanctorum, malignos spiritus ex hominibus, bestiis, ædibusque ejicere conantur, verùm etiam aquam, salem, oleum, lucernas, palmas, herbas & alias creaturas ad pellenda, ut volunt, spectra & phantasmata, exorcisant & consecrant. Martinus Chemnitius in 2. part. Examin. Trid. Concil. Benedictus Aretius in Problemat. Theolog. de Exorcistis. Ludovicus Lavat. de Spectris part. 3. cap. 10. Peucerus de Incantat. fol. 158. Joan. Bodinus de Dæmon. lib. 3. cap. 6. Wierus lib. 5. cap. 25.

23. Olim in primitiva Ecclesia fuit peculiare donum, voce humana & potestate divina de corporibus obsessorum exigere Diabolum, vel compescere, & hi dicebantur *Exorcistæ*, propterea, quòd manus à Cacodæmone vexatis imponebant, & solennibus quibusdam imprecationibus & obtestationibus Dæmones ejiciebant.

24. Ulpianus in l. 1. D. de var. & extraord. cognit. verbum *Exorcisare*, vulgare verbum impostorum esse scribit, quod ipsi Christi sectatoribus, qui sub Claudio Imp. Christiani sunt nominati, cùm anteà *Nazaræi & Galilæi*, itemque ex nomine nostri *JESU*, *Jessæi* dicerentur, ut ex Suida & Philone, Joannes Quintinus Hæ-

duus

duus in quinto Canone Gangrensi refert, insensus fuerit. Ex auctore Lactantio, Ulpianus collegit omnia Principum scripta contra christianos, ut doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui se cultores Dei profiterentur, Lactantius lib. 5. cap. 11. Balduin. in comment. ad Edicta veterum Principum Rom. de Christianis, Dionysius Gothofredus in d. l. 1. Joannes Borcholten de Feud. cap. 5. num. 14. & 15.

25. Cùm autem donum ejiciendi Dæmonia desiisset, κακοζηλία illa ad superstitiosos exorcismos, & ad Magicas veriùs incantationes, transiit, ut Chemnitius alleg. loco ait.

26. Notę sunt conjurationes lib. de Cere. Eccl. Rom. Exorciso te per ✠ Patrem ✠ Filium ✠ & Spiritum Sanctum, ut subitò recedatis.

Conjuro vos per omnia beatissimæ Virginis Mariæ nomina, scilicet Virgo ✠ Flos ✠ Nubes ✠ Regina ✠ Imperatrix ✠ Domina ✠ Aurora ✠ Ancilla ✠ Ortus ✠ Fons ✠ Puteus ✠ Luna ✠ Sol ✠ Porta ✠ Domus ✠ Beata ✠ Gloriosa ✠ Benignissima ✠ Pia ✠ Aula ✠ Rubus ✠ Scala ✠ Stella ✠ Turris ✠ Auxiliatrix ✠ Archa ✠ Thalamus ✠ Margarita ✠ Tabernaculum ✠ Amica ✠ Pulchra ✠ Mater ✠ Alma ✠ Speciosissima ✠ Formosa ✠ Benedicta ✠ Sponsa ✠ Maria ✠. Vide Flagellum Dæmonum fol. mihi 179. Adhæc prolatione horum quinque verborum, hoc est enim corpus meum, cum halitu facta, se panis substantiam mutare, corpus Christi de cœlo detrahere, & in hoc il-

lum convertere, planè magicè sibi & aliis persuadent. Salem quoque exorcisant, ut sit omnibus sumentibus sanitas animæ & corporis, & fuget Diabolos.

Similiter aqua, inquiunt, benedicta, deleat tibi tua delicta, & divinæ gratiæ sumat effectum ad fugandam omnem Diaboli potestatem, abjiciẽdos Dęmones, morbos pellendos, ne in illis locis resideat pestilẽs spiritus, non aura corrumpens, in quibus hæc unda fuerit respersa, ac cuncti ea respersi sanctificentur ac purificentur. Herbis quoque à se exorcisatis certa & concepta verborum forma has vires affingunt, quòd omnes, qui utuntur, ex eis benedicantur & sanctificentur, & sit eis sanitas animæ & corporis. Et omnibus hominibus, pecoribusque, qui ex eis gustaverint, omnem putredinem & omne phantasma Diaboli, & omnem morbum, omnem pestilentiam & dolorem expellant.

De agno Dei, ex cera & lana confecto atque à se consecrato, asserunt: peccatum frangit, ut Christi sanguis & angit. De balsamo & oleo dicunt: Exorciso te (*audis verba Magorum*) creatura olei, per Deum patrem omnipotentem &c. & ut fias omnibus, qui ex te unguendi sunt, in adoptationem filiorum Dei per Spiritum Sanctum. Item: ut per hanc unctionem olei sacrati accipiat unctus plenam remissionem peccatorum, & sit ad refectionem mentis & corporis, ad evacuandos omnes dolores, omnes

omnes infirmitates, omnemque ægritudinem mentis & corporis. Oleo infirmorum unguntur membra humana, quæ ſunt organa ſenſuum exteriorum, ut per iſtam unctionem expietur, quicquid homo iſtis membris & ſenſibus unquam deliquit. Has vires creaturæ iſtæ non habent ex naturali creatione, neque divina ordinatione, aut verbi Dei inſtitutione, ideoque mera verè Diabolica, impia & blaſphema Magia, ut rectè ſcripſit Jacobus Heerbrandus, primarius Academiæ Tubingenſis Theologus in Diſputat. de Magia, Theſi 84. uſque ad 92. De hac conſecratione Papiſtica ita ſcribunt Auguſt. Lerchemer in ſuo germanico Tractatu, Von der Zauberey. fol. 218.

27. Mit wie groſſem Misbrauch göttliches Worts/mit was Gauckelſpiel und Affenwerck unterſtunden ſie ſich/und vermeynten die böſen Geiſter auß den Beſeſſenen zuvertreiben/ banneten den heiligen Geiſt ins Tauffwaſſer/ins Saltz/ins Oel/ ins Wachs/in Kräuter/in Stein/in Holtz/ in Erdboden/wann ſie Kirchen/Altar/Kirchhöfe weiheten/ſegneten Fladen/Fleiſch/Eyer/ꝛc. Weiheten am Oſterabend auch das Fewer / daß es keinen Schaden thäte/ſo ich doch leider erlebet habe/daß 5. Tage darnach unſer Flecken in grund verbrandte.

28. D. Jacobus Andreæ in ſuis Eslingenſibus concionibus Sermon. 14. fol. 411. Zu dem/hat der Chryſam noch ein groſſen Mangel/ nemlich/daß er mit zauberiſchen Segen iſt zugericht/und demnach/wann man im Grund davon

reden will / nichts dann lauter Teuffelswerck ist; dann so offt der Bischoff den Chrysam weihet / so bläset er dreymal über das Glas/Creutzweis/ darin das Oel ist / und spricht nachfolgende Wort: Ich beschwere dich Creatur deß Oels / durch GOtt den Allmächtigen Vatter/der den Himmel/ die Erden/ und das Meer geschaffen hat / und alles was darinnen ist / daß alle Krafft deß Sathans / und alles Heer deß Teuffels/aller Anlauff/ und alle Fantasey deß Satans / mit der Wurtzel von dir außgerissen/ und vertrieben werde/ und werdest allen denen/ so mit dir bestrichen werden/ dienstlich zur Kindschafft GOttes durch den heiligen Geist / im Nahmen GOttes ✠ deß Allmächtigen Vatters / und in der Liebe JEsu Christi ✠ seines Sohns / unsers HErren / welcher mit Jhm lebet warhafftiger GOtt in Ewigkeit des Heiligen Geistes.

Wer wolte aber hier nicht gedencken / wann er diese Wort höret von einem Bischoff/er höret einen Zauberer / oder Teuffelsbeschwerer ? dann er beschweret hie die arme Creatur deß Oels / nicht anders / dann wann er mit tausend Teuffeln besessen were/uñ gebeut den Teuffeln/daß sie ausfahren müssen / ja er giebet für/ er reisse sie mit der Wurtzel herauß/ er hauchtzet wie ein Zauberer über das Gefeß/ darin das Oel ist / er macht wie die Zauberer zwey Creutz/er beschweret den Teuffel/ja viel Teuffel/ wie ein Zauberer. Dann er hat eben so wenig Befehl den Nahmen GOttes und das Creutz hiezu zugebrauchen/und den Teuffel auß dem Oel zubeschweren/als ein ander Zauberer/oder Warsager / wann er den

er den Teuffel beschweret / und seinem Nechsten sagen will / wo er sein verlohren Geld oder Gut wieder finden solle.

29. *Sed his Magicis Ceremoniis relictis, utamur remediis à Salvatore Christo in verbo ejus præscriptis, nimirum, orationibus & jejuniis:* his enim modis Dæmoniorum genus, autore Christo Matth. 17 vers. 21. ejicitur. Hinc mulier Græca Syrophœnissa genere, ad pedes Christi provoluta, rogabat eum, ut Dæmonium, à quo filia miserè cruciabatur, exturbaret, & ob ejus interpellationem exonerabatur filia Matth. 15. Marc. 7.

30. In prisca Ecclesia Dæmoniaci in cœtum adducebantur, & populus totus orabat Deum, ut apud Chrysostomum & Clementem legimus. Augustinus quoque lib. 22. de Civitate Dei, & Sozomenus lib. 6. cap. 28. scribunt: *nihil aliud Dæmonibus pellendis olim fuisse usurpatum, quàm preces coram Deo*, nullum familiare colloquium, nullas facetias, nullas interrogationes Satanæ fuisse propositas. *Scimus enim preces Ecclesiæ in hoc & aliis casibus utiles & efficaces esse, & fideles in suis ærumnis illas semper petivisse.* Jejunium quoque (*quod seria scilicet oratio requirit*) adhibendum, valdè enim Dæmones oblectantur crapula & otio corporis.

31. Encomium Jejunii Athanasius & Cyprianus describunt. *Jejunium morbos sanat, destillationes exsiccat, Dæmones fugat, malas cogitationes expellit, & mentem nitidiorem reddit, & cor purgatius, & corpus salubrius, & ad thronum Dei hominem sistit.*

 Tem-

32. Tempore Lutheri Witebergæ studiosus quidam adolescens luxui plus justo deditus, ut tantum pecuniæ, quantum vellet, semper in loculo habere posset, se sponte Diabolo devoverat, *idq; chirographo, sanguine proprio conscripto, Dæmoniq; oblato, exhibuerat.* Verùm paulò post ex concionibus Lutheri ipsum facti pœnituit, & Luthero anxius suum facinus confessus est, ejusque consilium petiit, quo pacto à Satanæ potestate posset liberari. Lutherus effusis ardentibus ad Deum precibus, additis quoque pro concione publicis precibus, coëgit Diabolum, ut adolescentis chirographum sub concione ad altare projiceret.

33. Si dictis rationibus nondum Diabolus cedit, eum increpare licet, in nomine JEsu, ut ait Magnus ille Philippus Melanchthon in Epistola quadam, quæ extat in libris suarum Epistolarum, ubi scribit: *Nec verò dubito, vera piorum precatione tolli id malum & expelli Diabolos posse.* Rectè etiam facient, si qui homines non Epicurei, sed verè invocantes filium DEI Dominum nostrum JEsum Christum, seriò præcipiant Diabolis, ut ab illis miseris discedant, & de futuro judicio filii Dei, in quo malitia Diabolorum ostendetur, palàm universæ doceant Ecclesiæ, & de pœnis Diabolorum: sed hæc fieri oportet seriò, & omittendæ sunt ceremoniæ τῆς ἀρτολατρείας & lustralis aquæ & falsarum invocationum & similium. Scio plura exempla, in quibus profuisse piorum precationem, certum est.

CAP. VII,

CAPUT VII.
DE VENEFICIS.

Summa.

20. *Te-*

20. *Testimonium Cujacii & Wesenbecii.*
21. *Testimonium Daumhouderii JC.*
22. *Ipsa experientia testatur, Veneficas lædere posse.*
23. *Veneficarum maleficia.*
24. *Veneficæ homines lædunt.*
25. *Testimonium Peuceri.*
26. *Historia de Venefica in Episcopatu Constantiensi.*
27. *Testimonium Danai.*
28. *Veneficæ proprios infantes mactant & Diabolo offerunt.*
29. *Historia de duabus obstetricibus.*
30. *Historia de Veneficis Berlini combustis.*
31. *Veneficæ pecudes lædunt.*
32. *Testimonium Peuceri.*
33. *Veneficæ arbores, fruges perdunt.*
34. *Olla commune instrumentum Veneficarum.*
35. *Cur major in hoc genere mulierum, quàm virorum frequentia.*

1. VEnefici (*utriusq; sexus homines*) sunt, qui nefariis carminibus, diris imprecationibus, immundorum spirituum immissione, Pharmacis à Diabolo præparatis, vel per artes illicitas ex cadaveribus, funibus suspendiosorum & corporibus mixtis concinnatis, illatis, defossis pabulo vel potui mixtis, hominum & pecudum valetudinem ac vitam lædunt ac perdunt. Solent enim Veneficæ multa, ex carnibus ossibusque suspendiosorum, ad rem ipsam Magicam pertinentia conficere, iisque in Magicis veneficiis uti, prout testatur Lucanus:

laque-

--- laqueum nodosq; nocentes
Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit,
Abrasitq; cruces, percussaq; viscera nimbis
Vulsit, & incoctas admisso sole medullas, &c.

Et Apulejus Madaurensis, & ipse Magiæ deditissimus, cùm de ferali officina Pamphiles, Thessalicæ mulieris, in ea arte instructissimæ, loqueretur, lib. 3. Metamorph. Hîc, ait, nares & digiti, illic carnosi clavi pendentium, &c. Cæterùm Plinius lib. 28. cap. 1. scribit, Antheum ex Calvaria suspendio interempti catapotia fecisse, contra rabidi canis morsum. Et cap. 4. ejusdem libri tradit, laqueum suspendiosi circundatum temporibus, dolorem capitis sedare.

2. Queri jam solet, nec immeritò, utrùm Venefici, *id quod volunt & cupiunt*, etiam efficere & præstare possint: Duplex hinc sententia sese offert:

3. Sunt enim, qui judicent, planè nihil eos posse, & meras esse tantum imaginationes & phantasias. In qua sententia viri sunt doctissimi Joannes Wierus, August. Lerchemer, & alii.

4. Verba Wieri sunt in c. 35. lib. 3. Quod verò hæ maleficium, aut si mavis, veneficium etiam sine contactu inferre posse credantur, cum aliquo ejus excremento, cui nocere debet maleficium, cujusmodi est urina, stercus, sanguis, capillorum & unguium præsegmina, atque generaliter includi membris canis, similibus aliquo modo his, quorum in homine sunt partes aut excrementa, claudiq; osse

osse mortui hominis, ac in illius nomine sepeliri, alia quidem in vestibulo, alia in via, crucis formam habentibus, alia in torrentibus cum bona venia mei olim præceptoris venerandi Agrippæ (*qui ex hisce nugis librum consarcinavit*) hæc merè inania esse, adeoque ridicula, cum Cardano liberè assero, atque Satanæ instinctu in usum vocari, quasi aliquid hic possent res prorsus inefficaces frivolæque, quo à se designatum, id quod apparet malum, à Dæmone constructum, vel aliàs Dei occulta voluntate, aut naturæ vitio natum, credant non sanæ fœminæ: potissimum cùm eas nova imbui virtute, ex inepta vel blasphema aliqua admurmuratione aut imprecatione maligna, falsa opinentur persuasione.

5. Verba Augustini Lerchemeri, in suo Germanico Tractatu von der Zauberey/ hæc sunt: Viehe und Menschen zubeschädigen / zu kräncken/ oder zu tödten mit Gedancken/ Willen / Worten/ oder Geberden vermögen die Hexen nicht/ sondern sie müssen entweder / die Hand gewaltiglich an sie legen / oder ihnen Gifft eingeben/ oder anschmieren. Wann mir schon einer wündschet/ daß mein Pferd hinckend werde/ derhalben wird es nicht also/ wann ihm gleich dieselbe Stunde solches widerführe / sintemahl in Worten solche Krafft nicht ist. So er ihm aber mit einem Beil hiebe in die Füsse / damit lähmete er mirs. Wann mir einer ein Auge begerte zuverderben / und zu blenden / mahlet ein Auge an die Wand / steche mit eim Pfriem darein / redte so

böse

böse Wort darzu/als er immer wölle / damit thäte er mir nichts/ob gleich alsbald darauff mein Auge schaden bekäme. So er mir aber ins Auge steche/ Kalck / oder anders schädlichs darein strewete / damit thäte er mirs. Also ein Zauberin thut ihrem Nechsten an Viehe / Haabe / und Leibe / mit allem ihrem Zauberwerck/ nicht weher / als wann ein Kindlein erzürnt / die Händlein zusammen schlägt/ meynet / es schlage damit den/ ders ihm gethan hat. Deinen Kühen kan die Zauberin/ wie keine andere/ die Milch nicht nehmen / sie muß dabey sein mit ihrem Kübel / und sie melcken. Kompt deine Milch anders weg / so wisse / daß der Teuffel die Kühe schwächet / daß sie versiegen / oder stilet die Milch/ trägt sie den armen Hexen zu / oder wohin er sonst will / die melcken sie dann auß ihrer Kunckel/ oder auß einem Pfost / wie es scheinet. Id est: Hominibus & jumentis damna inferre, aut interimere cogitationibus, verbis, gestibus, ac nuda voluntate, Veneficæ nullo modo possunt, nisi aut violentas manus ipsis injiciant, aut veneno, inunctionibus, id efficere conantur. Quæ tamen res non Veneficium, sed usitatus potiùs nocendi modus dicitur. Item si quis imprecationibus suis equum meum claudicantem efficere vellet, non vi imprecationis illius, etiamsi voto casus quidam responderet, id fieri dicerem, quandoquidem verba illa hanc efficaciam omninò non habent. *Si autem, securi arrepta, pedem percusserit, illum debilem reddere, & in officio suo perfungendo impedire potest.* Si visui meo quidam

dam nocendi cupidus oculi formam in pariete pingeret, eamque cum execrationibus framea confoderet, punctione & superstitione hac, nihil eum efficere certum est, etiamsi eodem tempore & momento visum meum adversum aliquid pati contingeret. *Si autem visui meo ictum infligeret, aut in eum calcem & alias res nocituras injiceret, tùm depravare & corrumpere facilè posset.* Ita & Veneficæ vicinorum suorum pecoribus, vitæ & fortunis non magis nocere, omni sua arte, possunt: ac puer quidam ad iram commotus, qui collisione & conflictione manuum, eum, à quo læsus est, se verberare putat. Vaccas tuas Veneficæ, sicut & aliæ, lacte privare & spoliare non possunt, nisi præsentes ipsæ fuerint, & manibus lac emulserint. Si alia ratione aut modo lac tibi ablatum fuerit, Diaboli fraudi id asscribendum putabis, qui illud ad Veneficas, aut alibi, ubi voluerit, defert, quæ postea lac illud, prout Diabolus ipsis suggerit, ex poste, vel alio instrumento, emulgere existimant.

6. Sed verior est Theologorum, Jurisconsultorum, Medicorum & Philosophorum conclusio, Veneficos Veneficasque, ex Dei permissione & Diaboli auxilio, varia morborum genera, tàm piis, quàm impiis incantando, imprecando, fascinando, pharmaca magica arte incantata exhibendo, applicando, effundendo, sub limina defodiendo, vel quocunq; modo usurpando, inferre posse. Et horum sententia tàm

tàm divinis, quàm humanis legibus, rerum ipsarum experientia, & multorum doctorum virorum testimoniis probatur.

7. Primò, in lege divina, habemus claros textus Exod. 22. Maleficas non patieris vivere, & Deut. 18. Ne sit inter vos maleficus.

8. Certè Moses hîc non de illis præcipit, qui vera & naturalia venena necandi causa offerunt, die einem ein Spannisch Süpplein bey-bringen: tales enim sub legibus homicidarum comprehensi sunt. Sed de illis agit, qui Magicis artibus homines & jumenta interficiunt, ipsisque nocent. Prout testatur Joannes Calvinus in d. c. 22. ubi ait: *Nomine maleficorum Moses intelligit incantatrices vel sagas, quæ magicis artibus dant operam, tàm ut fascinis lædant, quàm ut revelationes à Diabolo petant.*

9. Quod si è novo etiam testamento (quæ est altera divinæ scripturæ pars) idem tibi demonstrari velis, vide Epist. Pauli ad Galat. c. 3. v. 4. & similes alios locos, ubi optimi & doctissimi quique interpretes, tùm veteres, tùm etiam recentiores, uno consensu omnes esse veneficas colligunt, qui Satanica arte & via, hominum animos, corpus, vitam denique ipsam lædant, ut Danæus de Sortiariis c. 2. & Benedictus Aretius in problematibus, in loco de Magia notarunt.

10. Concilium quoque Carthaginense, item Constantinopolitanum secundum, quod in Trullo fuit, Act. 61. disertè & nominatim hujus

generis veneficorum mentionem faciunt, & lethalia maleficia eorum scelera nominantur. Sed videamus divinorum interpretum testimonia.

11. Magnus ille Augustinus lib. 10. de Civitate Dei, (cujus dictum insertum est c. Nec nimirum, §. Magi, 26. q. 5.) dicit, Magos etiam eos esse, qui sine ullo veneni haustu, violentia tantum carminis, homines interficiunt. Et idem serm. 207. de tempore docet: Veneficas posse arte operaque Satanæ efficere, ut alii è sanis ægroti fiant, alii ex ægrotis sani.

12. Divus Lutherus, organon prædicationis verbi divini in hisce novissimis seculis electissimum, expresse asserit & testatur: in Comment. Epist. ad Galat. cap. 3. Veneficas suis Magicis artibus valetudinem & vitam hominum perdere posse. Sed ad pleniorem fidem verba ejus subjiciemus: Negari, inquit, haud potest, quin Diabolus vivat, imò regnet in toto mundo. Fascinum autem & Veneficium sunt opera Diaboli, quibus non solum nocet hominibus, sed, permittente Deo, quandoque etiam occidit. Sumus autem nos omnes corporibus & rebus subjecti Diabolo, & hospites sumus in mundo, cujus ipse Princeps & Deus est: Ideò panis, quem edimus, potus, quem bibimus, vestes, quibus utimur, imò aër & totum, quo vivimus in carne, sub ipsius imperio est. Potest igitur per suas veneficas nocere pueris, vel angustia cordis, vel excæcare, vel furari, vel in totum

totum auferre puerum, seque in locum ablati pueri in cunas collocare. Ego audivi talem puerum fuisse in Saxonia, qui suxit quinque mulieres, & tamen non potuit expleri: sed idem potest in senibus, & eodem loco. Me puero, inquit, multæ erant veneficæ, quæ pecora atq; homines, præcipuè pueros incantabant: item nocebant segetibus per tempestates & grandines, quas suis veneficiis excitabant. Hæc Lutherus: à quibus evidenter elucet, quantam potentiam, quantamque facultatem Veneficis adscribat: intellige scilicet, si Deus illis concesserit. Verba ejus Germanica sunt: Zauberey ist deß Teuffels selbst eygen Werck / damit er den Leuthen (wenn GOtt ihm verhängt) nicht allein Schaden thut / sondern sie offtmahls auch gantz und gar erwürget / und umbbringet. Ja wir seynd beyde mit Leib und Gut als Gäste und Frembdling in dieser Welt / dem Teuffel unterworffen / dann weil er ein Fürst und GOtt dieser Welt ist / ist unter seiner Macht und Gewalt alles das / davon wir in diesem leiblichen Leben erhalten werden / Essen / Trincken / Kleider / Lufft / &c. Darumb kan er auch durch solche seine Huren und Zauberinnen / den armen Kindlein / wanns ihm GOtt verhängt / wol Schaden thun / als mit dem Hertzgespann / Blindheit / &c. Ja er kan wol ein Kind stelen / und sich selbst an seine statt in die Wiegen legen / wie ich dann etwa gehöret habe / daß ein solch Kind in Sachsen gewesen seyn soll / dem fünff Weiber nicht gnug haben können zu saugen geben.

13. Et alibi scribit Lutherus, Veneficam quandam matri suæ multa incommoda & mala intulisse, & cum eam propterea pastor ibidem in genere saltem reprehendisset, eum magicis artibus ab ea ita fuisse læsum, ut paulò pòst vitam cum intolerabilibus doloribus finierit. Et addit Luthèrus, piis etiam tale quid accidere posse: animam enim nostram mendaciis obnoxiam esse, & licet iisdem liberetur, corpus tamen afflictionibus subjectum esse. Et meos morbos & infirmitates, subjicit, Veneficiis ejusmodi divinitus concessis mihi accidere existimo. Deus verò electos suos conservat, liberans eos à Diabolo & omni malo.

14. Est enim Satanas lictor & carnifex Dei: quemadmodum autem carnifex absque sententia & licentia judicis furem non suspendit, homicidam gladio non ferit: Ita Diabolus summæ justitiæ carnifex, nec pio vel impio absque Dei permissione nocere potest, aut damnum inferre.

15. Id nos docet historia Jobi, ex qua constat, non posse Satanam vires suas exercere, nisi quantum & quia permittit Deus. Nihil enim bonorum Jobi fuit in Satanæ potestate, ante hanc domini concessionem: ut Theodorus Beza in Jobum cap. 1. vers. 12. scribit, ubi pergit. Num verò Deum dicemus, cum hoc Satanæ concederet, gratum ei quoque facere voluisse: Nequaquam: Quid enim iniquius foret, quàm fidum suum servum, charissimum filium,

filium, inimicissimo suo torquendum in manus tradere. Hoc igitur concedens Satanæ Deus, nihil est ei propriè largitus, sed eum potius effecit suæ ipsius infamiæ instrumentum, quin illum potiùs Jobo traderet superandum, servo autem suo insigne trophæum jam tùm præparavit.

16. In eadem quoque sententia est Nicolaus Hemmingius in admonit. de vitandis Magicis superstitionibus: Deus, inquit, nunquam prohibuisset artem Magicam & eos, qui ea utuntur, non jussisset interficere, nisi ars illa quicquam præstare posset. Sapientissimus enim Deus non potest ferre leges de rebus, quæ vel non sunt, vel esse non possunt. Ita id autem accipi volo, Maleficos suis propriis viribus & actionibus Magicis nihil omninò posse. Nulla enim vis recitationi verborum conceptorum, characteribus, imaginibus inest. Sed Diabolus insinuans se hominibus, permittente Deo, ad incantationes Magicas operatur, sive pactum expressum intercesserit cum Diabolo, vel non. David Chytræus in præfat. Panurgiæ Samuelis Meigerij:

17. Deterrimi enim haud dubiè latrones Venefici sunt, qui venenis illitis, defossis, pabulo vel potui mixtis, vel aliis malis artibus, Diabolo expediente, pecudes, segetes, & hominum etiam ipsorum valetudinem ac vitam lædunt & perdunt. Benedictus Aretius in Problemat. de Fascinat. Accedit experientia manifestior,

festior, quàm ut negari possit, fascinantur à Veneficis infantes, ut contabescant, vaccæ, ut lac non reddant. Et paulò pòst: Ac de visu minùs mirabimur, inquit, si maleficæ lædant, cùm Basilisci vim consideramus, & torpedo marina, manifesta experientia, piscatoris manum lædit torpore immisso per arundinem & filum piscatorium. Maleficarum verò oculi veneno imbuti sunt Satanico, quæ infantes diro aspectu facilè lędunt. Sunt enim corpuscula tenella & porosa, inprimis oculi venenum per visum facilè recipiunt, intra corpus admittunt, quemadmodum Basiliscus sibi ipsi causa mortis est, si objecto speculo, aut re levi, radius visivus in ipsum reflectatur, & mulier menstruo polluta, non solùm speculum inficit, sed propriam faciem ex reflexione visus, item aliorum oculos perstringit & hebetat. Lambertus Danæus de Sortiariis cap. 3. Cum sint hi & Satanici & subtiles admodum venefici, certè quidem inficere veneno suo possunt, quicquid in his terris natura sua est corruptibile & mortale, nisi à Deo conservetur. Nihil autem est in hoc inferiore mundo, quod non sit hujusmodi, & mortale dico, & corruptibile. Quare eorum artes in omnia hæc inferiora grassari posse planè fateamur.

18. Audiamus nunc quoque & Imperatorum Leges, earumque interpretes, quid de Veneficis sentiant. Imperator Constantinus de his ita loquitur in l. 4. Eorum est scientia punienda,

nienda, & severissimis meritò legibus vindicanda, qui Magicis accincti artibus, aut contra salutem hominum moliri, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse, detegentur. Et idem lib. 6. Multi Magicis artibus usi, elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant, & manibus accitis audent ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos, hos quoniam naturæ peregrini sunt, feralis pestis absumat. Hos quoque persequitur & damnat L. 12. tabularum. Lex Cornelia de Sicariis & Veneficiis. Imperator Justinianus in §. Item L. Cornelia. Inst. de publicis judiciis: ubi eadem lege & Venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tàm venenis, quam susurris magicis homines occiderint. Imper. quoque Leo Novella 65. Constitutione Carolus V. hic: So jemand den Leuthen durch Zauberey / Schaden oder Nachtheil zufügt / soll man straffen mit dem Fewer. In Jure Canonico similes pœnæ habentur, de quibus vide Decretum Gratiani 26. quæst. 1. 2. 3. 4. & 5. & Constitutiones Alexandri VI. Adriani VI. & Sixti IIII. PP. in c. 1. 2. & 3. De Malefic. & Incantator. lib. 7. Decretal. Cùm itaque tanta severitate ab Imperatoribus prohibita sint veneficia, firmissimum est argumentum, Veneficas suis magicis artibus aliquid efficere posse. Cur enim de iis leges scriptæ essent, si nullæ unquam extitissent? Cur pœnæ in eos sancitæ? neque enim de iis rebus, quæ non sunt, leges promulgantur: & par est

earum rerum, quæ non sunt, & quæ non apparent, in jure Civili judicium, quemadmodum Jurisconsulti docent. Cùm quæreretur à sapientissimo illo Atheniensium Legislatore Solone, cur nullam adversus Parricidas legem scripsisset, respondit: Quod neminem unquam parricidam fore suspicaretur. Videamus nunc LL. interpretes.

19. Bartolus, lucerna juris nostri, consilio VI. T. 1. Cons. crim. n. 5. sic scribit: Audivi à Theologis, has mulieres, quæ strigæ nuncupantur, tactu vel visu posse nocere, etiam usque ad mortem fascinando homines, seu pueros ac bestias, cùm habeant animas infectas. Paulus Grillandus de Sortilegiis quæst. 6. n. 12. Veneficæ quædam redigunt in pinguedinem, cum quibus faciunt diversas unctiones, ex quarum tactu, cibo vel potu, in humanis aut brutorum corporibus infinitæ causantur ægritudines, & morbi intrinseci, quandoque ex his provenit privatio, quandoque verò membri debilitatio, nervorum attractio, dolor capitis, dentium, pectoris, stomachi, ventris, cordis, & iste sæpius cæteris evenit: quandoque renum dolor intensivus, aut alterius membri, & partis corporis. Quandoque verò provenit febris, tussis & dementia, hydrops, aut aliqua tumefactio carnis in corpore, sive apostema extrinsecus apparens, quandoque verò intrinsecus apud intestina aliquod apostema fit adeò terribile, & incurabile, quòd nulla ars medicorum id sa-

id ſanare,& removere poteſt,niſi accedat alius maleficus,ſive ſortilegus,qui contrariis medelis & remediis ægritudinem ipſam maleficam tollat, quam facilè & brevi tempore removere poteſt.

20. Jacobus Cujacius, antiquitatis inſignis indagator,in parat.C.de Maleficis ſcribit:Maleficorum appellatione contineri etiam veneficos,qui carminibus,diris devotionibus defigunt alios,qui fingunt cereas imagines hominis necandi cauſa. Et Matthæus Weſenbecius in Parat. D. ubi ſcribit : Ex conſtitutionibus ampliùs intelligi licet, veneficij quæſtionem ad omnes magos, auſpices, ſacerdotes vetitorum ſacrificiorum, ejuſcemodique artium doctores ac diſcipulos , quique libris magicis utuntur,eſſe extenſam.Et paulò pòſt:Ut veneficiorum olim eadem pœna fuit, quæ cædium, ex lege Cornelia : ita nunc poſtquam homicidia gladio puniri cœptum eſt, veneficia quoq; eodem ſupplicio vindicantur. Sed & concremari veneficos Conſtantinus voluit,quo genere ſupplicii Sax.& aliæ paſſim nationes in hos animadvertunt, potiſſimum eos,qui ſortilegiis & Magicis artibus veneficia exercent. Nam qui citra eas artes potionibus & venenis clàm interficiunt, velut graſſatores puniri ſolent: mares rota,fœminæ aqua.

21. Jodocus Damhouderius in praxi Criminali fol.144. Tertia Sortilegiorum ſpecies eſt Venefica,ſeu malefica, quæ cæteris multis

partibus est perniciosior, eoque magis execranda, per quam infinita mala suppullulant: tot infirmitates, tàm varii morbi, tot calamitates, humana pariter ac brutorum corpora excarnificantur, adeò, ut ad durissimam mortem non rarò viventes adigantur, hi citiùs, illi verò tardiùs. Citiùs enim istiusmodi malefici perimunt, quotiescunq; compositio malefica valdè præsentanea est, & plurimum habet veneni. Qua ratione autem id fiat, prudensque prætereo. Tardiùs verò mortem infligunt, cum longis cruciatibus corpora ita conficiunt, adeò exinaniunt, ut eorum universa virtute contabescente, tandem emorì cogantur. Quocircà non perperam species isthæc malefica dicitur, ab enormitate scilicet malitiæ, in quam directè perpetuò vergit. Hinc fit, quòd lex vocat istos humani generis inimicos, ut qui semper tendunt ad hominum internecionem. Observandum præterea hoc loco, variis modis, istos maleficos, suo maleficio homines (*divino semper permissu*) adigere ad mortem. Sunt enim, qui sola carminis potentia homines aliquando interimunt, absque ullo veneni haustu, S. Augustin. testante lib. 10. de Civitat. Dei appellat eos hostes communis salutis. Hactenus Damhouderius. Insuper manifesta quoque experientia testatur, eos posse homines & jumenta lædere.

22. Certis enim anni temporibus, ut Peucerus ait, herbas ad certarum vocum pronunciationem evellunt, colliguntque, aut alia suis accom-

accommodata artibus conquirunt, ea opinione, quòd ex istis verbis eam, qua ipsis opus est, virtutem contrahant. Iis deinde aut ad remedia utuntur, aut si noxium aliquid parant, cibo, potuvé hominum injectis, aut in pecorum pabula sparsis, aut saltem collocatis, eo cum fascino, qua transeundum est, vel alio, mirificè lædunt, & perimunt etiam animantia, quæ ferè talibus degustatis, vel solo halitu attractis, vel transitu perstrictis aut superatis, è vestigio inficiuntur, & aut statim concidunt ac moriuntur, aut lenta consumuntur tabe.

24. Ac primùm eas in homines grassari certo certius est. Id enim quotidiè fieri cernimus. Quosdam enim venenis suis interficiunt, alios languentes & tabidos reddunt, ejectionem lotii impediunt, unde multi moriuntur, sicuti Bodinus libr. 2. cap. 1. testatur.

25. Vidimus, inquit Peucerus, φαρμακευτάς, qui tormentis examinati in confessione magnum recensebant eorum numerum, quos læsissent, quorum aliquos excæcarant, aliquos mutilarant, aliquos ὑβοὺς καὶ κυφοὺς reddiderant.

26. Refert Sprengerus p. 2. q. 1. c. 13. Veneficam quandam in Episcopatu Constantiensi carnifici, dum super struem lignorum à terra per illum elevaretur, dixisse: Pro isto tuo labore habebis à me præmium, & sic insufflando in ejus faciem, eum statim in lepram incidisse, & paucis pòst diebus extinctum fuisse.

27. Vidi, inquit Danæus, qui nutricum mam-

mammas unico & solo manus attactu lacte exhausissent & exsiccassent. Vidi, qui cholicos morbos gravissimos induxerant, qui tormina, qui podagram, qui paralysin, qui apoplexiam, qui mancos & debiles homines effecerant, aliosque morbos injecerant, quos postea nec ipsi, nec medicinæ artis peritissimi nosse & curare poterant.

28. Inter alia autem scelera, quæ Veneficæ committunt, nullum est horribilius & gravius, quàm quòd parvulos pueros, nec dum baptizatos, Diabolo offerunt, eosque postea miserè interficiunt.

29. Sprengerus in Malleo pag. 2, q. 1. c. 13. refert, obstetrices duas in Episcopatu Basiliensi & Argentinensi concrematas, eò, quòd una quadringinta, altera innumerabiles pueros recentes, ab utero necavissent, inditis clám in eorum capita grandibus aciculis. Et præterito Anno 89. Comes quidam superioris Germaniæ octo Veneficas, quæ 140. infantes interfecerunt, Vulcano offerri jussit.

30. Anno LIII. captæ sunt Berlinæ duæ Veneficæ mulieres, quæ glaciem ad perdendas fruges perficere conatæ sunt. Eæque mulieres rapuerunt furto alterius vicinæ mulieris infantulum, & ipsum dissectum coxerunt. Factum est divinitus, ut mater, quęrens infantem, interveniret, ibique in ollam imposita amissi infantis membra videret. Captis itaque mulieribus, & in tortura examinatis dixerunt, si pro-

processisset coctio, tunc futura fuisset ingens glacies, ita ut omnes fruges perderentur.

31. Quod ad pecudes & pecora, illi ea veneno necant variis quidem modis, nec modò necant, sed, si libuerit, intumescere faciunt, aut macras reddunt, adeò ut nihil istorum scelere sit pejus & perniciosius.

32. Novimus, inquit Peucerus, & pagos, in quibus multos annos illa, quæ ingressa fuerant, vel egressa armenta perierunt, & non fuisse infecta pabula, vel illud certò indicabat, quod vicinorum pecora, eodem usa pastu, noxii nihil cepissent: sed fascinum fuisse defossum sub via publica, qua armenta pastum agi consueverant, eventus postea ostendit, cum eruto & sublato fascino actus mutaretur. Et Paulus Grillandus JC. super allegato loco, num. 13. Quædam Veneficia, inquit, fiunt ad desiccandum totum lac unius gregis, vel fœcundi armenti vaccarum, adeò quòd nihil casei penitus reddant, quamvis antea in maxima abundantia reddidissent, & similiter abortiones totius gregis vel armenti inducere possunt, prout aliàs vidi & habui in facto Romæ, quod duæ maleficæ mulieres cum istis maleficiis perire fecerant abortando multos pecudum fœtus, & matres desiccaverant penitus.

33. Quod ad herbas, arbores, earumque baccas & fructus, cæteraque hujusmodi, certè etiam ab illis intoxicantur. Id quod non solùm præclara illa Vergilij sententia, quæ ex quotidiana

tidiana rerum experientia ducta est, ostendit, Eccloga octava.

Has herbas, atq; hac Ponto mihi lecta venena
Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima Ponto.

Verùm etiam Lex XII. Tabularum. Qui fruges excantassit, pœnas dato: neve alienam segetem pellexens excantando, & paulò pòst. Ne agrum defruganto, id est: Nullo præstigiarum genere fiat, ut ager ad sterilitatem perducatur, scilicet ne fruges ferat ullas, vel non quales solebat antea.

34. Est autem olla, ut Benedictus Aretius in probl. de Magia inquit, commune ferè omnium Veneficarum instrumentum, in quo herbas, vermes, carnes humanas, aliaque decoquunt, quibus epulis, unguentis, ac Pharmacis efficaciter postea utuntur.

35. Cur autem major in hoc genere mulierum frequentia reperiatur, ratio in promptu facilis est. Quò enim imbecillior hominum natura est, quò animus, *ut plerunq; mulierum est*, ad nocendum paratior: eò securior est, eoque facilius atque citiùs à Satana ab una sententia ad aliam, & à bono ad malum pertrahi, adeoque seduci, falli, decipi potest, ut Scribonius ait. Ideoque probabili ratione Lex divina Exod. 22. *Maleficas non patieris vivere*, de mulieribus fuit lata, cum sexus hic ad suspicionem propensior sit, ut ibidem Calvinus notavit.

Hinc vulgò dicitur:

Non audet stygius Pluto tentare, quod audet
Effrenis monachus, plenaq; fraudis anus.

CAP. VIII.

CAPUT VIII.

DE CURATÓRIBUS MORBORUM HYPERPHYSICORUM PRÆSTIGIOSIS.

SUMMÆ.

1. *Curatores morborum Præstigiosi qui dicantur?*
2. *Magi possunt permissu Dei, & Diaboli opera morbos hyperphysicos curare.*
3. *Diabolus Medicus est peritissimus.*
4. *Antiqua & Diabolica est consuetudo, à Magis, in curandis morbis, remedium petere.*
5. *Curatio morborum hyperphysicorum non est medica.*
6. *Fulgure accensa difficulter aqua restinguuntur.*
7. *Curationis morborum hyperphysicorum tria sunt genera.*
8. *Curatio morborum divina.*
9. *Curatio Diabolica morborum hyperphysicorum.*
10. *Methodus Magicarum curationum à quibusdam præscribitur.*
11. *Paracelsus non referre dicit, utrùm à Deo vel Diabolo petatur auxilium.*
12. *Paracelsi Magica curatio Academiis ignota.*
13. *Magica curatio à quibus discenda.*
14. *Morbis Magica arte inflictis remedium naturale non prodest.*
15. *Magicas curationes non esse contra Deum, dicit Paracelsus.*
16. *Modus curandi morbos Magicos Paracelso.*

17. Dussi

17. *Duffi Regis Scotiæ maleficio Magico infecti historia.*
18. *Forres populi Scotiæ.*
19. *Morbos Magicos in Magorum Sagarumq; imagines cereas derivari posse, asserit Paracelsus.*
20. *Pilos, cineres, aut alias materias corpori magica arte introductas, quomodo eliciendas jubeat Paracelsus?*
21. *Remedia Magica morbos intra 24. horas auferentia.*
22. *Evestra sunt Dæmones.*
23. *Curatio morborum superstitiosa similis Diabolicæ.*
24. *Remediorum superstitiosorum genera:*
25. *Carmina superstitiosa.*
26. *Historia de vetula quadam.*
27. *Historia de Mago quodam.*
28. *Quidam existimant, consecrata pecora à feris diripi non posse.*
29. *Quidam ustionibus in pecoribus curandis superstitiosè utuntur.*
30. *Curatio Magica & superstitiosa inter se cognata sunt.*
31. *Materiæ Magicæ sunt tantum Sacramenta Diaboli.*
32. *Differentia inter Magicam & Superstitiosam curationem.*
33. *Vulneris absentis curatio per armorum inunctionē.*
34. *Chirurgi præstigiosi quomodo vulnus curent?*
35. *Sacrificulus Thuringius vulnera ultra 20. milliaria absentia curare potuit.*
36. *Vulnerum curatio Paracelsi.*

37. Ma-

61. *Intelligentiæ substantiales præter Angelos & homines nulla.*
62. *Cur orbes circumvolvantur?*
63. *Intelligentias cur finxerit Aristoteles?*
64. *Imaginationis vis.*
65. *Imaginatio in homine est instar solis in cælo Paracelso.*
66. *Archesius per imaginationem eruditus effectus.*
67. *Pestis per imaginationem excitatur.*
68. *Fides quid?*
69. *Fides fortis imaginatio Paracelso.*
70. *Imaginationi divinas tribuere vires, impium est.*
71. *Imaginatio quid?*
72. *Imaginationis effectus.*
73. *Diabolus semper in commutationibus lucrum quærit.*
74. *Si Magus sortem aliò non transfert, de vita periclitatur.*
75. *Historia de curatore morborum hyperphysicorum.*
76. *Historia, quæ accidit Tholosæ.*
77. *Tutissimum remedium est ad Spiritus Sancti Alexipharmaca confugere.*
78. *Tutela Dei nos committere debemus.*
79. *Historia de Venefica, quæ Rostochii combusta est.*
80. *Psalmus 91. à Buchanano carmine redditus.*

1. CUratores morborum Præstigiosi sunt, qui ad quoscunque hominum vel bestiarum morbos curandos divinæ scripturæ vocibus, vel conceptis verbis & collo suspensis utuntur.

2. Pos-

2. Poſſunt enim Magi & Veneficæ, eadem opera & arte Diaboli, qua morbum hyperphyſicum intulerunt, eundem quoque auferre & ſanare.

3. Exactiùs quippe Diaboli herbarum diſcrimina, vires, in medicando uſum, applicandi rationem & modum norunt, certiùs abditas, penitusque abſtruſas ægritudinum cauſas introſpiciunt, quàm hominum quisque.

4. Antiquiſſima quoque & Diabolica eſt conſuetudo, remedium ex Magicis quibusdam carminibus, & ritibus petere: nam & Homerus ſanguinem ex femore Ulyſſis profluentem carmine inhibitum ſcribit. Theophraſtus Iſchiaticos dolores carmine ſanari, & Cato luxatis membris carmine mederi prodidit, & qualia ſuffragia operis ruſticis, frugibusque ſint adhibenda, conceptis verbis & ritibus deſcripſit.

5. Curatio porrò morborum hyperphyſicorum arti medicæ minimè propria eſt: ſed ut cauſæ hyperphyſicæ ſunt, ita hyperphyſicam quoque curandi rationem requirunt.

6. Ut enim ædificia & alia corpora, fulgure incenſa, aqua infuſa reſtingui non poſſunt, imò verò magis accenduntur: ita morbi Magici remediis Phyſicis exacerbantur potiùs, quàm tolluntur.

7. Conſtituuntur autem à quibusdam tria genera curandi morbos hyperphyſicos, Divinum, Diabolicum & Superſtitioſum, quorum

prius licitum est & bonum, reliqua duo vetita & mala.

8. Divinum genus in piis & Deum timentibus duntaxat locum habet, nimirum si quis immotæ regulæ & promissioni divinæ fidem certissimam habeat, nec Satanam ipsum, nec instrumenta ejus, Magos & Veneficas, sine Dei permissione, posse piis aut morbos aut alias calamitates immittere. Contraque si, Deo permittente, morbi aliavé mala illata sint, ipsum Deum, si salutare existimet, nullo negotio posse tollere.

9. Alterum & tertium genus in incredulis quandoque vim aliquam habet. Possunt enim, ut dixi, Magi, permittente Deo, sine tamen artis Medicæ præceptis, morbos ope Dæmonum curare, doloresque mitigare. Causæ verò finales, cur Diabolus ejusmodi morbos curet, hæ sunt: Prima, ut mancipiis suis ex pacto morem gerat, eosque in officio malefaciendi, impiaq; incredulitate retineat. Secunda, ut miserorum ægrotorum, qui ipsius opera, per Magos Sagasque curari volunt, fiduciam omnem à vero Deo ad sese convertat, tandemque vel in animæ extremum periculum præcipitet, *vel si, Deo prohibente, ut crebrò fit*, ab ejusmodi morbis Satanæ opera liberari nequeant, conscientiam ipsorum affligat, si fortè ad desperationem posset adigere.

10. Hujus curationis methodis & præceptis, referti sunt cùm omnium Magorum libri, tùm

Petri

Petri Pompanatii Mantuani, Philosophi & Epicureismi defensoris, Magique nefarii, qui in Academiis Italiæ publicè contra immortalitatem animæ disputavit, scripsit de Fato, & de Incantatione libros, in quibus de verborum Magicorum, imaginum, characterum, & imaginationis occulta potestate, impiè satis disputavit. Ideò ejus tumulo Joannes Vitalis Poëta tale Epitaphium inscripsit:

En animarum ingens globus & legio omnivagantûm,
Quas tu perpetua luce carere negas.
Mortuus ut discas æternam has vivere vitam,
Ad cineres ululant Pomponiate tuos.

Venales præterea prostant Magici libri, & impunè leguntur Joannis Trithemii, Abbatis Spanheimensis, Necromantica Steganographia, & Cornelii Agrippæ, de occulta Philosophia. Quorsum autem tàm perditus optimæ artis Typographicæ abusus, hominum generi, maximè juventuti, disciplinarum cupidę, perniciosus tentat, intelligentes facilè percipient, cum sit mera coram Jehova abominatio, prout Matthæus Wesenbecius, in Tract. de studio Jur. q. 8. fol. 18. rectè notavit. Scripsit quoque Bombast. Paracelſ. lib. de occulta Philos. de cœlesti Medicina, de Philos. magna, de Philos. ad Athenienses, in quibus magna ex parte docet, curationes morborum, tàm ὑπὲρ quàm μετὰ φύσιν, per applicationem sigillorum, imaginum, monstrosorum characterum, in certa cœli constitutione, certaque metalla sculptorum,

ægræque parti appensorum à Diabolis petendas esse.

11. Imò verò in libro de morbo caduco Aphorismum apertè ponit. *Nihil referre, an Deus, vel Diabolus, Angeli, vel immundi spiritus, ægro opem ferant, modò morbus curetur.* Et paulò pòst adjicit, Deum quidem & Angelos Dei sua sponte hominibus benefacere, Dæmones verè per artem Magicam coactos, secundum illud Zachariæ dictum: *salutem ex inimicis nostris.*

12. Idem Bombastus de curandis hyperphysicis morbis ita inquit: Qua ratione & quomodo morbis magico maleficio inflictis succurrendum sit, scitu necessarium est omnibus Medicis, qui perfecti cupiunt esse. De tali autem curatione, nec Galenus, nec Avicenna sciverunt aut scripserunt quicquam.

13. Non enim in Academiis, omnis discitur ars, ideò oportet Medicum quandoque accedere vetulas, Sagas, Zigeneros, Rusticos & circumforaneos, die Zahnbrecher/ & ex ipsis artem ipsam addiscere, qui plus sciunt de hisce rebus, quàm omnes Academiæ Professores, & quanquam hæc rideant Academiæ Professores: *tu utere illis, in fortis imaginatione, & experieris effectum.* Idem Ibidem.

14. Si quispiam, inquit, supernaturali morbo vel dolore per incantationem detineatur, illi nullum remedium naturale proderit, sed Magicum remedium esse oportet, quo morbus tollatur, quali & introductus est; & statim subjungit; *Tales*

15. *Tales curationes magicas minimè contra Deum esse, quia illis non ad perniciem, sed ad salutem hominum utimur, dicant ad hæc quicquid velint Theologi.*

16. Tandem curationis Magicæ processum ita describit: Fabricet Medicus ceream imaginem ad similitudinem patientis & in nomine ejus, aut conformet ceream particulam, similem affectæ parti, idque indubitata fide, & forti imaginatione, credat per illam, sanitatem ægro restitui posse, ac tandem ceream illam imaginem, in ignem projiciat, additis Magicis precatiunculis. At si forte, ex doloris acerbitate vel partis affectæ, vitæ periculum metuatur, integram imaginem, certis verbis admurmuratis, comburat Medicus, & liberatur æger.

17. Ejusmodi curationis exemplum recitat Cardanus ex Hectore Boëtio Historico, de Rege Scotorum Duffo, inquiens: Duffus, Scotorum Rex, novo affligebatur genere morbi, ita ut quotidiè sub primam vigiliam, lecto decumbens, insignes cruciatus per universum corpus sentiret, & in sudorem resolueretur; vigilque totam noctem anxius peragebat, sine ullo aliquo signo vel febris vel vitiosorum humorum: Interdiu verò à sudore liber quiescebat, & ita sensim quasi tabe consumebatur, plurimis quidem à variis Medicis exhibitis remediis, nihil prorsus juvabatur, tandem populari rumore, incerto tamen authore increbuit, Regem in Moravia, regione Scotiæ, apud Forres à Veneficis mulierculis ita torqueri & excruciari.

 18. Di-

18. Distabant autem Forres quinquaginta milliaribus à regia sede. Hæc cum ad Regis aures pervenissent, misit Rex clancularios exploratores, si quæ mulierculæ Veneficiis aut Incantationibus essent suspectæ, quæ ubi, ex diligenti inquisitione præfecti Forrorum, essent exploratæ, noctu circundatis ædibus, cujusdam vetulæ fores irruperunt, ac vetulam cum meretricula filia ad ignem desidentes, & ceream imaginem Regis Duffi veru circumligatam, ac ad ignem circumvoluentes invenerunt ac comprehenderunt. Altero die torturæ subjectæ mulierculæ, confessæ sunt, Regis mortem, nisi fuissent captæ, paucos post dies, sensim torrendo ejus imagiuem, continuò subsequuturam fuisse. Ut enim ejus imago certis carminibus admurmuratis ab igne quotidiè liquefieret, ita ipsum Regem quotidiè tabe consumptum fuisse. Exustis his Veneficis, unà cum cerea imagine Regis, protinus Rex pristinæ sanitati restitutus est.

19. Paracelsus in lib. de vita longa: Possumus, inquit, morbos ab incantatione excitatos, in cereas imagines derivare. Debent autem cerei homunculi fabricari ad similitudinem maleficæ, quæ induxit morbum, in certa influentia cœli, debetque is homunculus certo in loco collocari, additis quibusdam execrationibus, & tùm omne maleficium retorquetur in ipsum Magum, per illam ceream imaginem.

20. Idem

20. Idem Bombastus in lib. de occulta Philosophia, tale tradit remedium hyperphysicum. Si, inquit, Veneficæ, aut Sagæ, alicui per poros cutis (*ut Magica arte facilè inferre possunt*) cineres, pilos, plumas, piscium spinas, & similes res noxias, sine cutis apertione in corpus inferant, per easque continui cruciatus excitentur, ejusmodi maleficæ materiæ non possunt eximi per vulnus aut incisionem. Nam etsi eximantur & abjiciantur, tamen paulò pòst iterum in suum locum referuntur. Sed contingit id, ut per abscessum, aut aliâs per poros ea materia conspicienda se præbeat, & profluat. Eam itaque materiam sponte prodeuntem, sive ea pauca, sive multa sit, totam excipito, eamq; in arboris sambuci aut quercus orientem spectantem partem, facto foramine, ponito, & cuneo ex eodem ligno probè obstruito, certorum verborum admurmuratione; tùm statim æger sine ullis aliis remediis levamen sentiet, & quicquid ejus venenatæ materiæ adhuc in corpore, delitescit, ultrò profluet, & ad ipsam arborem defertur, alioqui si chirurgica opera eximatur, statim, ut dixi, denuò in corpus retruditur.

21. Item, per spatium, inquit, 24. horarum, omnes dolores Magici tolluntur hisce remediis, loco affecto impositis, lapide, magnete, foliis quercinis, Chelidonio, Corallio & Azoth, si singula per se certo ordine, certaque cœli constitutione, & certis ceremoniis affecto

loco applicentur: ejus quoque remedia generis esse dicit, Arthemisiam, Hypericon, Clematida, Chelidonium, Rutam, & Morsum Diaboli, si in convenienti influentia siderum fuerint eradicata & applicata.

22. Evestra sunt Dæmones (*quorum Principem Bombastus in Philos. ad Athen. Turbon magnum appellat*) qui à Necromanticis evocati, assumpta hominis ante multos annos demortui effigie & nomine, è sepulchris prodeũt, & ad Magorum quæsita, responsa dant & futura prædicunt. Tale Evestrum fuit in Samuelis imagine & specie atque habitu conspectum, quod Pythonissa in Endore, è sepulchro Samuelis producens, Sauli monstravit, & de ejus Tragico excidio futura prædicere jussit.

23. Tertium harum curationum genus superstitiosum fuit, quod secundo admodum confine est, *& in Deum ejusq; creaturas contumeliosum*, quibus tamen multorum Medicorum libri conspurcati sunt, & complurimi Medici se eo feliciter usos esse scribunt, tàm in naturalibus, quàm præternaturalibus morbis.

24. Atque hujus quidem generis sunt divinorum dictorum & sententiarum, nominum divinæ Majestatis propriorum, Evangelij St. Johannis, Characterum, Imaginum, signaturarum, aliarumque rerum ridicularum certo tempore, certaq; cœli constitutione factarum, appensiones, alligationes, gestationes & similes

les superstitiosæ gesticulationes, omniaque illa, quæ Græci περίαπτα vocant.

25. Hujusmodi sunt versiculi illi, quos Epilepsiæ mederi volunt, si collo appendantur:

Caspar fert Myrrham, Thus Melchior, Balthasar Aurum,
Hac tria qui secum portabit nomina Regum,
Solvitur à morbo Christi pietate caduco.

Item illud, quod dentium dolorem tollere ajunt:

Strigiles, facesq; dentata
Dentium dolores persanate.

Et illud, quod sanguinis profluvium compescere debet, Dominica oratione terrecitata:

Sanguis mane in te
Sicut Christus fecit in se,
Sanguis mane in tua vena,
Sicut Christus fecit in sua pœna.
Sanguis mane fixus,
Sicut Christus fuit crucifixus.

Non possum hoc loco rem à vetula quadam gestam silentio præterire. Hæc cum quendam convenisset studiosum, ab eo petiit, ut contenta in charta, quam in manibus tenebat, non gravatè describeret, velle enim se eam collo gestare, ut illius præsidio ab oculorum lippitudine liberetur. Cùm autem scholasticus scripti illius Characteres obscuriores, ut esse solent, agnoscere non posset, hæc verba in schedulam scripsit: *Diabolus huic vetulæ eruat oculos! Eamque mulieri tradidit, quam cùm collo anus suspendisset, post paucos dies pristinam sanitatem oculorum recuperavit*

ravit. Hæc Diabolus fecit ideò, ut vetulam in superstitione sua confirmaret, eamque deciperet.

27. Vidi Magum qui hosce ritus & ceremonias in ægrotis curandis adhibebat: Ægrotum apprehensum in focum collocavit, ejus corpori chartam miris, variisque characteribus consignatam postea alligavit, quam ego posteà legens, nihil eam, præter hæc saltem nomina Dęmonum, Lucifer, Satan, Beelzebub, Oriens, Behal, Mammon, Buflar, Narthin, Oleasar, Bilech &c. contineri animadverti. Qualis illa benedictio fuerit, Christiani, verbo Dei edocti, facillimè intelligunt. Deus nos ab hujusmodi blasphemiis custodiat, quibus non Dei nomen, sed Diaboli potiùs invocatur. Æger tamen propter superstitionem, qua uterque fascinatus erat, à morbo suo convaluit. Alii per flammas transmittunt puerulos præservandos à malo, & traducunt igne, quam Amorrhæorum abominationem notavit scriptura sacra. Alii pueros imponunt ursis, ut adversus pavores confirmentur: item arboribus alligatur stramen, ut serventur fructus: hæ perniciosæ superstitiones sunt, quibus semper inest aversio à creatore, & in res creatas fides.

28. Reperiuntur etiam quàm plurimi, qui hac superstitione in tantum dementati, ut pecora, canes, tauros consecratos, à lupis, ursis, & aliis feris diripi, dilaniari non posse existiment. Quod si jumenta aliquando à cane rabioso

bioſo aut alia beſtia læſa fuerint, legitimis mediis ſpretis, ad incantationes ſuas & idololatriam confugiunt, pecora læſa conſecrant, & operi characteres varios, clavos, & ſi quæ ſint aliæ ejus genoris ineptiæ, adhibent. Imò & pecoris, cujus partes poſteriores læſæ ſunt, frontem adurunt, huic uſtioni efficaciam ſingularem tribuentes, perinde ac ſi divina vis quædam in clavibus illis, quibus id peragunt, contineatur, cùm tamen nihil à reliquo ferro differant.

29. Uſtionibus quidem & aliis mediis, quæ pecudibus proſunt, uti, nemo improbat: imò hæc inprimis in curatione pecorum mortiferis vulneribus læſorum requiri, uſu & experientia comprobatum eſſe, non ignoramus, ut nimirum uſtionis & unctionis beneficio venenum, quo vulnus infectum eſt, tollatur, & pecus convaleſcere poſſit, *Si hæc tamen cautio addita fuerit, ut Idololatrici cultus & Incantationis ſuſpicio hujusmodi rebus abſit.*

30. Cæterum curatio Magica & ſuperſtitioſa inter ſe cognatæ ſunt, *utraq; impia, illicita & tota ſuperſtitioſa eſt.* Nihil itaque ferè inter Magicam & ſuperſtitioſam curationem aliud intereſt, niſi quòd in Magica curatione intercedit manifeſta, in ſuperſtitioſa autem tacita cum Diabolo confœderatio, & quòd ſuperſtitioſa curatio magis nitatur Aſtrologicis dierum & horarum obſervationibus, quàm Magica. Alioqui utraque eaſdem materias, characteres,

verba,

verba, herbas, & alias res usurpat, quæ natura sua nullam talem efficaciam habent, qualem ope Dæmonum præstant.

31. Sunt itaque tales superstitiosæ materiæ tàm in curatione Magica, quàm superstitiosa, tantum Sacramenta Diaboli, deß Teuffels Heyligthumb/ in quibus Diabolus non ipsa res, aut earum qualitates viresque spectat, *sed id tantum agit, ut per eas animos & mentes hominum perstringat, illaqueet & decipiat*, quasi aliter ipse aut nocere, aut juvare non posset, nisi per ejusmodi superstitiosas res & observationes.

32. In utraque igitur & Magica & superstitiosa curatione *fides vera ab omnipotenti Deo*, in Magica quidem ad Satanam, in superstitiosa ad res frivolas & creaturas convertitur.

33. Utraque igitur impia, scelerata, & corpori & animæ perniciosa habenda est. Ad hunc locum pertinet inunctio & deligatio gladii, aliusvé teli, qua absentis vulnus deligari dicunt.

34. Non curant enim ejusmodi Chirurgi præstigiosi, quos appellamus Wundtsegners/ vulnus certa ratione, sed obligant instrumentum, quod læsit, ut palum, quo se lęsit equus, spinam, quæ extrahitur ex planta pedis, gladium, securim, & quicquid similium est instrumentorum, hoc obligant, & reponunt in certum angulum, ad dies certos, hinc curatur vulnus.

35. Ante annos aliquot Sacrificulus quidam Magus in Thuringia erat, quem Monachum Chemni-

Chemnicensem vocabant, qui vulnera etiam quàm maxima ultra 20. milliaria absentia, sola gladii, quo vulnus inflictum erat, inunctione, abstersione & deligatione persanabat, quæ vulnerum curatio Magica & superstitiosa erat, & non virtute inunctionis gladii, sed per Diabolum, qui Chirurgicæ non est imperitus, *propter pactum Monachi cum ipso, & propter fidem patientis à Deo aversam*, curationem peregit.

36. Paracelsus de ejusmodi vulnerum curatione in sua cœlesti medicina ita docet: Accipe, inquit, Usneam sive Muscum, qui calvis mortuorum aëri expositis adnascitur, pondere ℥ij, & in tenuissimum pulverem redigito, sequentibusque admisceto. Recipe Axungiæ humanæ ℥ij Mumiæ, sanguinis humani ℥s. ol. Lini, ℥ij, olei Rosarum, Boli Armenii ℥i. quæ omnia commisceantur in mortario, & in unguenti formam redigantur: & statim subjungit, ubi tibi vulnus aliquod oblatum fuerit, recipe ligneum baculum abrasum & mundum, quem in sanguine è vulnere profluente madefacito, ac exsiccare finito, cruentumque bacillum in præscriptum unguentum infigito, in eoque tantisper mittito, donec vulnus persanetur, quod brevi tempore fiet. Vulneri autem vel præsenti vel absenti nō est, ut aliud remedium imponatur, quam ut patiens quotidiè mane linteolum mundum propria urina madefactum applicet. Addit deinceps hac ratione, virtute ejus unguēti, quodlibet vulnus, quantumq; magnum, sine

ſine ullo alio remedio, ac ſine omni dolore citò ſanari poſſe, etiamſi vulnus per 10. aut 20. milliaria abſit, à Chirurgo, ſi modo ſanguinem vulnerati habere queat. Ac deinceps, inquit, ſi huic unguento admiſceatur mellis ℥j. & pinguedinis bovis ℥j. & cum eo arma, per quæ inflictum eſt vulnus inungantur, eodem modo abſens vulnus, brevi conſolidabitur, ſed quia arma non ſemper haberi poſſunt, præſtat bacillo cruento in unguento infixo uti.

37. Jam quæritur, utrùm homo Chriſtianus poſſit, ſalva animi pietate & conſcientia, Magorum auxilio uti, in morbo curando, quem vel ipſi, vel eorum ſocii immiſerunt, aut cujus ſe remedium ſcire profitentur? De hac ipſa quæſtione variæ fuerunt hominum ſententiæ & opiniones. Quo ad leges, non omnes inter ſe conſentiunt.

38. Conſtantinus Imp. in l. 4. C. de maleficis, videtur id concedere, publica vel privata utilitate id ſuadente, id quod Bartolus quoque approbavit. Verba Imperatoris ſunt: Eorum eſt ſcientia punienda & ſeveriſſimis meritò legibus vindicanda, qui Magicis accincti artibus, aut contra ſalutem hominum moliti, aut pudicos animos ad libidinem deflexiſſe deteguntur. Nullis verò criminationibus implicanda ſunt remedia humanis quęſita corporibus, aut in agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis, grandinisq; lapidatione quateren-

terentur, quibus non cujusquam salus aut æstimatio læderetur: sed quorum proficerent actus, ne divina munera & labores hominum sternerentur. Sed apparet, Constantinum Imp. tunc fide Christiana verè imbutum non fuisse, quando illam legem scripsit. Danæus de sortiariis. c. 6. & D. Borcholten doctissimus Germaniæ JC. in §. 5. v. eadem lege Institut. Publ. Judiciis.

39. Itaque ea lex à Leone Imper. Novella Constit. 65. postea non tantum emendata, sed omninò antiquata est. Vetat enim, ne quacunque occasione iis utamur, totumque hoc Magorum ministerium, imposturam & fallaciam nominat, quam posteriorem legem, tanquam sanctiorem, summus omnium hominum consensus posteà approbavit. Augustinus etiam, cujus verba extant descripta c. admoneant. 26. q. 7. docet, istorum auxilium meram deceptionem, merasque Satanæ insidias esse. Eleganter Chrysostomus Homilia VIII. in Epistolam ad Colossenses ait, citiùs mors homini Christiano subeunda, quàm vita ligaturis redimenda; & eleganter Bodinus lib. 3. c. 5. præstat, inquit, mori millies, quàm detestandum remedium, corpus servans, animamq; occidens, experiri. Quidam in eo distinguunt, si enim id fieri à nobis velit & jubeat Magistratus, nos tunc salva conscientia eorum auxilio & remediis uti potant posse. Verùm ista ratio non subsistit, vult enim Paulus Romanorum 3. vers. 8. ne un-

quam malum faciamus, ut deinde bona eveniant, quacunque tandem authoritate id facere jubeamur, sive Judicis & Magistratus, sive alterius cujusquam.

40. Sed obstat aliud argumentum: Quicunque ad proximi salutem arte sua utitur, & non ad perniciem, is contra Deum non peccat. Magi, in morborum curatione, sua arte non ad perniciem, sed ad salutem proximi utuntur, & sæpè istorum auxilium rectè & feliciter successit: Ergò Magi in morborum curatione contra Deum non peccant. Nego consequentiam, & respondeo per distinctionem: Quicunque arte sua *licita & à Deo monstrata atq; concessa ad proximi emolumentum utitur*, is non peccat, sed ars Magica *non à Deo sed à Diabolo est inventa*, & suis mancipiis Magis per manus tradita, à Deo legibus, Imperatorum ac consiliorum decretis vetita, & ab omnibus piis detestata, ideò nemo sine horribili impietate ad restituendam sanitatem ea uti potest.

41. Sanitas enim à Deo datore bonorum omnium ac licitis etiam mediis petenda est. Ab hoc expectanda sunt bona omnia, à quo & creata sunt. Psalm. 103. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Et Psalm. 107. admonet Psaltes eos, qui divino auxilio gravissimis morbis liberati & sanitati restituti sunt, ut Deo sacrificium laudis offerant. *Deus enim est, qui & morbos immittit, & à morbis liberat.* Quare providentiæ Dei mediis in quærenda sanitate utendum,

non

non superstitione aut Magia. Sed quòd quibusdam feliciter ea res cessisse dicitur, id quantulum est, & quàm raro accidit? quando è decem, qui ad ejusmodi auxilium confugerunt, vix ac ne vix quidem unus reperiatur, qui opem senserit. Deinde ista non ex successu, sed ex Dei præcepto sunt statuenda. Nam & qui furatus est, sæpè lautiùs vivit: probandumné propterea furtum erit? Ergò ut omnes, qui hoc remedium tentârunt, benè semper habuerint, idque concedatur, quando aperta est de eo adhibendo Dei prohibitio, ne hoc quidem oblatum nobis acceptare debemus, ne dum ultrò ipsi quærere. Si quando enim *ad alterius, quàm unius Dei auxilium confugimus*, prodimus in eo turpissimam animi nostri diffidentiam, infidelitatem, rebellionem, atque etiam sceleratissimum numinis Dei contemptum. Quibus vitiis & malis ipsius iram, inprimis autem mortem æternam in nos attrahimus, ut Danæus de Sortiariis c.6. scribit.

42. At nominibus & verbis divinis ac barbaris inest efficacia. Verbis quibusdam incantantur serpentes, ut deposito veneno sine noxa tractari queăt, & capiuntur mures majores, quos Rattos vocant, & olim Magi Ephæsiis nominibus recitatis à Dæmonibus obsessos liberârunt. Experientia quoque testatur, quod si quis serpentem conspiciens, hæc verba à Paracelso tradita Osii, Osia, Osii, pronunciet, serpentem cauda aures obstruere, aut, si audiat

venenum deponat, & se tractari patiatur. Respondeo ad Antecedentis probationem, neq; serpentes, neque mures intelligunt verba aut nomina prolata: Ergò illis cogi minimè possunt, & ego certò scio, si ea verba Paracelsica in aurem serpentis exclamarem, me nihil effecturum. Quod autem serpentes ad hæc verba vel aures obstruant, vel mitescant, ferocitatémque naturalem deponant, & capi se patiantur, id sanè non fit verborum illorum virtute, sed cùm illa verba sint Sacramenta Diaboli, inter Magum & Satanam Diabolus præstigiosè agit in serpente & mure. Sicuti etiam Magi olim, ut Plutarchus in Symposiacis ait, Ephæsiis recitatis nominibus, Dæmones ejecerunt, illud quoque præstigium fuit Satanæ, qui se pelli simulavit, cum ultrò ex pacto Magis cederet.

43. Quòd verò vulgò dicitur, in verbo herbis & lapidibus remedium esse, & adducitur locus Sapient. 17. Non herba, non malagma, sed sermo tuus Domine sanabit eos: Et D. Paulus docet nos omnes, nostras actiones in nomine JEsu facere & auspicari debere. Ergò qui in morborum curationibus *verbo Dei & divinis nominibus, in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti utuntur*, minimè peccant.

Solutio hujus argumenti consistit in explicatione dicti Sapientiæ & sententiæ Divi Pauli. Duplex est curatio, & duplices sunt morbi, animi & corporis. Dictum Salomonis loquitur non

non de corporali ſanatione, de qua nos diſputamus, ſed de animæ morbis, eorumque ſanationibus. Sunt autem animæ morbi, ſauciata conſcientia, peccatum & ſenſus iræ divinæ, quos nec herba nec malagma curare poteſt, ſed ſolo verbo Dei & Evangelio de miſericordia Dei curantur. Verbum Dei nobis non eſt à Deo datum, *ut per illud morbis corporis ſuccurramus, ſed ut ex illo voluntatem Dei erga nos agnoſcamus, eiq́; credamus, & per illud ſalvemur.* Cum autem verba & nomina divina, aut ſententiæ ſacræ in alium uſum convertuntur, ut ad ſuperſtitioſas morborum curationes, tùm erit abuſus verbi divini, & cum ſumma Dei blaſphemia fiunt Sacramenta Diaboli. Idem quoque fit, ſi nominibus Dei ſacroſanctis, *ut Jeſu, Jebova*, & recitatione orationis Dominicæ, aut Angelicæ ſalutationis, ad curandos morbos quiſpiam ſuperſtitioſè utatur, tùm fiunt Sacramenta Satanæ. Nam divina nomina ideò nobis in ſacris literis patefacta ſunt, ne nimirum eis abutamur, per ea maledicemus, juremus, incantemus proximumq́ue doloſè fallamus : ſed in omni neceſſitate *Deum invocemus, adoremus, Deo gratias agamus ac laudemus.* Et id vult D. Paulus, ubi dicit, Nos debere omnes noſtras actiones *in nomine Jeſu facere*, alias nec verba nec nomina divina rerum naturalium vires augent, vel minuunt.

44. Objicitur nobis aliud argumentum; Characteribus, imaginibus, & ſigillis non tan-

tum Magi, sed & quàmplurimi Medici insignes vires tribuunt, cùm in curandis morbis, tùm in compescendis tempestatibus & fugandis Dæmonibus. Ergò characteres, imagines & sigilla, vires & efficacias habent. Probatio antecedentis: Medici plurimùm utuntur characteribus, sigillis & imaginibus, Avicenna, Petrus Aponensis, Pomponatius, Albertus Magnus & Paracelsus in sua cœlesti medicina. N.C. & respondeo ad antecedens, & ejus probationem, ac dicimus: Characteres, imagines & sigilla nihil esse aliud, quàm figuras, delineationes & umbras literarum & rerum, quarum sunt signa; nihilque per se aliud agere possunt, quàm figurare, significare & repræsentare; ut imago Cæsaris nihil habet in se, quàm quòd Cæsarem tantum repræsentat. Nulla autem figura (ut Thomas Aquinates inquit) rei signatæ vel materiæ, quam repræsentat, addere aut adimere potest virium; unde certum est, neque characteres, neque imagines, neque sigilla per se aliquam efficaciam habere, nisi fiant priùs Sacramenta Diaboli, & signa confœderationis, inter Magum & Satanam, & tùm, quicquid agunt, vel in morbis curandis, vel in aliis effectionibus; id non per se, sed Satanæ præstigiosis operationibus agunt, & Diabolus ipse per illas agit Quòd itaque characteribus, Imaginibus, & Sigillis medici quidam superstitiosi & Magiæ studiosi magnas tribuant vires, eorum authoritatem nos non moramur. Primò,

mo, quia omnes fuerunt Magi. Secundò, quia inter se non conveniunt, unde nam characteres, Sigilla, & imagines suas vires nanciscantur. Quidam enim eorum à potentia animæ, pictoris seu fabri characterum, quidam ex astris tempore nativitatis fabri ascendentibus vires recipere nugantur. Quorum omnes opiniones immensæ sunt nugæ, & anilia deliramenta. *Et sola illa Theologorum vera est opinio, qui omnes imagines, characteres & sigilla superstitiosa suas vires acquirire à Dæmonibus docent.*

45. At Periapta sive Amulæta collo appensa sine superstitione efficacia sunt in curandis morbis. Galenus enim radices Pæoniæ herbæ collo pueri Epileptici appensas, puerum ab Epilepsia liberatum eò usque fuisse dicit, donec fortuitò radix è collo decidisset, & puerum statim iterum paroxismo correptum fuisse, donec secundò appensæ essent, tùm ab Epilepsia præservatum fuisse disertè scribit.

46. Quin & corallia collo gestata ac demissa, ut stomachum attingant, Cardialgiæ & vitiis ventriculi succurrere certum est. Si denique pueruli per carpum gestent, statim ubi adversa valetudine tenentur, pallescunt, & floridum colorem amittunt. Resp. ad probationem Antecedentis. Omnia naturalia remedia, sive intra corpus assumantur, sive foris applicentur vel appendantur, agunt in corpora, aut qualitatibus elementaribus, aut suis Sympathiis & Antipathiis, id est, occultis viribus divi-

 nitùs

nitùs in ipsa creatione illis implantatis. Quas vires & cœlestes & formam substantialem vocant. Et ita naturaliter & qualitatibus suis elementaribus radices Arundinis contusæ & impositæ, ferrum è vulnere eliciunt.

47. Virtute autem cœlesti & occulta facultate Pæonia collo appensa Epilepsiæ puerorum succurrit, ut Medici docent, & ungula Alces in digitis gestata, convulsioni medetur, & Corallia Cardialgiæ, quæ sine superstitione appendi possunt, quas nec nos inter superstitiosa remedia numeramus, sed quando res naturales, ut herbæ in certa cœli constitutione collectæ, characteres, verba, sigilla, carmina, Evangelium S. Johannis, quæ nec qualitati Elementari, nec occultis viribus agere possunt, collō aut certis corporis partibus appendantur, ut cum Hypericon, aut Arthemesia ad fugandos Dæmones in domo suspendantur, aut Evangelium St. Johannis ad evertendos globos Bombardæ collo appendatur.

48. Tunc illā Amulæta fiunt Sacramentā Diaboli, & si morbi per tales appensiones curentur, aut alias actiones perficiantur, non viribus earum rerum fiunt, sed Diabolus ipse ex pacto vel tacito vel manifesto per illas curat & agit, & de ejusmodi Diabolicis & superstitiosis periaptis & appensionibus, hîc agimus.

49. Et sic ex his colligitur, Amulæta esse duplicia: Naturalia & superstitiosa. Naturalia sunt licita, & sunt res, quæ sua forma substan-


tiali

tiali, sive occulta proprietate, divinitùs in prima sui creatione indita, semper eodem modo agunt in corpora, quibus applicantur, sive sua Sympathia, sive Antipathia, qualia esse creduntur Radix & semen. Pęoniæ collo appensa. Item Viscus quercinus collo appensus in præservandis & curandis puerulis ab Epilepsia. Item corallium rubeum, oreficio ventriculi appensum, corroborat ventriculum. Quod etiam puerorum carpis alligatum eorum adversam valetudinem statim ostendit sui floridi coloris amissione. Item annulus ex ungula Alces digitis vel manuum vel pedum gestatus medetur convulsioni, non sua qualitate sed occulta virtute, ut Medici scribunt. His & similibus pro Amulætis sine superstitione uti possumus. Non etiam omninò negamus, gemmis quibusdam ejusmodi formas substantiales & occultas vires inesse, ut tradunt Physici. Superstitiosa Amulæta sunt omnia illa, quæ paulò antè de verbis, carminibus, herbis, lapidibus, metallis, cereis imaginibus, characteribus, sigillis, & similibus rebus, in certa syderum constitutione, aut certorum verborum carminumque admurmuratione, decerpuntur, colliguntur, finguntur, scribuntur, appenduntur & gestantur. Quæ omnia ad morbos profligandos à natura nullas habent vires, nec acquirunt à stellis, sed Diabolus per ea, tanquam per Sacramenta sua, operatur. Quarum superstitiosarum rerum exemplis pleni sunt libri Bombastici, quorum

pauca quædam indicasse, non inutile fore arbitramur.


50. Paracelsus in occulta Philosophia c.3. & 10.scribit, Arthemisiam, Hypericon, Clematida, Chelidonium, Rutam, Morsum Diaboli & similes herbas, in vera influentia astrorum collectas & eradicatas, si una ex his in quatuor angulos ædium, mundi quatuor plagas spectantes collocetur, aut in agrorum marginibus deponatur, illas ædes & agros ab omni violenta tempestate, fulmine & grandine immunes facere.

51. Item in eodem libro de characteribus, præcipuè, inquit, characteres, inter alios plurimos, duo tantum sunt veri & præcipui, quorum primum constat ex duobus Trigonis super se invicem ita depictis, ut Sexagonum constituant, & singulorum angulorum spaciis inscribere jubet, unam ex 6. literis nominis divini ADONAI in hunc modum.



Alterum dicit esse priori potentiorem & efficaciorem & esse *Pentagonon* sive 5. angulorum acuto-

acutorum, in quorum ſpatiis inſcribendas docet, quinque literas ineffabilis nominis divini JEHOVA, ita



Aut ſingulis ſpaciis inſcribendas docet quinque ſyllabas vocabuli *Te-tra-gram-ma-ton.* Ac ſubjungit, olim Iſraëlitas, virtute horum duorum characterum, inſignia miracula perfeciſſe, & non reperiri in ullis Magorum aut Necromanticorum libris characteres efficaciores hiſce duobus, qui ſi, inquit, in placentulam melleam aut oſtiam ſacrificulorum, quam noſtri Abblat vocant, depingantur, & patienti ad comedendum exhibeantur, ab obſeſſis ſpiritus immundos expellunt, Diabolum fugant, & omnes morbos magica malitia inflictos, tàm animi, quàm corporis, omnesque alias infirmitates, ubi aurum potabile & quinta eſſentia Antimonii nihil efficere potuerunt, tollunt, & perſanant; & ne, inquit, quiſpiam dicat, hac in parte me peccare, contra ſecundum præceptum, is ſciat, me minimè peccare, cum divinis nomi-

nominibus non ad perniciem, ſed ad ſalutem hominum utar. Dicant ad hæc, quicquid velint, Theologi hypocritæ.

52. Paulò pòſt adverſus impotentiam veneream, conjugibus novis inflictam, tale tradit remedium, quibusdam monſtroſis characteribus & barbaris nominibus in membrana nova deſcriptis, verba hæc ſunt, AVIGAZIRTOR σαλιχκῶφιλι, cum hiſce characteribus, ɔCEAI.

53. Jubet autem deſcribere ante ſolis ortum, & chartam ſingulis diebus per novem continuos dies quotidiè renovare, & retuſo præputio glandi alligari, easque chartas tandem jubet colligere, & in cinerem adurere, cineremque cum hauſtulo vini, impotentia laboranti propinare. Addit præterea. Si ex ferreo calceo equi, Gabatam quidam vocant Huffeyſen / fortuitò in itinere invento, tridens ſive furca, die Dominico ante ſolis ortum, fabricetur, & in ſingulos dentes characteres & vocabula quædam barbara inſculpantur, & tridens in fluvium infigatur, maleficium ſeu impotentia à patiente aufertur, & in autorem revertitur. Poſteà docet tribus vocabulis, quæ græca eſſe dicit, Oſii, Oſia, Oſii, ſi ſerpentibus admurmurentur, ſtatim ſerpentes obſtruere aures cauda; nam ſi audiant, ſtatim innoxios & mitiores reddi, adeò, ut manibus ſine omni noxa contrectari queant. In eodem libro de cœleſti medicina plurimos depingit monſtroſos chara-

ctereſ, verba, ſigilla, figuras & imagines in certa cœli conſtitutione, certiſque metallis ſculpendas & inſcribendas adverſus Apoplexiam, ad viſus conſervationem, ad Paralyſin, ad renum calculum, ad podagram, ad nervos contractos, ad menſes immoderatos, ad lepram, ad vertiginem, ſpasmum & tremorem. Item ad equos, ut diu in itinere durent, ad oves, ne morbo corripiantur, ad muſcas in unum locum ex tota domo congregandas ac detinendas. Per hujusmodi ſuperſtitioſarum rerum uſurpationem, *fides à verò Deo ad creaturas convertitur*, nam qui minus fidei illis tribuunt, parum ſunt efficaces.

54. Veteres ac Romani ipſi puerorum collo ſolebant pudendi membri ſpeciem appendere quam appellabant faſcinum, ut eſſet (prout ajebant) præfiſcine, & ſortilegia averteret, idque ex electro maximè, quod Plinius lib. XXXVII. cap. 2. innuit turpem omninò modum & diabolicum animis ad libidinem inflammandis.

55. Sed obſtat aliud argumentum, Deus & jumentorum ratione carentium invocationem, *quæ ſine fide & Spiritu fit*, exaudit. Ergò etiam preces & invocationes hominum, *quæ ſine fide, ſpiritu, & mente effunduntur*, Deus exaudit. Prob. Anteced. David in Pſalm. inquit: *Qui dat eſcam omni carni, & pullis corvorum invocantibus eum.* Et hiſtoria Jonæ teſtatur, cum & homines & jumenta in Ninive clamarent ad Deum, *mugitus*

gitus boum, & balatus ovium exaudivisse. Respondeo ad probationem Antecedent. in dicto Davidis in Psal. putamus esse fallaciam phraseos. Deus creaturas suas conservat & alit, eosque fame perire non sinit. Quòd autem Deum invocare jumenta & pullos corvorum dicit, describit eorum desiderium, quod suo modo & voce exprimunt. Id David impropriè invocationem vocat. Hinc Buchananus Psalm. 103.

Tum fera prorepit latebris, sylvisq; relictis
Prædator vacuis errare leunçulus arvis
Audet, & è cœlo mugitu pabula rauco
Te patrem exposcit, dein rursus sole renato
Abditur occultis prædatrix turba cavernis.

Quòd in Jona Rex Ninive, in significationem veræ pœnitentiæ, & homines & jumenta jejunio affligenda esse mandat, eosq; ad Deum clamare cogit, est quasi exaggeratio & demonstratio veræ pœnitentiæ. Exaudivit autem Deus Ninivitas, & misertus est eorum *non propter boatum, mugitum & balatum jumentorum: sed propter ardentes in spiritu, fide, & veritate effusas preces.* Nego itaque consequentiam & dico ex sententia filii Dei, veros adoratores oportere Deum in spiritu & veritate invocare, & judicamus nos, omnes precationes horum, quæ solo oris murmure & labiorum strepitu sine fide & mente fiunt, adeò non exaudiri, ut etiam coram DEO abominabiles & blasphemæ reputentur.

56. At res Magicæ suas mirificas vires ex syde-

ſyderibus, certaque conſtitutione cœli recipiunt, quod hoc argumento probatur: Cœlum & ſydera in omnes res ſublunares ſuas vires inſtillant, in eiſque efficaces ſunt. Ergò Magicæ res, veluti characteres, ſigilla, imagines & herbæ, in certa cœli & ſyderum conſtitutione picta, ſculpta & collecta, ſuas vires & efficacias à cœlo & ſyderibus conſequuntur. Antecedens univerſali experientia & hiſtoriis rerum ſublunarium manifeſtum eſt.

57. Solutio. Nego conſequentiam & R. ad Anteced. concedimus ac fatemur, cœlum & ſydera, ac inter ea Solem potiſſimum & Lunã, in certis Zodiaci partibus conſtituta, in rebus illis ſublunaribus, quæ aptæ ſunt motui & alterationi, univerſaliter & uniformiter ſuo motu, lumine & calore naturaliter agere, eaſque res fovere, vivificare, vegetare, & alterare: ſed illis peculiares & alias vires, quàm quæ à Deo in prima creatione ſunt implantatæ, à ſyderibus infundi, & in certa cœli conſtitutione alias res, quæ ejusdem ſunt generis, pro Magorum arbitrio alias efficaciores efficere, id conſtanter negamus, & dicimus, impia & turpiſſima eſſe Magorum & Aſtrologorum figmenta, mendaciaque abſurditate plena. Sed inſtat aliquis. Quod in ordine generationis eſt principium, id ſequentibus vim ſuam infundit: Figura cœli prima eſt omnium figurarum: Ergò omnibus figuris Magicis, & artificioſis cœli figura vim ſuam impertit. Hoc argumentum

ſatis

ſatis ingenioſum eſt ipſius Alberti Magni, & qui ipſe fatetur, id ex Magicis libris excerpſiſſe. Sed nos negamus C. & majorem falſam eſſe dicimus. Nam quod principium eſt in aliquo genere cæteris vim ſuam impertit, videlicet, ſi verè ſit principium efficiens. Sed figuram cœli principium eſſe Magicarum & artificialium figurarum, id pernegamus, nec in ordine, nec in tempore rerum prima fuit figura cœli & ſyderum conſtitutio. Nam conſtat ex ſacris literis, quod ante creationem ſyderum fuerunt plantæ perfectæ, & quomodo quæſo cœli figura, quæ ſolùm Sphærica eſt, omniū figurarum primum eſſe principium potuit. Et præterea, quid habet figura cœli, quæ naturalis eſt, cum Magicis & Artificialibus commune, quæ tantum Sacramenta ſunt & ſigna Diaboli.

58. Sed Dæmones in ſuis actionibus obſervant incrementum & decrementum Lunæ: Ergò vis aliqua ſyderibus ineſt. Probatio Anteced. In Evangelio extat hiſtoria cujuſdam Lunatici, quem Diabolus ſemper pro Lunæ incremento vexare ſolitus erat.

59. Gaudet Diabolus ſuperſtitioſis Aſtrologorum obſervationibus. Et quia forſan ipſe Lunaticus fuit Aſtrologus, ipſum Dæmon exagitavit ſecundum Lunæ incrementum, ut nimirum perſuaderet hominibus, in ſyderibus peculiares ineſſe vires. Eorum quoque obſervationes in humanis actionibus neceſſarias eſſe, ut eo nimirum modo fidem hominum à

vero

vero Deo ad creaturas averteret, seu, ut Chrysostomus ait, ut creaturas Dei infamaret.

60. At intelligentiæ, id est, cœlestium orbium circumvolutores, spiritus, in orbium suorum revolutionibus favent Magis, & eorum artificiosis picturis vires suorum orbium infundunt: Ergo omnis effectio & vis rerum Magicarum ab intelligentiis defluit. Respondeo. In antecedente probetur primùm, quòd sint in natura intelligentiæ cœlestium orbium rotatores, & quòd illi in certa cœli constitutione magis faveant hominibus, & eorum artificiosis characteribus vires infundant mirificas. Probatio: Plato, Aristoteles, Avicenna, & pleriquè ex recentioribus & Philosophis & scholasticis Theologis testantur, singulis cœli orbibus & sphæris assidere unam intelligentiam, quæ suum orbem sine ulla defatigatione perpetuò & uniformiter ac regulariter circumvolvat; & orbis sui vires in res elementares spargat. Solutio: Plato, Aristoteles & Avicenna, & qui illos cæcos duces sunt secuti, & Philosophi & Theologi, qui orbes cœlestes, Deum per intelligentiarum ministerium circumvoluere opinantur, omnes hi egregiè mentiuntur, & impiè delirant.

61. Certum siquidem est, nullas unquam à Deo esse intelligentes substantias, præter Angelos & homines creatos, neque Deum ullum Angelum orbibus, qui illos circumvolueret, præfecisse, 62. sed Deum, pro imensa sua omni-

potentia ac sapientia, indidisse ipsis orbibus vim & ἐνέργειαν, ut per se, naturaliter, perpetuò & regulariter moverentur, suoque motu, lumine, & calore res sublunares, quæ motui & alterationi sunt aptæ, universaliter ac quamlibet suam naturam afficerent & alterarent.

63. Porrò illud figmentum de Intelligentiis, orbium motricibus, Aristoteles ea occasione excogitavit, ut, cùm dixisset, corpora tantum moveri ab alio motore, dixisset quoque Deum esse primum motorem, ipsum autem Deum immobilem, ne, si cœlestes orbes à Deo moveri dixisset, sibi contraria dixisse videretur. Sed idem Aristoteles tandem in libro suo de mundo de cœlestium orbium motu rectius sentit & dicit, Deum virtute sua cœlos omnes movere, celerius, tardius, pro spacii, in quo volvuntur orbes singuli, amplitudine. At per fidem miracula fieri possunt: Fortis enim & constans imaginatio non differt à fide. Ergò per fortem imaginationem miracula fieri possunt. Et per consequens, per imaginationem syderum vires in materias Magicas, Characteres, & cereas imagines inferri, & per eas morbi & infligi & tolli possunt. Probatio majoris: Filius Dei inquit, si fidem habueritis sicut grana synapi, & dixeritis monti: Projice te in mare, projiciet. Probatio minoris: Nulla fides esse potest sine imaginatione, præterea Avicenna & Pompanatius dicunt, fortem imaginationem ita extendi & extolli posse, ut usque ad intel-

intelligentias cœlestium orbium elevari possint, & earum vires in quælibet corpora referre, in eisque agere queant, homines sanare & miracula efficere.

65. Paracelsus in lib. de Imaginatione dicit: Imaginationem in homine instar solis vim habere, & sicuti Sol radiis suis omnia corpora, ad quæ dirigitur, illustrat & afficit: Ita & Imaginatio extensa afficit res, & mirificis viribus imbuit, ad quas dirigitur, & addit deinde: Imaginationes volant quælibet ad suos Planetas, ut Imaginatio Invidiæ ad Saturnum: odii ad Martem: fraudis & doli ad Mercurium, & ubi eorum planetarum vires in se receperint, inde rursum infundi in eos, de quibus fit imaginatio. Ita quoque deduci per imaginationem possunt in res Magicas vires astrorum.

66. Et has quidem nugas probat exemplo, in libro de vita longa, cujusdam Archesiæ. Archesius, inquit, omnem eruditionem & prudentiam ab aliis quibusvis Philosophis per imaginem in seipsum traduxit:

67. Quin & pestem, ut in sua occulta philosophia disserit, ex regione per imaginationem in aliam traduci nugatur, inquiens, si quis in Gallia existens, fratrem audiat in Italia peste obiisse, is sua forti imaginatione potest sibiipsi pestem adsciscere, & deinde alios & totam Galliam inficere.

68. Solutio. In vocabulo Fidei est fallacia ambiguitatis, quandoque enim & in sacris li-

teris atque Ecclesia perpetuò pro fide salvifica in Deum accipitur, quandoque pro credulitate seu incerta persuasione, quemadmodum Paracelsus in lib. de Tartaro; Imaginationem fortem, fidem vocat; & per eam miracula fieri docet.

69. Nos itaq; negamus minorem, & dicimus ad probat. minoris: Avicennæ, Pompanatii & Paracelsi authoritatem, ut impiorũ Magorum, prorsus rejicimus, & eorum portētosa monstra de imaginatione, confutatione indigna esse judicamus, ut quę se ipsa apud omnes intelligentes refutent, & mera esse mendacia demonstrent, eaque non modò cum ratione, sed cum pietate pugnare, quę imaginationi ea tribuunt, quæ solius Dei sunt.

70. Dicimus itaq; fidem & imaginationem inter se plurimum differre, Imaginationis enim objecta sunt rerum simulachra, fidei verò Deus. Fides autem non opus habet ulla imaginatione, sed acquiescit in verbo Dei. Verùm potiùs conveniunt inter se Imaginatio & somnium. Utrumque enim versatur circa inanes umbras rerum, & æquè est; si quis somniet aureos montes; eandem enim mercedem & fructum percipit. At Aristoteles Imaginationem vocat motum animi excitatum à sensu in actũ, per quem non tantum bruta; sed & homines per multa agant ac patiantur. Ergò imaginatio est multarum actionum causa efficiens.

71. Solutio. Imaginatio est motus animi excitatus

citatus à ſenſu in actum. Concedimus imaginationē ſeu motum animi à ſenſu agitatum, multa poſſe agere, & in ſanis & ægris corporibus, videlicet, commovendo ſpiritus animales & turbando humores, ut Medici docent.

72. Imagines enim & ſimulachra rerum in interioribus ſenſibus, vel ſunt jucunda, vel triſtia & terribilia, & obſervando afficiunt ſpiritus, ſed in alienis corporibus illas imaginationes agere poſſe quippiam, pernegamus. Quemadmodum unius corporis umbra alterum corpus afficere nequit. Imaginationis enim proprium munus eſt, rerum tantùm effigies à ſenſibus in ſe recipere, & intelligentiæ comprehendendas & dijudicandas conferre. Et ſanè omnis actus imaginationis in ipſo fit & remanet cerebro, ſive illa ſit rerum jucundarum, ſive triſtium, nec tranſit in aliena corpora, multò minus in magicas res. Ergò fœtus non poteſt, antequam in lucem prodeat, diverſum corpus aut individuum dici. Ubi itaque triſti & horribili objecto afficitur mater, unà ſtatim & fœtus afficitur. Et quia corpus fœtûs tenerrimum eſt, cuicunque parti tùm mater exterrita manus admovet, ſtatim huic parti ſtigma & effigies rei objectæ, ſecundùm Medicorum doctrinam, imprimitur.

73. Obſervandum eſt autem in curatione horum morborum, Diabolum ſemper ſuum lucrum quærere. Itaque ſi ſortem equo adimat, in meliorem equum tranſmiſſurus eſt eam, ſi mulie-

mulierem à morbo liberet, recidet in virum morbus, in adolescentem, si senem:

74. Quod si fortem alio Magus non transferat, de vita periclitabitur: denique si Diabolus corpus sanaverit, occidit animam.

75. Refert Bodinus lib. 3. cap. 2. Fuisse quendam, qui in morbo suo hyperphysico accersi curaverit Magum, ut eum pristinæ valetudini restitueret. Hunc verò respondisse, se eum sanare non posse, nisi morbum in filiolum ipsius transmitteret. Cùm autem nutrix, re cognita, cum puero aufugisset, & Magus patrem curasset, ibi Magum à Diabolo subitò fuisse interfectum.

76. Idem Bodinus refert, se Tholosæ audivisse, studiosum quendam amico suo gravissimè ex quartana laboranti dixisse, ut febrim uni suorum inimicorum traderet, respondente illo, sibi neminem inimicum esse, dixisse: Da servo tuo: tandem, cum hoc illi religio esset facere, Magum dixisse, Da mihi eam, tùm, annuente ægroto, Magum febri oppressum obiisse, & ægrotum revixisse. Sed qua tandem ratione, si semel intoxicati fuerimus, curabimur & sanabimur? aut ab iis nobis cavere possumus?

77. Quod ad curationem attinet, tutissimum est remedium ad Spiritus Sancti Alexipharmaca confugere, idest, ad constantem in Deum fiduciam, divinis promissionibus fultam: deinde medicinæ auxilium non spernendum,

&

& omnia tentanda, quæ ars medica præcipit, & si non succedit curatio, ad Veneficos tamen nullo modo confugiendum, neque malo nodo malus, ut ajunt, aut etiam pejor cuneus quærendus. Evitare autem istorum hominum furorem & Veneficia poterimus, si nos in tutelam Dei commiserimus; est enim pater prospicientissimus, & qui Satanam ipsum ejusque vires frenat & cohibet, eumque precemur, ut adjungat nobis suos Angelos comites & protectores vitæ nostræ ubique in tota vita nostra, & consolemur nos ipsos voce filii Dei: Ero vobiscum. Item:

Si mundus hic dæmonibus
Scateret sicut vermibus,
Nil timeremus anxiè,
Vinceremus tandem strenuè
Princeps mundi superbiat,
Ringatur, ac insaniat,
Nocere nescit nebulo,
Cùm fractus sit vel verbulo.

79. Venefica quædam, quæ hîc Rostochii ante quadriennium combusta est, ex carcere Diabolum ablegavit, ut judices, qui pridiè eam sub tortura examinarunt, vel interficeret, vel iis, vel eorum familiis, damnum inferret. Judices noctu spectrum adesse animadverterunt: Verùm, quia se antea divinæ protectioni commendarunt, Diabolus nihil efficere potuit, & in carcerem reversus, Veneficæ indicavit, se jussa exequi non potuisse, propterea quod, dùm

cubitum iviſſent, illi ſe in precibus ſuis DEO commendâſſent, additis his verbis, der Allerhöchſte hats nicht haben wöllen.

80. Quare imprimis meditanda eſt illa Dei promiſſio dulciſſima, quæ nobis per Chriſtum facta, extat diſertiſſimis verbis in Pſalm. 91. à Buchanano expreſſa.

Si protegendam conſilio Dei
Credas ſalutem, rem, ſobolem, domum,
Inſana cum ſors intonabit,
Si Domini fugias ſub umbram,
Securus omnem fer violentiam
Sortiſq; mortiſq; & terrificas minas
Contemne, ſecurus tumultum
Deſpicias creperi duelli:
E fraude cæca te Deus eximet,
Frangetq; caſſes inſidiantium.
Nec ſæviens latè venenum
Lethifera patiere peſtis.
Expandat alas te ſuper, & ſuis
Pennis fovebit rebus in aſperis:
Certusq; promiſſa ſalutis
Sub clypei latitabis umbra,
Nec te, nec ades, vis propius tuas
Nec damna tangent: Nam Deus angelos
Cuſtodiæ tuæ ſalutis
Præficiet, vigileſq; ad omnes
Motus, viarum qui referent moras:
Qui per ſalebras te manibus ferant,

Nec

Nec sancietur pes recussus
Objicibus scopulorum acutis,
Securus atras inter & aspides
Deges &c.

CAPUT IX.
DE SORTIARIIS.

SUMMÆ.

18. *Mathematici & Genethliaci qui dicantur?*
19. *Motus positusq; syderum cognoscere, studium est liberale.*
20. *Verba Regis David.*
21. *Astrologicas praedictiones extendere ad casus fortuitos, deliberationes & actiones humanas, superstitiosum est.*
22. *Religiones & miracula divina ex astris derivare, vanissimum est.*
23. *Ornimantici qui dicantur?*
24. *Auguria apud veteres in usu.*
25. *Constantinus & Julianus Impp. omnem divinandi curiositatem prohibuerunt.*
26. *Observationes avium Physicae.*
27. *Observationes avium superstitiosae.*
28. *Chronomantici qui sint?*
29. *Duplex temporum observatio, Physica & superstitiosa.*
30. *Superstitiones variae enumerantur.*

1. HActenus de Magis diximus, qui in impiis eorum actionibus, malignorum spirituum invocationem adhibent. Nunc de Sortiariis sive de Sortilegis videamus, hoc est, de iis, qui absque invocatione Dæmonum superstitiosis quibusdam observationibus adhærent.

2. Veteres quidem Theologi, Aquinas, Durandus, & alii, duas esse pactiones cum Satana docent. Unam expressam, quam faciunt Necromantici & Magi illi, qui adorant ipsum: alteram

teram tacitam sive implicitam; qua tenentur omnes Idololatræ, & quicunque scientes hærent superstitiosis observationibus. Hæc illorum definitio.

3. At certum est, eum, qui ex volatu avium successum sui itineris cupit cognoscere, ut religiosè veteres factitârunt, vel qui ex lineamentis personæ & membrorum divinant & futura prædicant, ut Chiromantici, Magos dici non posse, neque expressam tacitamvè cum Satana conventionem inivisse.

4. Isidorus lib. 8. Etymol. Sortilegos ita definit: Sortilegi sunt, qui sub nomine fictæ religionis, per quasdam, quas Sanctorum & Apostolorum vocant sortes, divinationis scientiam pollicentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt. c. Sortilegi, 26. quæst. 1. & 2 Atque ita Sortilegi strictè sumpto vocabulo definiuntur.

5. Largè Sortilegos sive Sortiarios pro Magis plurimi accipiunt, prout notavit Paulus Grillandus de Sortilegis. quæst. 1. num. 2. & 3.

6. Ego Sortilegos vel Sortiarios ita definio: Sortilegi sunt, qui in actionibus illicitis divinatoria forte utuntur, & superstitiosis observationibus naturali causa vacantibus adhærent.

7. Dixi, divinatoria forte uti. Est enim triplex sortiendi genus: Divinum, Politicum, & Divinatorium. Divinum voco, cujus in sacris historiis fit mentio.

8. Sorte deprehensus est Achan sacrilegus Jos. 7.

Jos. 7. Sorte electus est in Regem Sauli filius Cis, 1. Sam. 10. Sorte electus est Matthias Apostolus. Actor. 1.

9. Post mortem Regis Poloniæ, Stephani I. cum Regni ordinibus tres candidati sive Reges in comitiis Warsaviensibus, Anno Domini M. D. LXXXVII. celebratis, Serenissimus Archidux Austriæ Maximilianus, Electus postea Poloniæ Rex, Sigismundus Sueciæ Regis filius, & Theodorus Moschorum Imperator essent commendati, & Lithuani cum Polonis super Electione amicè convenire non possent, præcipui Lithuanorum Proceres (*inter quos primas tenet Illustrissimus Princeps D. D. Christophorus Radzivil, Dux in Olica & Niswiez, Palatinus Vilnensis, Dominus meus Clementissimus, qui me summa cum humanitate, in causa Senatus populiq; Rigensis perorantem cum adjunctis Legatis clementer audivit*) sortè potius, præmissa invocatione Dei, juxta exemplum scripturæ, unum ex his eligendum censuerunt.

10. Non adversatur aut repugnat authoritati sacrarum literarum usus legitimus hujus consuetudinis sortiendi. Approbant enim illæ non abrogant constitutiones has ex insitis nobis notionibus derivatas, rationi consonas & huic conjunctioni tuendæ accommodatas, qua inter se sociati copulatique vivunt homines. Hinc Proverb. cap. 18. vers. 18. Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque dijudicat, & Proverb. cap. 16. vers. 32. Sortes

tes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.

11. Politicum est, cujus usus est in hæreditatibus & bonis communibus dividũdis. l. 2. C. quando & quibus 4. pars lib. 10. Vel ubi plures, quibus optio est relicta, discordes sunt in eligendo, tunc sorte res dirimitur. l. 3. C. de legatis. Item si dubitatur, qui nam priores causam dicere debeant. l. 14. D. de Judiciis, si de servis manumittendis, aut de liberis dividendis quæstio sit. Olim quoque sortitione dabantur judices: Contrà, episcopus sortibus eligi prohibetur. l. 47. C. de Episcopis. His adde Mynsinger. 4. observat. 37. ubi quærit. Quomodo divisio inter fratres sit facienda, an sorte?

12. Divinatorium consistit in investigatione rerum futurarum, fortunæ aut infortunii, & fit jactu, inspectione librorum & quarumcunq; scripturarum, & extorum inspectione. Hujus author extitit Numerius Præñestinus, is cùm, somniis crebris, ad extremum etiam minitantibus, jussus esset certo in loco silicem cædere, perterritus visis, id agere cepit Perfracto saxo mox sortes eruperunt, in robore insculptæ priscarum literarum notæ. Vide Peucerum de sortibus. Et Szedeginum de Magia.

13. Hoc divinandi genus habet sub se multas species, inter quas præcipuè hæ sunt: Astragalomantia, quæ per talorum jactus fit, & ex numero oblato sumitur, cum de re numerata, veluti de numero maritorum, uxorum, liberorum,

rum, villarum & aliarum rerum quæritur: aut cùm numerus jactus comparatur elogio. Libri enim ejusmodi elogiorum sunt omnibus de rebus & negotiis, ex quibus cuilibet assignatus est suus & situs taxillorum, & numerus quomodocunque cadentium, qui cui elogio respondere deprehenduntur, id vaticinium ac responsum ad quæstionem propositam esse demonstrant. Tales libros etiamnum cum figuris & numeris alearum excusos, Galli plerunque animi causa habent. Orta prorsus fuit hæc divinationis superstitio à Pythagoreis, ut & Arythmantia, elementis illi literarum certos tribuebant numeros, numeris vim occulti fururique præsagam. Vide Archid. in c. accusatus §. sanè, de hæreditat. libr. 6. & de sortileg. 2. & 3. quæstionibus. Hostien. & Ray. in summa, eodem titulo & S. Thom. 2. quæst. 95. in tit. de Superstit. versic. ad quartum dicendum.

14. Jam ad Stychiomantiam, quæ repentino in librum apertum oculorum intuitu, ex sententiæ versusque ad quæst. facientis occursu sumitur, modò ad numerum jactarum alearum, modò sine eo. Et quoniam Poëmata pro vaticiniis, ut poëtæ pro vatibus habebantur, in iis potissimum exercebatur. Hinc & in publicis causis Sybillina carmina ita observabantur, & inter privatos Græcos Homerica, Latinos verò Vergiliana. Adriano Imperatori, dubitanti de animo ac amore Trajani erga se, sortes hæ Vergilianæ obvenère ex 6. Æneid.

Quis procul ille autem ramis insignis oliva
Sacra ferens? nosco crines, incanaq́, menta
Regis Romani——

Post adoptatus à Trajano, successit ei in imperio Romano. Claudius secundus Aureliani Imperatoris prædecessor, inquirens de posteritate sua, incidit in illud lib. 1. Æneid.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Genus ejus per longam posteritatem stetit. Reliquas species ordine enumerat Peucerus de Sortibus & Bodinus lib. 1. cap. 6.

15. Huc pertinent impostores illi vagabundi cum olla fortunata, mit dem Glückstopff/ qui homines saltem decipiunt. Addidi quoque in definitione Sortiarios superstitiosis quibusdam observationibus adhærere.

16. Huc pertinent primò Chiromantici, qui ex lineamentis personæ & membrorum divinant & futura prædicunt.

17. Quidam inter divinationum Physicarum genera Chiromantiam collocant, quatenus nimirum intra Physicas versatur metas. Vide Peucerum in Chiromantia in fine.

18. Secundò Mathematici sive Genethliaci, qui Mathematicorum liberali nomine adumbrantes ineptias suas profitentur, se fata cujusque nosse, & natalitias syderum observationes, ut Jacobus Cujacius in Paratit. C. de Malef. & Mathemat. notavit. Vel qui mercimoniorum & itinerum lucra, hominum dignitates, status, aut liberos nascituros, actionum successus felices

felices & infelices, ingenii tarditatem, aut dotes, & reliqua hujusmodi nobis imminentia, ex ſtellarum ſitu, concurſu, aſpectu, & inter ſe retrogradatione, vel conjunctione, prædicunt: Vel rerum publicarum & regnorum everſiones, mutationes, aut de familia in familiam migrationes, & translationes eodem modo, ſi Deo placet, divinant, ut Lambertus Danæus in ſua Phyſica Chriſtiana, Tract. 4. cap. 36. contra Aſtrologos judiciarios ſcribit, ubi firmiſſimis ſacræ ſcripturæ teſtimoniis, aliiſq; rationibus Aſtrologorum argumenta ſolidè refutat.

19. Quamvis enim, motus poſitusque ſyderum cognoſcere & inquirere, ſtudium ſit imprimis liberale, tum ut temporum intervalla & viciſſitudines cognoſcantur, ſine qua cognitione maximæ eſſent tenebræ; tum ut contemplantes vaſta illa & varia aſtrorum corpora tanta celeritate tam diverſo motu congruentiſſima ſymmetria, per immenſa temporum ſpacia decurrere, illud certò apud nos ſtatuamus, quod in Pimandro inde colligit Mercurius Trismegiſtus, unum eſſe omnium conditorem, qui ordinem unum in tam multis & variis conſervet.

20. Ideoque Pſaltes laudato DEO iſtarum rerum inferiorum nomine, cùm ad vim aſtrorum annotandam venit, extra ſe raptus exclamat in hanc formam:

Pſam. 8.

Suſpiciens oculis tua celſa palatia cœlos,
Artifices digiti quos peperere tui.

Lucen-

Lucentemq́, globum, Lunæ Titaniaq́, astra,
Quæ docta Domini constituêre manus.
Ecquid homo est, dico attonitus, quem mente revisas
Sollicita, cujus te meminisse juvet?

De Elementorum quoque & corporum inferiorum constitutione aliquid conjiciamus, quandoquidem elementaris mundus lationibus superiorum est contiguus, & virtus ejus inde, ut ait Aristoteles, gubernetur.

21. Ulterius tamen Astrologicas prædictiones extendere ad casus nempe fortuitos, deliberationes & actiones humanas, earumque eventus, & humanæ vitæ, civitatum etiam ac regnorum fata, non potest non esse vanum, & à summis Philosophis, Platone & Aristotele ipso, eorum de his rebus silentio satis improbatum, & ab Eudoxo, Carneade, Plotino, ab Origene etiam, Basilio, Ambrosio & Augustino prolixè & ex professo confutatum.

22. Vanissimum verò & cum dedignatione irridendum, ut ad Januarium inquit Augustin. cùm religiones & divina etiam miracula ex astris derivare conantur, utpote, cum Mosaicam legem Marti, Evangelium Mercurio, Paganismum Jovi, Mahometismum Veneri, assignant, & Dei erga nos propitiationem non verentur astris ferre acceptam, prout Abraham Avenezra, si Jupiter, inquit, fortis tertiam domum aspexerit, natus Deum diligit, & ab eodem diligitur. Qui Deo supplicaverit, inquit

Albumazar, hora, qua Luna cum capite Draconis Jovi conjungitur, impetrat, quicquid petierit. Saturnus, inquit Maternus, in Leone constitutus, facit longævos, quorum anima post mortem ad cœlos transibit. Aliaque id genus deliramenta alii, verè (*ut ait Hieronymus*) Ægypti opprobria.

23. Tertiò Ornimantici avium observatores.

24. Celebratissimæ maximæque dignationis semper fuêre oracula, extispicia, auguria; adeò, ut his totam Romanorum Rempublicam tantum non contineri Cicero existimaverit. Romani, inquit, solennes & statas ceremonias Pontificatu, rerum agendarum authoritates augurio, fatorum seriem prædictione Apollinis vatumque libris, portentorum depulsa & explanationes Hetrusca disciplina explicari voluerunt.

25. Posteà verò elucescente Evangelio hæc omnia evanuerunt, atque in magnam infamiam abierunt, usque adeò, ut Constantinus earum artium administris nullius domum patere gravissimis pœnis sanciverit, quodque magis miremur, Julianus etiam, qui postea usq; ad insaniam his rebus deditus fuit, omnem divinandi curiositatem perpetuò silere, & non, ut olim Cato, villicos tantum, sed omnes in universum, aruspicem, mathematicum, ariolum, Chaldæum ac Magum consulere vetuerit. Ergò, ut præclarè ait Ambrosius, futura ab istis scire, & inutile est quærentibus, & impossibile polli-

pollicentibus. Posteà brevissimi temporis lapsus facit, ut à tota conjectura sua isti longissimè aberrent.

26. Porrò observationes ex avibus variæ sunt: Aliæ sunt Physicæ, ut grues, in silentio per sublime volantes, serenitatem nunciant, Corvi singultu quodam latrantes, seque concutientes, si continuant, ventos, si verò carptim vocem resorbent, ventosum imbrem: Graculi serò à pabulis recedentes hyemem, & albæ aves, cùm congregantur, & cùm terrestres aves contra aquam clangores dant, perfundentes sese, sed maximè cornix: Hirundo tàm juxta aquam volitans, ut eam stringat aut percutiat penna: Anseres continuo clangore intempestivi: Ardea in mediis arenis tristis: Pecora exultantia & indecora lascivia ludentia: Boves cœlum olfactantes, seq; lambentes contra pilum: Turpes porci alienos sibi manipulos fœni lacerantes: segniter & contra industriam suam absconditæ formicæ, vel concursantes, vel ova progerentes: Vermes terreni erumpentes, eandem tempestatum significationem habent.

27. Aliæ superstitiosæ, ut, observare volatus aut garritus avium, juxta disciplinam gentium, ut, qui noctuarum aut bubonum nocturnos clamores mortem alicujus vicini præsagire, credunt. Bubonis vox audita, anno urbis DCXIX. & sequenti, exercitus Romani oppressionem ad Numantiam portendisse, credita

eſt. Rurſus viſus non auditus bubo, felix omen attuliſſe, judicatus eſt aliquoties. Noctua ſi volaſſet, victoriam nunciare, ſi ſereno ceciniſſet, turbare aërem: ſi tempeſtate occineret, ſerenare obſervatum eſt. Hæc cum in haſta Pyrrhi Regis, contra Argos euntis conſediſſet, fatum illi, & diſcrimen extremum portendit & attulit. Ante Pharſalicam pugnam apes aræ inſidentes, & in navibus conſpectæ, Dioni & Pompejo Magno cladem paulò poſt ſecutam prænotârunt. Idcirco cùm in Bruti exercitu examen apum procubuiſſet, Haruſpices caſtra mutare eum juſſerunt, ne in hoc loco damni aliquid & detrimenti acciperet. Hirundinum circumvolutationes, decubitusvé, infauſti habiti. Præpoſteros aut veſpertinos gallorum cantus optimi eventus ſigna aliqui notavêre. Gallinarum cantus nunquam exauditi, niſi quando dirum aliquid immineret. Corvi, inauſpicatæ garrulitatis aves, à dextra, ut cornices à ſiniſtra, ſpes non ambiguas: ſi ab ortu occinerent clara voce, præſentem felicitatem ſignificabant. Ab occaſu, vel læva, ſi proclamarent, aut glutirent vocem, velut ſtrangulati, exitium apportabant. Corvi diſcerptos devorantes pullos, reliquiasque deferentes in nidum, ante civile bellum inter Syllam & Marium, viſi, & crudelitatem, qua in ſua illi ſævierunt viſcera, portendiſſe judicati ſunt.

28. Leporem aut vulpem, vel prægnantem canem obviaſſe, aut ſerpentem commeantium iter

iter interrupisse, aut procidisse, aut offendisse pedibus, aut subitò constitisse, aut expavisse, vel defecisse viribus, absque manifesta causa, aut spectra conspexisse, vel circumfusas ac scintillantes flammas, aut risus, gemitus, compellationem sui exaudivisse, & quicquid fuit hujusmodi, infortunata præsagire & infesta itinera, creditum est.

29. Ultimò Chronomantici, id est, observatores temporum superstitiosi. Est autem duplex temporum observatio: Alia est Physica, quæ ex ipsis sideribus ipso naturæ ordine quodammodo pendet, quale est proximæ pluviæ aut serenitatis; tempestatis aut tranquillitatis; frigoris aut æstatis judicium. Hinc Salvator Matth. 16. & Lucæ 12. vers. 54. Quando est serum diei, dicitis, serenitas erit, rubet enim cœlum. Et mane: Hodie erit tempestas, rubet enim cœlum triste. Item, Quum videritis nubem exorientem ab occasu, statim dicitis, Imber erit, & ita fit; & quum Austrum flantem, dicitis, Æstus erit, & fit æstus. Sic Elias ex nube exoriente mare versus, pluviam fore naturaliter prædicit, 1. Reg. 18. vers. 43. Observavit enim omnis ætas quosdam ceu decretorios dies, indices præcipuarum anni tempestatum & fœcunditatis aut sterilitatis, non temerè aut fortuitò, nec superstitiosè, sed quòd congruere significata deprehensum esset, etsi causas non intellexit, quas constat cœlo derivari plerasque. Usitatum est colonis prædicere tot

tempestates, pluvias æstate orituras, quot dierum in Martio nebulosa fuerit constitutio, totque Pascha consecuturas pruinas, & Augusto Mense effumaturas nebulas, quot noctibus Martius irrorârit. Ita ex aëris constitutione, quæ incidit in diem Medardi, vel circiter, de tota messis tempestate: Ex ea, quæ Urbani die contingit, de vindemia conjecturas faciunt, quæ etsi non exactè semper cum eventu congruunt, rarò tamen prorsus aberrant. Ejus generis quoque sunt his versibus comprehensa prædicta:

Clara dies Pauli bona tempora denotat anni:
Si fuerint venti, designant prælia genti:
Si fuerint nebulæ, pereunt animalia quæq;:
Si nix, si pluvia: designant tempora cara.

Tales superstitiosi versus, sunt hi quoq;:

Vincentii festo, si sol radiet, memor esto,
Para tuas cuppas, quia multas colligis uvas.

Hæc enim non possunt subsistere, ut Martinus de Arles, doctiss. Theologus, in tractatu de Superstitionibus dicit. Nam quod illa die sint nebulæ vel venti, per accidens id est, quod plures sint vindemiæ illo anno, vel animalia pereant, vel prælia contingant, accidit non à tali die festo, sed potiùs à voluntate divina. Nam sæpè contrarium videmus esse certius. Arborem ad ædificandum putatores non cædunt plena, sed decedente Luna, alioqui lignum ædificiis foret inutile. Eodem tempore inseritur, plantarumque radicibus accumulatur; grana & legumina

mina vanno excutiuntur declinante Luna, aliæque observationes innumeræ à veteribus fuerunt annotatæ, quas videre est apud Plinium lib. 18. cap. 32.

30. Alia est Superstitiosa, quæ non habet causam in natura, sed humana superstitione excogitata est, & Satanæ præstigiis confirmata, qualis est observatio dierum Ægyptiacorum. Sunt enim, qui dicunt, in quolibet mense duos esse dies, quos ægros & Ægyptiacos vocant, in quibus infaustum sit quicquam operis inchoare f. 26. quæst. 7. non observetis. De his & similibus vide Volaterranum. Alii observant tempus jucundi conjugii, induendæ novæ vestis, amandandi nuncii, & aliarum id genus rerum. Hujusmodi superstitiosæ observationes sunt prohibitæ. His affines sunt vulgares superstitiones, quibus vulgus uti consuevit, ut sunt: dirum esse, si quis manè calceum perperam, ac sinistrum pro dextro indueret, ut Cæsar etiam Augustus judicabat. Infelicem consiliorum eventum esse eo die, quo nobis præsentibus sal in mensa effundatur. Infaustum esse, cervum transire à dextris, vulpem à sinistris. Infaustũ esse, lapidem aut puerum aut fœminam mediam intervenire. Calcare limen, cùm ante domum tuam transis. Redire ad lectum, dum si quis se calceat, sternutaverit. Redire ad domum, si quis procidẽs offenderit, vel si vestis à soricibus roditur. De his lege Aug. l. 1. de doctr. Christ. &c. illud 26. q. 2. &c. Non observetis 26. q. 7. &c.

CANDIDO LECTORI

JOHANNES GEORGIUS GODELMAN S. D.

SCriptionis, candide Lector, præcipuum officium esse arbitror, ingenuè & palam fateri, per quos profecerit, & quorum opera industriaque in suis scriptis se adjutum senserit, ne alienæ industriæ laudem, suppresso aliorum nomine, sibi tribuat, ut præclarè Plinius ad Vespasianum Imperatorem in procemio Naturalis historiæ scripsit. Quapropter lubenter fateor, me, in hoc suscepto difficillimo labore, ita adjutum clarissimorum & doctissimorum Theologorum, Jurisconsultorum, Medicorum, & Philosophorum Europæ, quorum nomina & verba in singulis capitibus totius operis passim bona fide annotavi, scriptis & laboribus, ut absque illis hoc iter nequaquam ingredi ausus fuissem: & lector attentus ipsorum res & verba cognoscet. Quid enim dici potest, quod non sit dictum prius? Inprimis verò quod ad Medica & Paracelsica, à me in cap. VIII. lib. I. de curatoribus

bus morborum præstigiosis relata, attinet, plurimum me adjuvârunt clarissimi Medici. D. Francisci Joelis, piæ memoriæ, Collectanea disputationis suæ, de morbis hyperphysicis & rebus Magicis, quæ pro insigni sua humanitate mihi (ad absolvendum cap. 8.) benignè communicavit juvenis eruditus & modestus, D. Timotheus Joel, D. Francisci filius, amicus meus singularis: licet aliâs doctissimus ille vir in Disputatione sua in multis à me dissentiat, inque contraria planè sit sententia, dum Lamiarum potentiæ nimium tribuit, nec aliquam differentiam inter Magos, Veneficas & Lamias statuit, sed indistinctè omnes comburendas asserit. Non enim debeo nec volo aliorum labores & industriam furari & mihi vendicare: cum perversi & infelicis ingenii sit, malle in furto deprehendi, quam mutuum reddere, ut Jason noster ait. Accipe igitur Lector humanissime, hunc laborem, eo quo datur animo, & citra calumniam lege, Deumque roga, ut Spiritu suo sancto etiam reliquos conatus meos, ad sui nominis gloriam, & Reipublicæ salutem, dirigat.

VALE.

AD JUDICEM,

JOHANNIS ALTHUSII, U.J.D. ET PROFESSORIS, ADMONITIO.

Ardua, controversa & periculosa quæstio de Maleficis, Sagis & Lamiis semper fuit. Non enim hîc de glande legenda, non de oleo, vino, tritico legato, sed de vita, de honore & existimatione hominis agitur. Ibi si erratur, jactura est exigua, hîc major esse nequit. a Cogita igitur hîc, qui pro tribunali sedes, quantum sententia iniqua nocueris. Vide, ne innocentem sanguinem effundas, vide quoq; ne impium justifices. Non hîc restitutionis in integrum, beneficium locum habet, neque postea factum infectum reddi potest, b imò imperitia culpę adnumeratur. c Neque etiam putes hîc cum vetulis deliris agi, cum callidissimo & versutissimo generis humani hoste Dæmone negotium est. Hic mille artes, quibus te decipiat, novit, mirabiles tibi insidias struit, omnem lapidem movet, ut à tramite recti te seducat. Jam homines dementat,

a Job. c. 2. v. 4. Proverb. c. 22. 1. Ecclesiast. c. 41. v. 15. 16. b l. in bello 12. §. facti. 2. de Capt. & postl. reverf. c l. imperitia, 132. de reg. Jur. l. 28. §. 29. ad l. Aquil. l. 9. §. 5. l. 13. §. 5. Locat.

tat, *d* vetulis melancholicis imaginationes insinuat, soporiferis unguentis delinitis somnia & phantasmata varia objicit, homines præstigiis suis deludit, *e* ut revera à se designari existiment, quæ facta quidem esse constat, sed tamen vel ab alia naturali causa, quæ postea deprehenditur, vel etiam ab alio autore. Nunc sensus hominum per apparentiam quandam & delusionem fallit, *f* ut omninò sibi persuadeant, fieri vel facta esse, quæ tamen vel facta omninò non sunt, vel etiam ab homine fieri non potuerunt, imò sæpè nec ab ipso Diabolo.

Rogo enim, an facta ab ipsis vel à Diabolo putabimus, quando confitentur, se in lupos, feles aliasvé bestias transmutatas? similiter quando asseverant, se aliò segetes transtulisse, per rimulam evolasse, mortuos excitasse, aliaque humanæ naturæ proprietatibus contraria vel viribus nostris superiora patrasse? Nequaquam opinor. Dei solius est, formas & essentiales rerum proprietates mutare, *g* hujus solius, recondita & occulta scire, *h* non genethliaci, non astrologi, arioli, pythonis. *i*

Sunt

d act. apost. c. 8. v. 11. *e* Syrac. c. 34. v. 3. 4. 5. 6. 7. Jere. c. 27. v. 9. 10. 11. 15. & c. 23. 32. act. ap. cap. 8. 11. *f* 1. Sam. c. 28. v. 7. 9. 10. 11. 13. Syrac. c. 34. v. 3. 4. 5. 6. 7. 8. facit Tob. c. 12. v. 19. *g* Johan. c. 2. 9. 11. Exod. c. 4. v. 3. 4. 5. 6. & c. 7. 10. 20. & c. 8. c. 9. c. 10. & seqq. Num. c. 22. v. 28. Jos. c. 3. 16. & c. 10. 13. Psal. 78. & 72. 2. Reg. c. 6. 6. Dan. c. 3. 24. & 1. Sam. 14. 6. 2. Sam. 2. 6. Psal. 33. 9. Matth. c. 3. 9. Rom. c. 4. 17. 21. 2. Cor. 6. 18. & 9. 8. Exod. c. 15. 11. Job. c. 9. Esai. c. 50. 2. & passim alibi. *h* Hebr. c. 4. 13. Marc. 6. c. 2. 8. Act. c. 1. 24. Exod. c. 3. 19. Deut. c. 31. 21. Esai. c. 29. 15. & infinitis aliis locis. *i* Dan. c. 2. & c. 4. 5. Gen. c. 41.

Sunt igitur hęc, quæ illi de se confitentur, mera ludibria & mendacia Satanæ, quibus nos in superstitiones ducere & à Deo avertere molitur. *k* At quid de factis, quæ hominis quidem vires superant, in Dæmonis verò potestate sunt? Fatetur scilicet Lamia seu Malefica, se tempestates movisse, tonitrua, grandinem, ventos, pruinam, aliaque meteora produxisse, sterilitatem effecisse. Vident hîc omnes in nullius hominis potestate esse, ut talia faciat, & tamen constans omnium ferè maleficorum confessio est, à se hæc perpetrata esse, etiam de factis & factorum circumstantiis constat.

Quid igitur hîc agendum? Certè Dæmon ex naturalibus causis, de quibus Physici, facere ejusmodi potest, *l* & fecisse illa, ex tacito, vel expresso pacto cum malefico, intelligimus. Cur igitur hic maleficus à pœna excusandus? *m* imò diligentissimè inquirendus & puniendus. *n* Idem omnino statuendum opinor, quando fatentur se virilitatem sustulisse seu vim generativam inter conjuges, aliasque personas impediisse, morbos omnibus medicis incurabiles certis medicamentis, verbis conceptis, vel alio signo adhibito sustulisse, vel incognitos & admirandos suis incantationibus intulisse, se per aërem volasse, in remotissima loca deportatos, serpen-

k Deut. c. 13. 1. 2. 3. 4. 5. Syrach. d. loc. Jere. c. 27. v. 9. 10. 11. 15. *l* Job. c. 1. & c. 2. l. 4. eorum l. multi. 6. & tot. tit. C. de malef. & mathemat. *m* Vid. Levit. c. 19. 31. & c. 20. 27. Deut. c. 18. 11. 1. Reg. c. 28. 7. d. l. 6. multi. l. 5. nemo. C. de malef. & mathemat. c. non absolvetis. 26. q. 7. *n* Deut. c. 13.

ſerpentes,ranas,aliaque animalcula effeciſſe, res futuras prædixiſſe, mortuorum manes & umbras & ſpectra produxiſſe, rerum furtivarum,amiſſarum vel remotiſſimarum imagines, & locum in ſpeculis, cryſtallis, aqua, annulo, aliové inſtrumento repræſentaſſe,& indicaſſe, ſerpentes virus exorciſmo ſuo ſeu incantatione deponere coëgiſſe,vel ipſum Diabolum o & ſimilia execranda patraſſe. Ipſæ Maleficæ, Lamiæ vel Pythones per ſe hæc facere non poſſunt. Verum eſt. At auxilio & ope Diaboli, advocati adſiſtentis & colludentis, faciunt. A Dæmone vero,artifice & phyſico peritiſſimo, hæc fieri poſſe negabis? Deficientibus naturalibus cauſis & mediis,hoc facilè dixerim. Nam hoc modo aliquid efficere poſſe,omnipotentiæ argumentum eſt. Verùm hiſce cauſis præſentibus,quin artifex uſu, experientia & ſcientia præſtantiſſimus, ſupra hominum, qui ſcientia & facultate longè inferiores ſunt,vires aliquid facere poſſit,quis dubitabit? Non oportet igitur Diabolum hac in re homini adæquare. Dona utique naturalia ſpiritui convenientia, integra & perfecta in Diabolo,ſicut in cæteris ſpiritibus,permanſerunt.Hæc naturalia dona, ſi tu in Diabolo mutata fuiſſe affirmaveris,vide, ne te experientia refutet, vide,quid hiſtoriæ ſacræ,quid profanæ reſponſurus ſis? Omnes Diaboli actiones & operationes, de quibus in ſacris literis perſcruteris,invenies, parem ipſi cum

o l.1.§.3.de var.& extraord cognit.act.c.19.& 13.

cum bonis angelis in exequendis mandatis divinis celeritatem, parem aptitudinem, parem etiam potestatem, tantam mehercule, quantam nos vix credere possumus.

An non potuit hic hominem surdum & mutum reddere? *p* Sanè morbos periculosissimos infligere, *q* vulnerare, *r* homines & pecora interficere? *s* nonne serpentes aliasque bestiolas producere? *t* sensus fallere? *u* visu privare, *x* phantasmata, visiones & somnia terrifica objicere? *y* Spectrorum monstris, fascinationibus & larvis terrere? *z* phantasmatibus populum Judaicum, *a* Ægyptios, *b* Saulum, *c* & prophetas *d* decipere? Judam ad proditionem adigere? *e* per incantationem nocere, *f* imò interficere, *g* ventum, tempestatem & ignem in perniciem Jobi excitare? *h* non hic potuit corpus humanum ex loco in locum deportare? *i* non potuit corpus adsumere? *k* non prodigia, miracula seu

p Marc.c.9. Luc.c.13. Matth.c.9.32. *q* Job. c.2. & seqq. vid. Luc.c.13.16. *r* Actor.c.19.16. *s* Matth.c.8.v.32. Tob.c.6.19. *t* Exod.c.8.c.7.c.9. *u* Exod.d.c.7.v.11.12.22. *x* Matth.c.12.22. *y* Sapient.Salom.c.18.17.19. Syrach.c.34.v.3.4.5.6.7. Marc.6.v.49. Actor.c.12.15. *z* Vid.d.c.17.v.3.4.7.8.9. Sapient.& Matth.c.14.26. Act.c.12.9.15. *a* Jerem.c.27.v.9.10.11. & c.23.32. Actor.c.8.9.11. *b* Gen.d.c.7.c 8. & seqq. *c* 1.Sam.c.28. *d* 1.Reg.c.22.21.22.23. vide Philipp. Mornæum de veritate Christ. Relig. c.23. *e* Luc.c.22.v.3. *f* Syrach.c.12.12.13. Psal.58.5.6. *g* Tob.c.6.19. fac.2. paral.c.32.21. Act.c.1.18. Job.c.2. Matth.c.18.32. *h* Job. c.2. adde c.13.v.13. Apocal. Johan. *i* Matth. c.4. & experientia testis est. *k* Matth.d.c.4. Gen.c.3. add.c.18.2. c.19.2. Judicum c.13.16.17. experientia testatur & historiæ.

ſeu portenta per miniſtros ſuos edere poteſt? *l* Magna ſcilicet poteſtas Satanæ eſt, qui in malis efficaciter agit & operatur, *m* qui Deus ſeculi hujus eſt, *n* princeps mundi, *o* poteſtas aëris *p* & dominus rectorque mundi, *q* in quo videlicet regnum ſuum habet. *r* Hic inquam, qui tanta facere poteſt, quare ſuperiora, quæ dixi, divina permittente voluntate, ad invocationem maleficorum ſuorum non efficiet? Poſſe igitur habet, nec opinor, velle deficit. Atque hæ ſunt pœnæ illæ, quibus Deus hominum impietatem punire vult. *s* Sic ergo ſtatuendum, quando malefici fatentur à ſe facta, quæ vires ipſorum ſuperant. At ſi quæ ab homine fieri poſſunt, hîc inprimis videndum, ut de facto illo ejusque circumſtantiis conſtet. *t* Deinde autorem alium inveniri non poſſe. Denique omnes circumſtantias & conjecturas urgentes in authorem maleficum concurrere, ut etjam in non confitentem probatio quædam ſit. *u* Ita accuratè cauſa examinari debet. *x* Quare verò

l Matth. c. 7. 22. 23. c. 24. 24. Marc. c. 13. 22. 23. 2. Theſſ. c. 2. v. 9. Deut. c. 13. v. 1. 2. 3. 4. Apoc. 13. 14. 15. & c. 16. 14. & c. 19. 20. *m* Epheſ. c. 2. v. 2. Theſſal. c. 2. 9. 10. Mornæus d. loco. *n* 2. Corinth. c. 4. v. 4 *o* Johan. c. 12. v. 31. *p* Ephel. c. 2. v. 2. *q* Eph. c. 6. v. 12. *r* Marc. c. 3. v. 27. Luc. c. 11. Marc. c. 12. v. 29. *s* Levit. c. 26. ſicut comminatur apud Eſaiam c. 34. 14. & c. 19. 3. & c. 47. 12. 13. & Jerem. c. 23. 32. 2. Theſſal. c. 2. 11. *t* Deut. c. 13. v. 14. & c. 19. 17. 18. c. 16. & ſeqq. Ioſ. c. 7. v. 22. & ſeqq. & c. 22. clarus lib. 5. §. final. practic. crim. q. 64. num. 3. 9. & q. 55. & q. 9. *u* l. 1. §. ſi quis 27. §. 25. & §. 23. & §. 1. l. 18. de quæſt. *x* Syrac. c. 11. 7. 8. & c. 37. v. 21. & c. 19. v. 26. 27. Iohan. c. 7. 51. Deut. c. 17. 8. 7. 6. 2. Cor. c. 13. 1. d. l. 1. §. 25. de quæſtion.

vero? Opinor, ut judex certus esse possit, non esse hæc phantasmata, non esse præstigias & illusiones Diaboli, ut sunt sæpissimè, quæ Malefici vel Lamiæ de suis commessationibus, ludis, jocis, choreis, transportatione, nefandis & monstrosis suis libidinibus fatentur.

Ex hisce de factis maleficorum intelligis, de modo verò efficiendi & operandi fortè dubitaveris, præsertim verò in iis quæ hominum vires superant. Acta judiciorum docent, maleficos in producendis operibus suis nonnunquam adhibere ea, quæ naturalem actionem ad operationem propositam adsequendam habent, uti herbas, venena, pharmaca toxica, philtra, & sæpè etiam nuda signa, verba concepta & inanes characteres nihil virtutis habentes ad effectum producendum. Unde igitur, inquis, illo casu operatio, quæ signa adhibita consequitur? Puto ex tacito vel expresso pacto cum Dæmone inito, quem ad operationem producendam invocant. Sæpè etiam utrumq; modum, res scilicet & imprecationes conjungunt. Quæ cùm ita sint, rectè dixi, quæstionem hanc arduam & periculosam esse, in qua judicem circumspectum & prudentem esse oportet. Non semper credendum, quandoque etiam fides adhibenda. y Facti qualitas & circumstantiæ judicem multa docebunt. z Vide & lege, quæ eruditè & accuratè hac de re scripsit clarissimus

y l.1.§.25.§.27. de quæstion. l.11 §.8. de interrog. l. ultim. C. de probat. z l.3.§.1. ver. tu magis. de test. l.21. d. t. l. illicitas 6. §.1. veritas de off. præsid.

rissimus & multæ lectionis vir D. Godelmannus lib. 2. & 3. Observa similiter & nota benè, quæ ibidem de processu tradidit, item quæ eleganter & doctè scripsit de differentia constituenda inter veneficos, incantatores, prestigiatores, ariolos & lamias, sagas seu striges; quæ ab aliis hucusq; magno errore confusa fuere. Venefici veneno, intoxicationibus: incantatores verbis conceptis, seu adjuratione, aliisve ceremoniis adhibitis damnum inferunt, lædūt vel interficiunt, homines vel bestias vel cæteras res inanimatas inficiunt. Præstigiatores umbras rerum offerunt & falsas species effingunt, ut oculos reliquosque sensus hominum fascinatione ludāt & fallant. Arioli divinant & res abditas revelare conātur μάγως sive ἀμάγως.

Hi prout variis modis divinant, ita variis etiam nominibus appellantur, nimirum pythones, necromantici, somniorum conjectatores, astrologi, theomantici, crystallomantici, gastromantici, lithomantici, dactyliomantici, hydromantici, pyromantici, &c. Lamiæ ludis, jocis, colloquio, familiaritate, commessationibus, choreis, transportatione & Venere nefanda, cum Diabolo utuntur. Omnes in eo conveniunt, quòd, quicquid faciunt, Diaboli ope faciunt, cum quo scilicet ea de causa pactum tacitum sive expressum inierunt, & in istius obsequium corpus & animam addixerunt. Potest igitur Saga vel Lamia esse, quæ tamen pythonica, venefica, incantatrix non est, ut ex-

 peri-

perientia & earundem constans confessio testatur. Quòd si verò Lamia veneno vel alio modo nocuit, si præstigiis, sortilegio, divinatione, philtro usa est, non negamus, quin simul & venefica, pythonica & incantatrix sit & haberi debeat. Non enim concursus & multitudo delictorum ipsa delicta vel pœnam ipsorum minuit.[a] Atque hæc doctissimus vir D. Godelmannus rectissimè observavit & tradidit. Utinam verò & judices hæc observarent & hæc maleficia distinguerēt: Utinam perpenderent quoq; quàm frigida, quàm temeraria, fallax & periculosa sit probatio Sagarum per aquam frigidam.

Author noster rectè genus probandi furiosum vocat, Conciliis jam olim prohibitum. Vide, quæ doctissimè docuit lib. 3. At, inquis, si prohibitum fuit, quomodo hodiè in plurimis locis robur & fidem accepit? quomodo in consuetudinem venit? Venit certè, nec jam, quomodo venerit, sed, quàm rectè & quomodo tollatur, quærendum erat. Verum sæpè aquis innatantes, postea etiam nocentes, deprehenduntur, & contrà innocentes sursum feruntur. Fieri hæc & facta sæpè, credo. Tu verò nescis, Diabolum sæpè vera [b] dicere, sæpius etiam falsa? [c] Vera dicit coactus [d] vel semel, ut centies te inposterum decipiat. Justa nimirum merces

est

[a] l. 2. de privat. delict. l. 27. ad L. Aquil. l. 11. §. 2. de serv. corrupt. l. 8. §. 2. arb. furt. Cæsar l. 60. de act. & obligat. Matt. c. 7. 13. Exod. c. 23. [b] 1. Sam. c. 28. 29. Act. Apost. c. 16. v. 17. & c. 19. 15. 16. 2. Cor. c. 11. 14. Matth. c. 8. 29. Marc. c. 5. 7. & experientia testatur. [c] Johan. c. 8. 44. Gen. c. 2. Jer. c. 27. 9. 10. 11. 14. 15. & seqq. [d] d. c. 8. 29. Matth.

est hæc eorum, qui in probando illicita media quærunt, qui plus, quàm par est, sapere volunt, *e* qui miraculum quærentes Deum tentant, ut scilicet seducti mendaciis credant, *f* & error ad superstitionem in ipsis efficax sit. *g* Crede mihi, Diabolus maleficos puniri & manifestari nunquam cupiet, grassandi potiùs & peccandi licentiam & tempus suis omnibus modis, prorogari sataget. Novit verò Deus occulta & abdita mirabiliter in lucem proferre & maleficos ad supplicia ducere.

Longè aliud est, quòd olim malefici per sortem judicati fuerunt, *h* item per potionem amaram, *i* aliud etiam factum Ecclesiæ. *k* Sed jam actum ago, habes hac de re latiùs & accuratiùs disputantem autorem nostrum, lib. 3. Hoc interim testor hîc, me à fidedignissimis, qui viderint, audivisse, aquis innatasse, de quorum tamen innocentia & integritate nemo dubitare poterat, & contra nocentes submersos. Ita mēdax varius & subdolus Diabolus est. *l* Quòd si præterea lector varias variorum altercationes & disputationes, quibus hæc quæstio hucusque agitata fuit, inspexeris, imò inquam, si insuper prejudicia numeraveris, quibus hactenus vel impugnata vel defensa fuit, non minùs

 ardua

e Rom. c. 2. *f* 2. Thessal. c. 2. 9. 11. *g* Esai. c. 19. 3. vide apud Ieremc. 44. 16. 17. 18. 19. & seq. In dubio igitur melius est nocentem dimittere, quàm innocentem damnare. l. 5. absentem d. c. pœn. fac. l. 47. Arrianus de oblig. & act. l. 6. C. de accusat. *h* Iosf. c. 7. 18. Ion. c. 1. 7. 2. Sã. c. 14. 41. 42. Prov. c. 18. 18. *i* Num. c. 5. 14. 15. & seq. 24. *k* 1. Reg. c. 18. 22. & seq. *l* Ioh. 8. 44.

ardua & perplexa videbitur. Remedium ad difficultatem hanc ſuperandam ſuppeditabit tibi hæc doctiſſima clariſſimi viri D. Godelmanni diſputatio in uſum tuum edita.

De utilitate hujus quæſtionis minus dubitabis, quando tractatum hunc, hiſtoriis, diſputationibus Phyſicis, Theologicis & Juridicis refertum, perlegeris. Si ita exiſtimaveris, ago hîc de illis, qui in omnium noſtrorum perniciem conjurârunt, quorum vita noſtrorum eſt exitium, mors verò ſalus & incolumitas. Hiſce magiſtratum provincias ſuas purgare oportebat, *m* ut piorum Regum exempla teſtantur, *n* atque ſuſpectos ad cultum divinum etiam invitos cogere. *o* Claudam admonitionem hanc, ſi prius te, clariſſime & præſtantiſſime D. Godelmanne, admonuero, ut ita de Republ. benemereri pergas, & doctiſſimos duos alios tractatus, unum de homicidio, alterum de communibus opinionibus feudalibus, nobis etiam non invideas. Benè vale Lector, & hiſce utere, fruere.

m 2. Reg. c. 10. & Iudic. c. 10. l. 3. in fin. l. 13. congruit. de offic. præſid. ut ſublatis malis cæteri ſecuri vivant. 2. Tim. c. 3. 16. Deut c. 13. 11. *n* 2. Paral. c. 30. & 31. & c. 34. 2. Regum c. 18. 13. 4. 5. & c. 22. & c. 23. *o* 2. Paral. c. 34. 33.

FINIS LIBRI PRIMI.

JOHANNIS GEORGII
GODELMANNI, JCti

LIBER SECUNDUS,

De

LAMIIS.



NORIBERGÆ,

ANNO DOMINI

M. DC. LXXVI.

LIBRI SECUNDI,

CAPUT I.

Lamia unde dicatur & quid ſit?

CAPUT II.

An Lamiæ fœdus cum Satanæ ineant?

CAPUT III.

De Lamiarum & aliorum hominum in lupos, feles, aliavé ejuſcemodi animantia transformatione.

CAPUT IV.

An Lamiæ ſcopis vel baculis inſidentes per aêrem volitare poſſint?

CAPUT V.

An Lamiæ cum Satana rem Veneream exercere poſſint?

CAPUT VI.

Utrum Lamiæ, tempeſtates, pluvias, tonitrua, ventos in aêre producere poſſint?

CAP. I.

CAPUT I.

LAMIA UNDE DICATUR, ET QUID SIT?

SUMMÆ.

1. *Lamia unde dicatur?*
2. *Eustathii verba de Lamiis.*
3. *Philostrati verba de Lamiis.*
4. *Dionis verba.*
5. *Diodori Sicul. verba.*
6. *Plutarchi verba.*
7. *Duris verba.*
8. *Lamia vocabulum in Sacra Scriptura quomodo accipiatur?*
9. *Striges unde dicta?*
10. *Saga unde dicta?*
11. *Saga cur veratrices dicta?*
12. *Europa populi quomodo Lamiam nominent?*
13. *Saga cur hodiè Lamia dicta?*
14. *Quid sit Lamia?*
15. *Quales personas in hanc tragœdiam Diabolus introducat?*
16. *Diabolus quos superat, per mœrorem superat.*
17. *Mulierum sexus incautus & mollis est.*
18. *Diabolus quomodo & qua ratione Lamiis insidias struat?*

IN præfatione libri primi oſtendi, imprimis obſervandam eſſe differentiam in hoc Tractatu inter Magos, Veneficas, & Lamias, propter diverſitatem pœnarum. Quapropter cùm abundè, ut ſpero, in præcedente libro de Magis & Veneficis actum ſit, reſtat jam, ut aliquid etiam de Lamiis dicamus.

1. Lamia à voce λαμὸς derivatur, id eſt, ingluvies, ut ait Porphyrio in illud Horatij: Neu pranſæ Lamiæ. Et, eodem jure piſcis omnia devorans, etiam homines integros, teſte Nicandro Colophonio apud Euſtath. in Odyſs. 13. appellatur Lamia.

2. Euſtath. in Homerum dicta Odyſſea ita ſcribit: voce Lamiæ ſignificari Dæmonem ſpecie muliebri.

3. Eodemque ſenſu ait Philoſtratus, Lamiam pueros devorantem Corintho Apollonio Tyanneo expulſam eſſe.

4. Cùm autem plerumque Dæmones ſpectentur in deſertis locis, prout eſt maxima ex parte Africa, Lamiam in hiſtoria Africana deſcribit Dion ſimilem feræ, habenti vultum fœminæ elegantiſſimum, mammas & pectus pelliciendis viatoribus regenti, modeſtis & gratis oculis: Cæterum loco pedum habere ſerpentis caput, & ſquamigerum ſerpentem eſſe, qui hominem, cùm primùm acceſſit, vorat aviſſimè.

5. Diodorus Siculus Bibliothecæ lib. 20. Inde

Inde iter facientibus occurrit mons ex utroque latere præruptus, in cujus medio alta erat caverna, ex qua ardua rupes sursum tendebat, ad ejus radicem antrum erat insignis magnitudinis, hedera & taxo obsitum. In eo vixisse fabulantur reginam Lamiam, insignis pulchritudinis mulierem, sed ejus faciem posteà, propter animi feritatem, in beluinam transformatam ferunt. Cùm ei omnes liberi morerentur, hoc casu mœstam & invidia adversus fœcundas motam, ex ulnis infantes abripi & confestim necari jussisse, fama est. Hinc ad hanc usque diem manere apud pueros illius mulieris memoriam, atque iis ejus nomen esse summo terrori. Cùm autem ebria esset, licentiam omnibus dedisse, quidvis pro arbitrio faciendi, atque per illud tempus, quoniam ea, quæ fierent in illis finibus, non inquireret, pro cæca habitam fuisse. Hinc fabulantur quidam, eam oculos in marsupium occulisse, transferentes eam, quæ in vino nascebatur, incuriam ad supra dictum carmen, tanquam vinum eam aspectu privasset.

6. Quod autem ea in Africæ finibus fuerit, author est & Euripid. ait enim: Quis hominibus infame nescit genus Lamiæ Libysticæ? Plutarchi verba lib. de curiositate hæc sunt: Lamiam, inquit, fabulæ narrant, domi quidem canere cæcam, oculos habentem in vasculo repositos, verùm, ubi prodeat, forâs reponere, ac tùm oculatam esse. Ita quisque nostrum foris

& in rebus aliorum, ob malevolentiam, sibi curiositatem, velut oculum, imponit. In nostris verò ipsorum erratis nec oculos, nec lucem habemus.

7. De Lamiis (prout refert Pet. Martyr. in comment. suo super 28. c. lib. 1. Sam.) scribit Duris lib. 2. De rebus Libycis: fuisse Lamiam mulierem formosissimam, & pellicem Jovis. Id Junonem indignè tulisse, & filium, quem ex ea Jupiter sustulerat, occidisse, & eam turpissimum in modum deformasse. Illam autem impatientem tantæ injuriæ primùm cepisse furere, deindè etiam liberos alienos trucidare. Esse autem hoc genus mulierum in Libya, in sinu maris arenosi, & naufragos homines hærentes fortè in Syrtibus statim ab illis devorari.

8. In Sacra Scriptura Lamia pro nomine bestiæ, quæ noctu vagatur, accipitur. Esai. 34. ubi ob sortilegia Babylonem detestatus, ait: non esse mansurum lapidem unum alteri impositum, sed illic Satyros & Dæmones saltaturos esse, & ibi commoraturam Lamiam. Hebraicè nominatur Lilith. Lutherus ibidem vertit Kobold. Apud Jeremiam Thren. 4. v. 3. Sed & Lamiæ nudaverunt mammam. Lamiam pro Dracone interpretes accipiunt, vide D. Osiand. ibid. Et Lutherus vertit: Die Drachen reichen die Brüste ihren Jungen/und säugen sie. Lamia Germanice nominatur: Ein Nachtfraw/Geist oder Zauberweib.

9. Basilius Faber in Thesauro suo Erudit. Scho-

Scholast.in v.Lamia. Lamiæ quoque appellantur Striges, à stridore & avibus fœdissimis ejusdem nominis, quas Harpyas Vergilius vocat, quæ humana carne vesci gaudent.

10. Sagæ à præsagiendo nomen obtinent. Sunt autem, quæ de rebus amissis aliisque futuris eventibus ex cristallorum, speculorum, rerumque similium inspectione vaticinantur.

11. Hinc veratrices dictæ, quia profitebantur, se vera dicturas, ut refert doctiss. Josephus Scaliger in Pharmaceu. Vergilii, ubi ait: eodem modo in Italia & in Aquitania vulgò Faticolæ & Sagæ vocantur.

12. Germani nominant Lamias Zauberinnen/ Unholden/ Hexen/ Warsagerin/ Wettermacherin. Galli Sorciere: Itali Jannara, incantatrice, strea, striga, maga, fattureia: Hispani, Bruxa.

13. Lamiæ itaque dictæ sunt, propter similitudinem aliquam quæ ipsis est cum Lamiis antiquorum; horum enim Lamiæ, spectra, & phantasmata erant in formosarum mulierum specie, cum insigni splendore apparentia, quæ sese amore Juvenum captas mentiebantur, & cum ipsis conversabantur, dùm eos perderent atque devorarent, prout ex probatis authoribus ostendi. Quoniam ergò Sagæ nostræ non quidem spectra sunt, sed quòd se cum diabolis colludere, choreas ducere, concumbere, scopis insidentes per caminos evolare somniant, Lamiæ sunt vocatæ.

14. Lamia

14. Lamia eſt, quæ ob fœdus præſtigioſum cum Diabolo initum, Dæmonis parſuaſu, inſpiratione & præſtigiis eluſa, qualiacunque mala, vel cogitatione, aut imprecatione deſignare ſe exiſtimat, veluti aërem inſolitis fulminibus & tonitru concutere, grandinem & tempeſtates excitare, ſegetes alio transferre, ab amaſio, qui præſtigioſam formam hirci, porci, vel vituli induit, in montem aliquem vel breviſſimo temporis ſpacio bajulari, partim in baculo, furca, aliovè inſtrumento aliquo advolare, totam deinde noctem, ludis, jocis, commeſſationibus, choreis, & variis libidinibus cum amaſio conſumere, milleque rerum monſtroſa ludibria oſtentare.

15. In hanc enim Tragœdiam ut plurimum inducit diabolus ſexum fœmineum lubricum, credulum, malitioſum, impotentis animi, melancholicum, imprimis autem effœtas, ſtupidas, indoctas, in Chriſtiana religione perverſè inſtitutas, menteque titubantes vetulas. Chryſoſtomus ait: Omni diabolica actione potentior ad nocendum eſt mœroris magnitudo: quia Dæmon quoscunque ſuperat, per mœrorem ſuperat.

16. Hinc D. Petrus 1. cap. 3. non injuria mulieres vocat infirmius vaſculum. Et idem Chryſoſtomus: Sexus, ait, mulierum incautus & mollis eſt: incautus, quia non omnia, quæ videt aut audit, cum ſapientia & ratione conſiderat:

derat: mollis autem, quia facilè flectitur, vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum.

17. Idem in Epistolam ad Corinth. 2. Homil. 23. dicit, mulierum proprium esse, decipi. Quo nomine Evam (Genes. 3. 1. Timoth. 3.) convenientius suę persuasioni organum, non Adam, in rerum primordiis, quum duo solùm existerent homines, aggressus est: quam levi etiam disputationis velitatione vicit.

18. His & instrumentis congruis insidiatur, quibuscunque potest modis, suo tempore & loco: singulos, ut cujusque animi studia & affectus ex certis indiciis cognoverit, peculiari aliqua ratione adoritur, insectatur, illicit, vel assumpta plausibili formà, vel cogitatione imaginationeque variè agitata & corrupta, donec tandem ipsius proposito consentiant, se ipsius persuasioni dedant, quicquid in mentem ille ingerat, credant, tanquam fœdere obligati, ab illius nutu pendentes, ipsi obtemperantes, vera omnia esse, quæ suggerit, rati, formas, in imaginativa virtute vel phātastica ab eo ingestas, reverà substantialiter (ut sic dicam) existere confidentes sanctissimè: nec aliter queunt, quum illorum mentem ex primo assensu imaginibus inanibus vitiarit, consopitis vel concitatis in hoc opus corporis humoribus & spiritibus, ut hac ratione ad organa accommodata species aliquas inducat, perindè ac si extrinsecus eæ occurrerent verè, non solùm dormientibus, verùm & vigilantibus: atque hoc modo aliqua

aliqua foris vel existere vel fieri putentur, quæ tamen reverà nec sunt, nec fiunt, nec sæpè in rerum natura existunt. Ea est horum immundorum spirituum subtilitas incomprehensibilis propè, & fraus infatigabilis, sensus hominum eludens. Ut Wierus lib. 3. de Lamiis cap. 5. scribit.

CAPUT. II.
AN LAMIÆ FOEDUS CUM SATANA INEANT?

Summa.

1. *Fœdus Magorum cum Diabolo non est imaginarium.*
2. *Lamiarum fœdus cum Diabolo est præstigiosum.*
3. *Magi ex proposito peccant.*
4. *Lamia per dolum a Diabolo decipiuntur.*
5. *Theophrasti Paracelsi verba.*
6. *Diaboli studium.*
7. *Nil violentius Dæmonis impetu.*
8. *Tertulliani verba.*
9. *Lamiæ in perpetuò tremore & timore vivunt.*
10. *Errantis nullus consensus.*
11. *Lamiæ errant & melancholicis vexantur morbis.*
12. *Ubi est caput melancholicum, ibi Diabolus habet præparatum balneum.*
13. *Lamiæ similes sunt furiosis & dormientibus.*
14. *Secunda differentia Magorum & Lamiarum.*

15. *Ter-*

1. IN præcedente libro cap.2. posui formam execrabilis horribilisque confœderationis Magorum cum Diabolo, quam minimè fictitiam esse, sed revera fieri, ex libris Magorum eorumque confessionibus, quæ in tabulis Judiciorum forensium conscriptæ habentur, constat. Jam restat, ut videamus, an etiam vetulæ illæ rudes, quas Lamias nominamus, ejusmodi confœderationem cum Dæmone ineant?

2. Et sanè fœdus hoc præstigiosum esse, phantasmate aut imaginatione, vel phantastico præstringentis spiritus corpore fallaciter apparente: vel nervis opticis seu visoriis indita subdolè, quam Satan vult, specie, commotis huc humoribus & spiritibus idoneis: vel sibilo, susurro aut murmure in organis auditus, vitiatæ formis imagini respondente, spiritus maligni arte excito conflatum stabilitumq; ac in-

ac inde nullius esse ponderis, facilè cognoscitur: potissimum si utrumque & Magorum & Lamiarum fœdus inspiciatur.

3. Nam primò Magi & Venefici ex proposito & deliberatione ex illicita curiositate moti, cum corpore & anima se Diabolo vovent, idq; vel jurejurando, vel chirographo proprio sanguine scripto polliceri coguntur.

4. At Lamiæ seu Vetulæ illæ rudes à Diabolo dolo circumveniuntur, vi, metu compelluntur, errore & ignorantia inducuntur, ad fœdus hoc præstigiosum.

5. Hinc Theophrastus Paracelsus in Tract. de Maleficis c. 22. spiritus, inquit, in somniis lamias docent ac instituunt, ut hoc vel illud efficiant; & tàm multa somnia ascendentes ipsis suggerunt, ut quis per illa Doctor Magiæ fieri possit.

6. Quid autem gravius Lamiis accidere potest, quàm Dæmonis tentatio, cui nec voluntas deest, ut totum terrarum orbem seducat, neque diligentia, quia alium actum non habet: neque technæ artesque, quibus circumvenire, fallere, decipere, non modò fœminam, sed constantissimum prudentissimumque quemque hominum potest.

7. Si vim spectes, quæ majoris rei impetus est, qui repelli non potest. l. 2. D. quod met caus. Quid autem Dæmonis impetu violentius? quo cum repentinos & extraordinarios animæ infligat excessus, ut inquit Tertullianus, primùm

men-

mentem harum mulierculárum ita subjugat, captivamque ducit, teste concilio Ancyrano, & D. Augustino, de civit. Dei lib. 2. c. 10. ut credant ei, quod nec est, nec esse potest, deinde corpus universum ita obsidet, ut contra corporis naturam moveatur: denique linguam earum sic occupat, ut non, nisi quando vult ipse, nec aliud, quàm quod ipsi placet, eloqui possint.

8. Suppetit illis, ait Tertullianus, ad utramque substantiam hominis lædendam subtilitas & tenuitas sua multum spiritualibus viribus; quas vel eò magis attendere debemus in hac quæstione, quòd & invisibiles & insensibiles in effectu potiùs, quàm in actu appareant, eodem teste in Apologet. cont. gent. cap. 22.

9. Quid dicam de metu & timore? an non miseræ hæ mulierculæ in perpetuo tremore & timore vivant? Nam & præsentia mala, quibus premuntur ac exercentur, paupertatem, odia hominum, calamitates, vel se mentitur immisisse, vel etiam Deo permittente immittit, vel ita delusis earum sensibus imprimit, ut licet nihil eorum patiantur, tamē, quasi perpetiantur, doleant, ut aut amolitionem eorum ostentans, aut successuum meliorum spem injiciens, fidem ac obsequium misellis extorqueat. Hic est certè illatus timor. Timor autem & tristitia quædam est. Omnes enim ex malo æquè timemus, si immineat, ut affuturum: & dolemus, si præsens jam sit, & lædat. Nam quod lædit, naturæ contrarium, ac voluntati est. Quicquid

autem fit occasione alicujus involuntarii, involuntarium & est & dicitur l.8.D. ad l. Rhod.

10. Restat error & ignorantia. Clarum autem est, errantis nullam esse voluntatem, & ignorantis nullum consensum. l.15.D. de Jurisdict. omnium judicum. Quin & hunc invito similem esse l.26. de Reg. juris. & furioso l.12. D. si certum petatur, cui parcitur in omnibus.

11. Lamias autem errare inde constat, quod in tantam mentis alienationem incidant Diaboli ludibriis, ut nesciant, quid agant, oculiq; earum ita perstringuntur, ut scilicet videant credantq;, quod non est. Melancholicis enim morbis vexantur.

12. Ubi autem est caput melancholicum, ibi Diabolus habet præparatum balneum.

13. Imò Lamiarum passiones non absimiles sunt dormientium & furiosorum actionibus, Furiosum autem & dormientem pacisci non posse, manifestum est omnibus, cum eorum voluntas nulla fit l.5.& 40.D. de Reg. juris, nullus item consensus l.2.C. de contrah. empt. sed per omnia & in omnia absentis & quiescentis loco habeatur l.2.§. penult. D. de jure condicillorum l. 1. §. furiosus, ibi, si quis dormienti. D. de Acqui. possess. & mentis ad omnia cæcitate laborent, ut Cicero loquitur in 3. Tuscul. quæst. Cùm itaque Lamiæ dolo circumventæ, vi coactæ, metu compulsæ, errore inductæ in hanc credulitatis temeritatem inciderint: profectò nec hoc objici miseris poterit, quod in contra-

ctibus

ctibus attenditur, quæ ab initio sunt, voluntatis, ex pòst facto fiunt necessitatis l. 5. C. de Oblig. nec illud quod in hæresi, delictum hóc sola voluntate, & in mente committi c. excommunicamus §. credentes de hæret. Bal. in l. si quis non dicam, C. de episc. & cler. & alii doctores. Nam ubi nullus est contractus, ibi nec contractus initium: ubi verò dolus, vis, metus, error, ignorantia, ibi neque voluntas, ut dixi suprà, neque consensus esse potest: quare nec hæreseos, nec alterius delicti, quod à solo animo pendet, suspicio aut pœna.

14. Secundò Magi & Venefici artem Diabolicam ex libris Magicis & à præceptore Diabolo, aliisq́ue Magis discunt, ut carminibus, ritibus solennibus, Characteribus, figuris rebusvé aliis, dæmones in eum finem evocent, ut ad postulata vel voce, vel nota, vel quocunque alio modo respondeant, opusvé aliquod præter & supra naturæ ordinem perficiant. At Lamiæ nullas artes norunt, libros nec præceptores habent vel quærunt, sed Diabolus sese insinuat apud illas, quas suspicatur, aut propter credulitatem nimiam, aut ætatis senilis stuporem, aut naturæ melancholicæ tristitiam, aut ex paupertate vel perpessa jactura desperationem, fore obsequentia suæ deceptionis illusionisq; organa, ut earum phantasiam variis possit simulachris præstringere.

15. Tertiò Magi chirographo, proprio sanguine scripto, Diabolo se obligant, Dæmonem

M 2 secum

ſecum in annulo vel criſtallo circumferunt, & denique corpus ac animam Diabolo vovent. At Lamiæ horum nihil præſtant, à nulla auditum, quòd chirographum dederit &c. Imò ferè omnes, antequam exuruntur, invocant æternum Deum, ipſiusque implorant miſericordiam, & ſæpè etiam teſtem ſuæ innocentiæ appellant, ſanguinariis præſidibus ad cœleſte tribunal citatis. Jam rogo, quum ſe juxta veſtrum decretum Diabolo emanciparint, unde ulla reſipiſcentia? non à Satana: aſtutior enim eſt, quàm ut ſecum pugnet: ergo à Deo. Si itaque Deus agnoſcit & recipit animam, quur tu Prætor usque adeò inclementer agis, quum nulli injuriam fecerint, ut corpus repudies, maximè quum in tuo non deliquerit foro, & tibi nullum in divino judicio relinquatur tribunal? ut ait Wierus cap. 24. De Lamiis.

16. Piè & rectè fecit Lutherus, qui ſtudioſum quendam, qui variis deſperationis ex paupertate inſidiis adactus, animam ſuam tradidiſſet Satanæ, ad præſcriptum diem ab eo poſſidendam, deduxit in templum, & cum piis aliquot viris pro ipſo Deum oravit, ſervavitque afflicti hominis animulam. Eadem ratione quoque procedendum eſſet cum Lamiis & miſeris illis anubus à Satana ſeductis.

17. Perpendatur quæſo exemplum Divi Petri, non ſolum abnegantis, ſed etiam, licet mox præmoniti, Chriſtum Dominum ſuum abjurantis. An non, ad ſimplicem ancillæ & famulo-

rum

rum interrogationem, ter negare cum juramento herum, majus est peccatum, quàm si Lamia flexuosis Satanæ persuasionibus excæcata, similia committat? An non illud gravius, quod tantus Apostolus commisit, quàm quod vulgaris & infirmus peccator? At hæc, ad D. Petri Apostoli exaggerādam abnegationem, non adfero, sed ad reprehendendum eos, qui propriis viribus tantùm adscribunt, & non divinæ soli gratiæ, quò minus in singulas horas, imò momenta nomen Christi abjurent: Deinde etiam, quod sicuti Petrus suæ pœnitentiæ interventu consecutus est misericordiam, ita & Lamiæ & nos omnes mortales impetrare queamus à Deo delictorum remissionem, quamvis semel atque iterum defecerimus. Ut piè Wierus cap. 24. de Lamiis scribit.

18. Sed quæro. Unde hoc, quòd pactum Lamiæ cum Dæmone conflarint, tibi constet? Nonne ex propria stupidarum delusarumque anicularum confessione? At, quæ fatentur, vel faciunt coactè, vel spontè. Si spontè, & quidem nullis præcedentibus legitimis indiciis, quæ in ordinatione Carolina recensentur, tunc confessio est mutila & nullius momenti, quia cruciatibus torturæ intolerabilibus expressa. Quid autem periculosius, quàm in Diabolicis negotiis sine maleficii patrati testibus, pendêre saltem ex confessione anus dementatæ, per vim expulsa? Sileres haud dubiè, si vidisses oleum tibiis illatum infundi, feruens

cãndelis ardentibus torreri axillas, & infinita ſummæ barbariei & immanitatis tormenta exerceri in decrepitas vetulas, ſicut nos in inſontibus, partim etiam dimiſſis ob innocentiam ex noſtro patrocinio, ſpectavimus.

19. Si ſponte aut impoſſibilia fatentur, uti per aërem volaſſe, in beſtias fuiſſe transmutatas, & ſimilia, & hæc confeſſio, quia verſatur circa ἀδύνατον, non poteſt puniri.

20. Aut fatentur poſſibilia, ut, ſe homines & jumenta ſortilegiis & magicis artibus interfeciſſe, tunc absque ulla dubitatione ſunt concremandæ.

21. Et ſanè in hoc caſu non nego eas, cum Diabolo conſpiraſſe: nam tunc in caſtra Magorum & Veneficarum transeunt & Lamiarum nomen amittunt appellanturq; Veneficæ.

CAPUT III.

DE LAMIARUM ET ALIORUM HOMINUM IN LUPOS, FELES, ALIAVE EJUSCEMODI ANIMANTIA TRANSFORMATIONE.

SUMMÆ.

1. *Plurimi eruditi credunt, homines in beſtias transmutari.*
2. *Ad hanc opinionem confirmandam plurima teſtimonia ex ſacris & prophanis authoribus adferuntur n. 3, 4, 5, 6, 7, 8.*

9. Com-

1. AD Lamiarum potentiam refertur, quod se in lupos, feles, hircos aut alias bestias pro suæ libidinis delectu verè & substantialiter momento transmutare & tantillo tempore in homines rursus reformare possint.

2. In hac opinione plurimi sunt eruditi, qui eam divinis & humanis historiis, & experientia, tot seculorum atq; populorum & doctissimorum hominum judiciis tuentur atque demonstrant. Ac primum Joannes Bodinus lib. 2. cap. 6. de Dæmon. inter alios ad sententiam suam stabiliendam ex sacris allegat historiam uxoris Lothi in statuam salis à Deo conversæ. Genes. 19. Deinde Nabuchodonosoris ab ipso Deo

Deo in beſtiam per integrum ſeptennium converſi, Daniel. 4. & tandem his verbis concludit. Si veritatem hiſtoriæ ſacræ apud Danielem (quæ in dubium vocari non poteſt) ſi uxoris Lothi in ſaxum immobile verſæ confitemur, certum eſt, æquè poſſe hominem in bovem, lapidem, aut animalia alia transformari. Et paulò antè cap. 6. fol. 199. Deus enim juſto judicio ſinit nos humanam formam amittere, & lupos, ſicuti merentur, fieri. Nam poſt omnium hominum memoriam famoſi fuerunt Magi & Magæ hoc nomine, quòd cibis veſcantur hujusmodi, mortuorum corpora effodiant & abrodant ad oſſa uſque, quod Pauſanias annotavit, dicens, à dæmone terreſtri factum. Apulejus ait, feciſſe Sagas. Qui autem aſini fiunt, eò transformantur, quòd deteſtabilia Magorum arcana expetiverint cognoſcere: quemadmodum ii, qui maleficam amârunt Circen, juſto Dei judicio fuerant in ſues transformati, & in Livonia affirmatur, eos, qui Magos & Lycantropos frequentant, iis tandem conformari. Hæc Bodini verba ejus interpres Joann. Fiſchardus J.U.D. germanicè ita reddidit.

Man ſoll aber auch diß dabey wiſſen / daß GOtt durch ein gerecht Urtheil geſtattet und zuläſſet / daß ſolche verachte Leute / gleich wie ſie verdienen / menſchliche Geſtalt verlieren / und Wölffe werden / auch ihrer menſchlichen Speiſe entrathen müſſen; dann die Zauberer und Zauberin ſeynd von alten Zeiten her verſchreyt geweſen / als daß ſie die todten

Cörper ausgraben / und sie biß auffs Bein zernagen/welches dann auch Pausanias hat verzeichnet/ und darbey so viel seine Meynung entdeckt/als wär es ein irrdischer Geist/oder Teuffel/ der solches thue. Aber Apulejus, so der Sachen besser erfahren gewesen/setzt ausdrücklich / daß es die Zauberin thun: Antreffend die/so sich in Esel verwandeln/begegnet ihnen dasselbe daher / weil sie die abscheuliche Geheimnissen der Zauberer haben erfahren wollen/ gleich wie die auch in Säwe haben müssen verwandelt werden / welche sich an der Zauberin Circe und ihrer Kunst verliebten. Eben also auch ergehet es denen in Liefland / daß sie aus gerechtem Urtheil GOttes / weil sie mit den Zauberern / und Wolffleuthen gerne umbgehen / darüber ihnen auch endlich gleich werden / und wann wir der Warheit der H. Histori im Propheten Daniel / welche dann in keinen Zweiffel kan gezogen werden / bekändtlich seyn/und deßgleichen auch der Histori mit deß Loths Haußfraw / die in ein unverenderlichen Stein ist verwandelt worden/ so ist ja aus diesen beyden Geschichten gewis / daß die Verenderung des Menschens in einen Ochsen / oder Stein möglich und thünlich sey. Hactenus interpres.

3. Secundò ex prophanis authoribus adferunt Ulyssis sociorum in sues mutationem, quam Homerus commemorat à Circe venefica factam verè contigisse, vel ut ipsius Bodini verbis utar, non esse fabulam. Item sociorum Diomedis in aves.

4. Tertiò, Varronem, Pomponium Melam, &alios,

&c alios, citant, qui scribunt, homines in Nerorum regione frequenter converti in lupos.

5. In Asia quoque, Græcia frequentem esse ejusmodi luporum generationem.

6. Bodinus lib. 2. c. 6. de Dæm. Exemplum de Petro Burgot adfert, qui Bizantii accusatus, se unguibus suis & dentibus lupinis puerum septem annorum, & deinde quatuor puellas dilacerasse & devorasse, confessus fuit. Et alterum, quod recitat ex Jobo Fenzelio lib. 2. de miracul. quod comprehenso Lycantropo cuidam ungulæ omnes abscissæ sint, isque, simul ac rediisset ad se, manibus pedibusque mutilatus visus sit.

7. Peucerus quoque de divinat. fol. 130. scribit, se nunquam credidisse λυκανθρωπίαν, quæ verè mutatis corporibus fiat, postmodò verò, cùm resciverit ex plurimis fide dignis hominibus, eam sæpissimè contingere in Livonia, se non potuisse fidem illis habere.

8. Refert quoque Philip. Broidæus in historia fori Rom. fol. mihi 220. Linguetum, non minus doctrina, quàm diuturna totius Europæ peragratione præclarum, in hac fuisse sententia, quod utrum fiat occulta quadam vi naturæ potentis, ut de Parrhasio traditur, vel ultione divina, ut de Nabuchodonosore, nondum ei constare. Denique hæc omnia permissione Dei fieri dicunt.

9. Sed, his omnibus non obstantibus, communis est veterum & recentiorum Theologorum,

rum, JCtorum, Medicorum & Philosophorum conclusio, hanc transmutationem & metamorphosin esse præstigiosam & phantasticam.

10. Credibile enim non est, sed prorsus ab omni ratione alienum, hominem ad Dei similitudinem & imaginem creatum, conformatumque ex corpore & anima, & Spiritus S. templũ, rationis hospitium, sublimem, erectum, & ad cœli quasi cognationis domiciliique pristini conspectum excitatum, imò μικρόκοσμον, cui Deus omnia subjecit, oves, boves, campi pecora, volucres cœli & pisces maris, eaque propter solum hominem condidit, hunc inquam, in lupum, bestiam irrationabilem transmutari.

11. Admiratione certè dignum, Joan. Bodinum JC. & historicum, aliàs eximium, & de re literaria præclarè meritum, in hac fuisse sententia, propterea quòd hæc quæstio dudum in concilio Ancyrano, in Ancyra, urbe Galatiæ, circa annum Christi 308. sub Diocletiano Imp. habito, decisa & determinata sit.

12. Verba extant in c. Episc. 26. q. 5. Quisquis credit, posse fieri aliquam creaturam, aut in melius deteriusvè immutari, aut in aliam speciem vel similitudinem transformari, quam ab ipso omnium creatore, pagano & infideli deterior est. Omnibus itaque publicè annunciandum est, quod, qui talia credit & his similia, fidem perdidit, & qui rectam fidem non habet, hic non est ejus, sed illius, in quem credit,

id

id est, Diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt.

13. Quamvis enim Satanas mille sit artifex: tamẽ nemo sibi persuadere debet, eum creaturas, à Deo conditas, pro suo nutu transmutare aut ipsarum formam, virtutem vel proprietatem inducere, & aliam inde essentialem creare posse, cum hoc solius DEI sit opus, qui postquam omnia rerum naturalium genera, omnesque species creasset, singulis illis (exceptis spiritual.) creaturis, ut ipse à creatione liberaretur, potestatem quoque sive facultatem indidit, similem ex sese speciem progignendi, quarum si una formam suam prorsus amiserit, omninò perdita, destructa, mortua ab universis Physicis rectè dicitur.

14. Satan itaq; cum & ipse creatura sit spiritualis, nullam neque sibi similem creaturam, neque corpoream quamcunque de novo creare potest. Proinde cùm Satan hoc non possit, quis sanæ mentis compos ulteriùs hominum metamorphosin, aut in alia animantia transformationem asserere & defendere audeat? Nemo scilicet, qui vel extremis, ut ajunt, labris physiologiæ primordia degustavit, id ipsum conabitur, ut rectè scripsit Guil. Adol. Scribonius in Physiol. Sagarum fol. 73. & D. Heerbrandus in Disput. de Magia Thesi 60. Utcunque potens sit spiritus, tamen nec per se, multò verò minus per suos Magos, sicut perperam multi senserunt & scripserunt etiam, homines

eorum-

eorumvé membra, & species in alias diversas, ut bestiarum, λυκανθρώπυς &c. transformare potest. Et Augustinus rectè & sanctè. de Civit. Dei lib. 18. cap. 18. scribit. Non solum animum, sed nec corpus quidem ulla ratione crediderim Dæmonum actu, vel potestate, in membra vel lineamenta bestialia veraciter posse converti. Et D. Heerbrandus Thesi 68. Ita nec Satan facere potest, nec Magi, ut corpus per spacium improportionatum, videlicet per foramina in cellis vinariis, & similia angustiora quàm sunt corpora, ingrediatur. Nisi fortè, si tale quid accidat verè, Satan loco moveat lapides & alia materialia, quæ deinde mox restituat, aut alio quodam simili modo, sicut est mille artifex, & potens spiritus. Non potuit Diabolus, ut diximus cap. 3. lib. 1. virgas in Dracones verè convertere, nec aquas in sanguinem, nec gignere ranas, vel pediculos ex pulvere producere. Exod. 7. 8. 9. & 10. Der mächtige Fürst dieser Welt / ait Lutherus, ist nicht so mächtig / daß er kan ein Laus machen / nec cursum solis, fluminum sistere, Jos. 10. Esa. 28. nec dividere maria, neque aquam in vinum transmutare, aut mortuos resuscitare, vel cæcis visum, surdis auditum, claudis gressus firmitatem restituere. Scribit Psellus Platonicus, Dæmones sæpè hominibus divitias polliceri, item & gloriam, victoriam, amorem, cùm tamen tradere ex se non possint: quippe quòd nullum Imperium habeăt, sed visu tandem quædam inania suis cultoribus

bus afferunt, varia prorſus & inſtabilia, quæ tamen impii, divina eſſe ſpectacula, putant.

15. Non obſtat primò exemplum conjugis Lothi in ſtatuam ſalis à Deo converſæ Geneſ. 19. Luc. 17. Fuit enim hæc ſpecialis & fatalis, ut Scribonius ait, converſio, non enim fœmina iſta deinceps formam ſuam recuperavit, ut Lothi uxor iterum fieret aut diceretur; ſed omninò ob promeritam ultionem perditio fuit, quòd dubitans, an fruſtrà ex urbe migraſſet? reſpexerit poſt tergum, quod erat fidem abrogare Dei oraculo.

16. Quod ad Nebucadnezarem attinet, textum Danielis Prophetæ diligenter perlegentibus, riteque conſiderantibus, liquidò apparebit, mutationem iſtius regis factam eſſe ὀυ κατὰ σῶμα verè & ſubſtantialiter, ſed κατ' εἶδος φαινόμενον, ut ſimilis evaſerit beſtiis in ſylvis, hinc inde irrationabiliter currentibus. Nec enim textus, inquit, eum factum eſſe bovem, aut aliud quoddam certo nomine inſignitum animal: ſed ſegregatum eſſe ab hominibus, & cum bobus, aut inſtar boum, herbas agri comediſſe, ut ait Scribonius. Dicit enim textus, eum ex hominibus abjectum, id eſt, ut D. Oſiander ibidem interpretatur, eum propter inſaniam & furorem ex contubernio hominum exturbatum. Inquit enim Rex ipſe. Igitur poſt finem dierum ego Nabucdonoſor oculos meos ad cœlum elevavi, & ſenſus meus redditus eſt mihi, Et paulò pòſt: figura mea reverſa eſt ad

me,

me, id est, juxta Osiandrum, recuperavi priorem faciei gratiam & Majestatem, quæ ex insania fuerat amissa. Furiosi enim admodum in facie immutantur, præsertim si malum sit diuturnum: ita quidem, ut vix amplius agnocantur.

17. Sed audiamus super hunc locum & alios sacrarum literarum Interpretes. D. Lutherus in d. c. sic scribit: Im vierdten Capitel stehet ein trefflich Exempel wider die Tyrannen. Denn da wird der grosse mächtige König seiner Vernunfft beraubt/ und so rasend und toll/ daß man ihn/ wie einen tollen Hund/ mit Ketten binden/ und auf den Felden gehen lassen muß/ den man bey den Leuten nicht hat wollen leyden. Itzt weil es da im Buch stehet/ scheinet es ein gering Ding/ aber wann wir hätten sollen seyn darbey gewest/ und solches gesehen haben/ so würden wir ein schrecklich und greulich Urtheil GOttes gesehen haben/ also daß sich wohl Jederman hätte müssen von Hertzen erbarmen/ über alle Oberherrn/ und böse Tyrannen/ daß sie so grausame Urtheil müssen gewarten/ wo sie ihrer Herrschafft mißbrauchen.

Wigandus ibidem, quod aliqui Metamorphosin somniant, quasi in bovem transmutatus sit, id pugnat cum manifesto textu. Etsi enim naturaliter homines non possunt gramine vesci, ut boves, tamen in hac pœna Deus ita rexit Nabuchodonosorem, ut possit concoquere. Lambertus Danæus de Sortiariis c. 3. Sed illud de Nebucadnezar ita intelligendum

est,

est, ne mutatam humanam ejus naturam in bruti animalis essentiam putes aut sentias. Mutata enim est ejus conversatio, & humanæ societatis amans animus & affectus. Deinde, ut id in eo evenisse concedamus, Dei ipsius omnipotentis & creatoris potestate, non autem Satanæ vi (per quam solam Sortiarii operantur) effectum est. Hactenus Danæus.

In eadem sententia fuit quoque Calvinus c. 4. Daniel. v. 32. ubi scribit: quòd nonnulli putant, Nabuchdonosorem mutatum fuisse in bestiam, illud est nimis durum & absurdum. Nulla igitur nobis fingenda est Metamorphosis, sed ita fuit abdicatus ex hominum consortio, ut forma hominis excepta, nihil à brutis animalibus differret: imò tanta contigit deformitas, in exilio illo, ut esset horribile spectaculum, quemadmodum postea videbimus, omnes pilos corporis sic crevisse, ut pennæ crescunt aquilis, deinde ungues ejus fuisse similes unguibus avium, hoc habuit simile cum bestiis, cæterum residua in eo fuit hominis figura. Idem voluit Wierus de Præstig. Dæm. lib. 1. c. 24. Annuebatur Satanæ, ut regem Babyloniorum Nebucadnezar in furorem actum, & ab hominum usu in solitudinem propulsum, forma miserè defœdata, durissimè affligeret & exagitaret totum septennium: ne autem animæ vim faceret, prohibebatur. Intereà nec penitus illum rejicit Deus, nec pœnis obrutum deserit. Sed exacto septennio liberatum à

furiis, regno restituit. Ex his constat, Bodinum in confutatione sua manifestam injuriam intulisse, quòd scripserit, Wierum confiteri, Nabuchodonozorem à Satana in bovem fuisse transmutatum.

18. Non obstant secundò allegata exempla de transmutatione sociorum Ulyssis in sues, item Diomedis in aves: sola enim utique apparentia & oculorum deceptio fuit, ut Augustinus in lib. de Civitat. Dei cap. decimo oct. scribit, ubi ait, non itaque solùm animum, sed nec corpus quidem ulla ratione crediderim, Dæmonum arte vel potestate, in membra vel lineamenta bestialia veraciter posse converti, sed phantasiam hominis (quod etiam cogitando, sive etiam somniando, per rerum innumerabilium genera variatur, & cùm corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus) ad aliorum sensum, nescio quo ineffabili modo, figura corporea posse perduci, ita ut corpora ipsa hominum alicubi jaceant, viventia quidem, sed multò gravius atq; vehementius, quàm somno suis sensibus obseratis. Phantasticum autem illud veluti corporatum, in alicujus animalis effigie appareat sensibus alienis, talisque etiam homo sibi esse videatur, sicut talis sibi videri posset in somnis, & portare onera, quæ onera, si vera sint corpora, portantur à Dæmonibus, ut illudatur hominibus,

nibus, partim vera onerum corpora, partim jumentorum falsa cernentibus.

Nam quidam nomine Præstantius, patri suo contigisse indicabat, ut venenum illud per caseum in domo sua sumeret, & jaceret in lecto suo quasi dormiens, qui tamen nullo modo poterat excitari. Post aliquot autem dies eum velut evigilasse dicebat, & quasi somnia narrasse, quæ passus est, caballum se scilicet factum, annonam inter alia jumenta bajulasse militibus, quæ dicitur Retica, quoniam ad Retia deportabatur: quod ita ut narravit, factum fuisse compertum est, quæ tamen ei somnia sua videbantur. Indicavit & alius se domi suæ per noctem, antequam requiesceret, vidisse venientem ad se quendam Philosophum sibi notissimum, sibique exposuisse nonnulla Platonica, quæ antea rogatus exponere noluisset. Et cùm ab eodem philosopho quæsitum fuisset, cur in domo ejus fecerit, quod in domo sua petenti negaverat? Non feci, inquit, sed me fecisse somniavi. Ac per hoc alteri per imaginem Phantasticam exhibitum est vigilanti, quod alter vidit in somnis. Hæc ad nos non quibuscunq; qualibus credere putaremus indignum, sed eis referentibus pervenerunt, quos nobis non existimaremus fuisse mentitos.

Proinde quod homines dicuntur, mandatumque est literis à Diis, vel potius à Dæmonibus Arcades in lupos solere converti, & quod carminibus Circe socios mutavit Ulyssis, se-

cundùm iſtum modum mihi videtur fieri potuiſſe, quem dixi, ſi tamen factum eſt. Diomedeas autem volucres, quandoquidem genus earum per ſucceſſionem propaginis durare perhibetur, non mutatis hominibus factas, ſed ſubtractis credo fuiſſe ſuppoſitas, ſicut cerua pro Iphigenia, Regis Agamemnonis filia, neque enim Dæmonibus, indicio Dei permiſſis, hujusmodi præſtigiæ difficiles eſſe poſſunt: ſed quia illa virgo poſtea viva reperta eſt, ſuppoſitam pro illa ceruam eſſe, facilè cognitum eſt. Socii verò Diomedis, quia nusquam ſubitò comparuerunt & poſtea nullo loco apparuerunt, perdentibus eos ultoribus angelis malis, & pro eis aves occultè ex aliis locis, ubi eſt hoc genus avium, ad ea loca perductæ ſunt ac repentè ſuppoſitæ: ideò creduntur eſſe converſi. Quod autem Diomedis in templum aquam roſtris afferunt & aſpergunt, & quod blandiuntur Græcigenis, atque alienigenas perſequuntur, mirandum non eſt, fieri Dæmonum inſtinctu, quorum intereſt, id eſt, ad quos perſuadere pertinet, Deum factum eſſe Diomedem, ad decipiendos homines, ut falſos Deos cum veri Dei injuria multos colant, & hominibus mortuis, qui nec cùm viverent, verè vixerunt, templis, altaribus, ſacrificiis, ſacerdotibus (quæ omnia cum recta ſunt, non niſi uni Deo, vivo & vero debentur) inſerviant. Hactenus Auguſtinus.

19. Socios porrò Ulyſſis in beſtias verſos, & Dio-

Diomedis comites in aves, atque Arcades stagnum quendam transgressos in lupos commutatos, fabulosa esse, & poëtarum commenta, multi credunt cum Plinio, qui scribit, homines in lupos verti, rursumque sibi restitui, fabulosum esse confidenter existimari debere, aut credere omnia, quæ fabulosa tot seculis credimus. Inde subjungit: Mirum est, quò procedat Græca credulitas. Nullum tàm impudens est mendacium, ut teste careat. Sic mera quoque sunt præstigia atque oculorum illusiones, quæ de transmutatione Sagarum in feles traditur, quanquam inveniantur viri doctissimi, qui hoc credant, inter quos Joachimus Camerarius in libello Plutarchi de defectu oraculorum fol. mihi 333. fuit.

20. In Episcopatu Argentinensi scribit Sprengerus p.2.q.1.c.9. tres Dæmones sub forma trium ingentium felum, agricolam quendam secantem ligna adortos esse, qui defendendo se, vulneravit depulitque feles, deinde eodem momento mulieres tres domi suæ decumbentes graviter vulneratas fuisse. Agricola certè non mulieres vulneravit, sed Diabolus, qui laboratoris ictus & verbera mulieribus in domo residentibus subitò & per aërem inferre potuit. Est enim impossibile Dæmoni, ut Paulus Grillandus JC. Italus de Sortileg. c.8. dicit, quòd possit hominem transmutare in speciem alterius animalis. Rostochii venefica quædam infensissima vicinæ suæ, tùm temporis

 sponsæ,

ſponſæ, Diabolum in ædes ejus ſub ſpecie felis ablegavit, ut eam miſerè tractaret faciemq; commacularet: Verùm cum ſponſa manibus pedibusque felem à ſe abigeret, proſiliit illa in miniſtrum, qui fortè in hypocauſto aderat, cujus faciem adeò crudeliter vulneravit, ut vix ab hominibus agnoſceretur.

21. Idem Sprengerus p. 1. q. 10. ex vita Patrum refert, Juvenculam, cum aſſentiri nollet cuidam Juveni, de ſtupro eam ſollicitanti, converſam fuiſſe, procurante venefica, in equam, & hanc converſionem non fuiſſe ſecundum rei veritatem, ſed ſecundum ludificationem tantùm, ut videretur, quę erat vera mulier. Nam cùm ea ad Macharum ducta eſſet, non potuiſſe Diabolum ita operari, ut illuderet ſenſus ejus, ſicut aliorum propter ſanctitatem ſuam, cùm eam aſpiceret, ut veram mulierem, & non equam, ideoque ejus oratione tandem eam ab illa illuſione liberatam.

22. Non obſtat tertiò, quod de Lycantroporum metamorphoſi in Aſia, Græcia, & Livonia dictum. Quanquam enim qui tales ſe fuiſſe dicunt, falluntur tamen, ſuntque ea animi deliria & falſæ phantaſiæ ſive imaginationes, quæ magna vi illuſionis cujusdam aut morbi animis eorum inhæſerunt. Pleroſque etiam, atra bile vitiatos ſe leones eſſe, vel dæmones, vel aves imaginari, annotavit Avicenna.

23. Omnes Medici fatentur Lycantropiam Melancholiæ eſſe ſpeciem. Paulus Æginetus Medi-

Medicus libr.3.cap.6. ubi ſcribit, Qui Lycantropia, ideſt, hominis in lupum converſione correpti ſunt, per noctem domo egreſſi, lupos per omnia imitantur, & quoad diluceſcat, circa defunctorum monumenta plerunque errant. Notis verò ſequentibus eo morbo oppreſſum deprehendes. Perpallidi ſunt, cernunt imbecilliter & obtusè, oculos habent aridos & linguam aridiſſimam, neque ſalivam expuunt, ſiti excruciantur. Tibiæ quoniam frequenter offenduntur ita exulcerantur, ut curationem non recipiant.

24. Talis fuit Petrus iſte Biſantinus, cujus Bodinus mentionem fecit, qui fortè ſua & ſtolida perſuaſione ſe lupum exiſtimans, puerulos & puellulas, ex illicita & prçternaturali appetitione, manibus ſuis, quarum extremitates ungues aut ungulas credidit, impetu validiſſimo diſcerpſit & comedit, ut Scribonius ſcribit.

25. Talis quoque fuit agricola Patavii, cujus Fincel.lib.11.de mirabil.meminit, qui lupus ſibi videbatur, multoſque in agris inſiliit, trucidavitque. Tandem non ſine multa difficultate captus, confidenter aſſeveravit, ſe verum eſſe lupum. diſcrimen ſolùm exiſtere in pelle cum pilis inverſa. Quapropter quidam exuti omnē humanitatem, vereque lupi truces voraceſque tibias, & ejus brachia gladio feriunt, amputantque, veritatem rei exploraturi: cognita verò hominis innocentia, eum chirurgis tradunt curandum, ſed poſt dies non multos expiravit.

26. Tales Lycantropi sunt quoque in Livonia & Borussia, qui se luporum specie catervatim obambulare, & damna hominibus jumentisque inferre credunt. Cùm Anno M.D.LXXXVII. per annum in Livonia publicorum negotiorum causa versarer, diligenter Rigæ, Regiomonti & Warsaviæ in Polonia inquisivi, an ista transmutatio hominum in lupos vera esset, an verò præstigiosa? Tãdem ex sermone nobilium præcipuorum & civium, esse tantummodo præstigiosam transmutationem & ita fieri, deprehendi. Diabolus eorum, qui se in lupos credunt transmutatos, externos sensus sopit & occæcat: ita, ut in profundissimum somnum incidãt, deinde varias rerum formas, in pueris, vel insectandis, vel vorandis, sive jumenta lædendo, aut longè latéque vagando, veteranus hic præstigiator objicit, quas perturbatis jam eorum humoribus & animis imprimit tàm efficaciter, ut se reipsa lupos esse & fuisse credant. Talibus præstigiis & lusibus delectatur Diabolus, ut misera illa & DEI ignara mancipia excruciet, atque in errore ac superstitione confirmet. Sunt enim rustici in Livonia homines miserrimi, superstitiosi, barbari, mera Dominorum mancipia, & qui in omnibus parere coguntur; nam, si imperata recusant, aut negligenter officium ipsis commissum præstant, virgis castigantur, & duriter tanquam pecudes tractantur. Unde apparet hujusmodi homines ac nationes hoc genere Im-

perii

perii delectari, aut saltem patienter hoc imperium ferre.

27. Placet hîc referre historiam, quæ revera in Livonia accidit. Cùm Illustrissimi & Sapientissimi nostri Principis Udalrici Megapolitanorum Ducis, patroni hujus Academiæ nostræ, soror serenissima Curlandiæ Ducissa Anna, pro rusticis apud novum maritum Gothardum piæ memoriæ, Curlandiæ Ducem, intercessisset, ne rustici ita virgis more usitato cæderentur, sed ut vel carcere, aut pœna pecuniaria, sicuti in Germania usitatum, punirentur. Princeps maritus petitioni conjugis satisfecit. Verùm, cùm postea familia rusticorum imperata facere recusaret, rustici submissè rursus à Principe petierunt, ut istam consuetudinem jam abrogatam rursus introduceret, aliàs enim illos familiam in officio continere non posse, additis his verbis: Sie wolten gerne bey ihren alten Privilegien bleiben. Horum barbarorum petitioni tandem Dux, necessitate sic jubente, annuit. Sed audiamus & alios, qui hanc transmutationem hominum in lupos & bestias præstigiosam affirmant & scribunt.

28. Georgius Sabinus, magni illius Melanchthonis gener, & D. Peuceri affinis, in Comment. super lib. 7. Metamorph. Ovidii de Lycantropis ita scribit: Certos homines effici quotannis lupos, & rursus ad pristinum habitum redire, vulgò persuasum est. Tales refert Herodotus esse apud Neurios Scythiæ populos.

los. Et hîc quoq; apud Borussos, fama est, tales inveniri, è quibus nuper unus fuit captus, & Duci Borussiæ adductus à rusticis, quorum jumenta dilaniasse credebatur. Erat homo deformis, nec multum absimilis feræ, habebatque vulnera in facie, quæ dicebatur accepisse morsus à canibus, ubi fuisset mutatus in lupum. Is à quibusdam, quibus Princeps id negotii dederat, interrogatus, ajebat, se quotannis bis ita mutari solitum: primò circa natalem Christi, deinde circa festum Johannis Baptistæ, illisque temporibus se efferari, & cogi impetu quodam naturæ, versari in sylvis inter lupos, maximo autem horrore & languore corporis se affici, antequam pili erumperent, & forma mutaretur. Hæc affirmanti credita sunt: sed cùm ad explorandam rei veritatem diu captus in arce detineretur ac diligenter à custodibus carceris observaretur, an aliquando efficeretur lupus, retinuit semper eandem formam, quam habuit. Is fuit exitus fabulæ. Unde constat, ea, quæ de ambiguis lupis narrantur, esse falsa, utpote, quæ homines mente capti sibi imaginantur.

29. Martinus Biermannus in disputatione, nuper in illustri Julia Academia habita, Thesi XLI. de Lycantropia ita differit: Sed quid tandem de Lycantropia ac similibus Metamorphosibus tantùm celebratis decernis? Describit Aristot. 7. Eth. c. 1. & 6. θηριότητα ὑπερβάλλουσαν ἐν ἀνθρώπου κακίαν: quæ appetitum hominis in belui-

beluinum convertit, exclusa aut perversa ratione. Hujus triplicem causam notat. Alia enim est διὰ μολθηρᾶς φύσεως, quando natura humana in beluinam degenerat. Ea est quarundam gentium feritas, quæ nudo incedunt corpore, palant in sylvis, vescuntur carnibus crudis, etiam humanis, exhibent epulis suos liberos. Alias est feritas genita morbo corporis, ut in gravidis vitio humorum sæpè excitatur desiderium abominandorum ciborum, calcis, picis, terræ: & in Melancholicis ac Phreneticis à temperiei corruptione motus oriuntur ferini & ab homine sano alieni. Alia verò est feritas, prava consuetudine contracta. Sic Cleomenes Spartanorum Rex è longa cum Scythis helluatione eò feritatis pervenit, ut suos sibi artus detruncaret ferro. Quid prohibet, quartam his addi causam? sævitiam Diaboli, qui impiòs quidem omnes ad dissolutam vitam deducit, sed quorum animos per vim tenet, eos ad facinora non solùm humano, sed & beluino appetitu tetriora impellit. Talem immutationem hominum nos in Sarmatiæ provinciis observavimus, non figuram aut formam, sed appetitum humanum exuentem. Hactenus Sabinus.

30. Hujus rei quoque testis est Lambertus Danæus in Dialog. de sortiariis cap. 3. ubi sic scribit: Quare illa etiam falsissima censenda sunt, quæ de Lycantropis quibusdam narrantur. Quanquam tamen alii, id fieri apud septentriona;

trionales populos, affirmant, veluti apud Borystenem fluvium. Nam quod Varro scripsit, esse in Arcadia lacum, quem qui trajecerint, evadant lupi, ita accipiendum puto, quòd propter metum, quem in trajiciendo periculosissimo illo lacu homines concipiunt, sibi videantur esse lupi. Alias meras nugas & aniles fabulas totam illam narrationem dixerim.

31. In eadem quoque sunt sententia Medici Germaniæ celeberrimi Joan. Wierus de præstig. lib. 3. cap. 10.

32. Nobilissimus Dn. Henricus Brucæus, collega meus colendus.

33. Item, Joan. Adolphus Scribonius de physiolog. Sagarum fol. 76. ubi ait: Quamobrem, ut, unde digressa est, eò redeat deinceps oratio nostra, statuo, ut nec alios homines, ita nec Sagas unquam in lupos, & per consequens in feles, canes, lepores & similes bestias immutari. At, inquies, sit venia dictis. Sensibili enim oculorum experientiæ, & Sagarum ipsarum confessioni fidem non habere nefas sit. Esto sanè. Ast contra inquam, apparens ista & phantastica omnis fuit visio, fucataque & inumbratilis tantum imago, ut homines quidem maneant, sed brutorum animantium specie extrinsecus apparentes solummodò videantur, Imago scilicet, vel ab ipso Cacodæmone ejusque auxilio, vel ex mera illorum, quos hoc modo mutatos esse dicimus, imaginatione orta. Facillimum enim est Dęmoni, Sagarum cor-

pora alterius cujusdam bestiæ, sive rei cujuslibet, figura vel imagine superinducta tegere, ne, quales sint homines, agnoscantur.

34. Interdum enim Dæmones sub forma luporum apparent & homines ac jumenta interficiunt.

35. Sic anno quadragesimo secundo apparuit Constantinopoli luporum ingens turba, incolis usque adeò infesta noxiaque, ut domos civium ingrederentur. Turca itaque prius muris Civitatis præsidio munitis, postridiè cum magno comitatu equestri pedestrique urbem circumivit, tandemque lupos circiter centum quinquaginta ad muri ejus angulum offendit, qui cunctanter impetiti per murum evestigio simul transilire videbantur, nec ullus postea in urbe aut vicinia apparuit.

36. Et historia de Viennensi Episcopo extat, qui letanias minores instituerat ante ascensionem Domini, eò, quòd lupi civitatem catervatim intrantes homines publicè devoraverunt.

37. Non obstat denique, quod Bodinus & alii afferunt, Diabolum, Deò permittente, hæc & illa facere posse. Ad hanc objectionem Johannes Wierus cap. 24. lib. 1. respondet, Axioma hoc esse imperitorum.

38. Considerandum enim esse, ait, quis ea in re majestatis divinæ ab initio mundi fuerit ordo & modus, num huic controveniat, id quod accidisse narratur, cùm nihil promiscuè aut citra

tra ordinem condiderit universi ordinis causa, imò ipsus ordo.

39. Unicuiq; enim rei suam essentiam, formam, proprietatem, vires & munus indidit, ut quodcunque conditum vel agere vel non agere debeat queatque ex insito naturæ, (quæ nihil aliud est, quàm ordinaria Dei potestas, cunctis rebus pro sua cuique conditione indita) motu, & extra hanc inditam à principio potentiam, nihil ad ipsum possit, neque aliud huic, quàm quod ea ratione potest, à Deo conceditur, alioqui sibi ipsi Deus adversaretur, quod ab eo est perquàm alienum.

40. Angelos creator rerum omnium creavit, ut ipsum inenarrabili voce laudent, & piorum ambulantium in via Domini & vocatione legitima sint vigiles & custodes. Homines condidit, ut eum agnoscant, agnitumque celebrent cum sanctis Angelis in omni æternitate, in hac terra degerent, eam excolerent, & humanum genus propagarent.

41. Diabolos verò in aëre vagari, & Dei nutum, cujus sunt carnifices, in probandis & castigandis hominibus, observare voluit. Volucribus, ut in aëre volent, injunctum, aquarum hospitium piscibus commissum.

Non verò ut celeres pascantur in æthere cervi,
Aut freta destituant nudos in littore pisces,
Sive pererratis amborum finibus exul
Aut Ararim Parthus bibat, aut Germania
Tygrim.

CAP. IV.

CAPUT. IV.

AN LAMIÆ SCOPIS VEL BACULIS INSIDENTES PER AEREM VOLITARE POSSINT.

SUMMÆ.

1. *Ad Lamiarum potentiam refertur, quòd possint per Caminum in aërem transvolare.*
2. *Lamiarum conventus, juxta quorundam sententiam, in monte* Blocksberg.
3. *Lamiarum operationes non esse fabulas aut somnia, plurimi eruditi credunt.*
4. *Lamiarum extorta confessiones inter se congruunt.*
5. *Lamiis prohibetur à Diabolo signo crucis se munire, aut nomen Domini proferre.*
6. *Bodini verba de comitiis Lamiarum.*
7. *Lamia juxta Paracelsum sæpè turmatim proficiscuntur.*
8. *Bajulatio Lamiarum quomodo fiat in aëre Paracelso?*
9. *Lamiarum amasii à Paracelso ascendentes dicti.*
10. *Lamia ut pluma in aëre feruntur.*
11. *Unguentum Lamias volatiles reddit juxta Paracelsum.*
12. *Joachimi Camerarii verba de commessationibus, tripudiis & choreis Lamiarum.*
13. *Exemplum Christi, quod is, juxta quorundam senten-*

1. AD Lamiarum potentiam quoque refertur, quòd perunctæ certis quibusdam unguentis, utpote cati alicujus aut lupi adipe, & lacte asinino & nescio quibus aliis, possint extra ædes suas scopis & baculis insidentes per caminum aut aliud angustum foramen per aërem volitare, & sic de loco ad locum alium transferri, ubi convivia aliosque ludos cum Diabolis celebrent.

2. Pervulgata enim fama est, Lamias totius Germaniæ certis unguentis illitas, noctu Calendar. Maji in montem Bructerorum, vulgò Blocksberg/ & Hewberg/ partim à familiaribus

ſuis dæmonibus & amaſiis, qui præſtigioſam formam hirci, porci, vituli & ſimilis animalis induunt, breviſſimo temporis ſpacio bajulari, partim furca, baculo, aliové inſtrumento vehi, & deinde noctem totam ludis, jocis, commeſſationibus & choreis, cum amaſiis ſuis conſumere.

3. Plurimi eruditi & doctiſſimi viri, ut Bodinus, Joachimus Camerarius, Danæus, Scribonius, Franciſcus Joel aliique, talia revera fieri & Lamiis contingere poſſe, conſtanter aſſeverant, nihilque abſurditatis habere dicunt, cùm, & Magos quoſdam palliis ſuis ad longinquos locos per aërem illæſos delatos eſſe, hiſtoriæ atteſtentur.

4. Deinde hanc quoque cauſam adferunt, quòd omnes Sagæ, quamvis diverſis in locis torturæ ſubjectæ ſint, uno tamen ore omnes eadem confiteantur ad extremum uſque vitæ ſpiritum. Primùm enim omnium confeſſiones in deſcriptione loci, cum vera & reali Topographia montis ipſius congruunt, nimirum montem altum eſſe & præruptum, & in vertice planiciem aliquam habere, arboribus denſis coronatam. Secundò omnes idem dicunt de coquo Sagarum & ferculorum generibus, de archiſponſa, de eis, quæ in choreis labuntur, eoque anno periculum combuſtionis eas ſubituras minantur.

5. Denique omnes affirmant, cùm à bajulis ſuis deferri debent, ſe præmoneri, ne ſigno cru-

crucis se muniant, Deivé nomen invocent, nullamque vocem edant, ajunt quoque, siqua à suo amasio non invitetur, eo anno huic mortis instare periculum.

6. Joannes Bodinus de Dæmonoman. lib. 2. cap. 4. scribit: Comitiis Lamiarum præesse hircum ingentem, nigrum, adstantes ratione humana compellantem, in ejus ambitum saltare omnes, tùm unumquemque posteriores illius partes cum ardente candela osculari: hoc facto, hircum absumi igne, de cujus cinere singulos capere, ut eo bovem inimici necarent, hujus ovem, illius equum, hunc hominem languore, illum morte afficerent: postremò Diabolum voce terribili hæc verba intonare, ulciscimini vos, aut mortem oppetetis: ita singulos ope Diaboli redire, qua venerant.

7. Et magnos sæpè choros earum esse, refert Paracelsus adeò ut turmatim aliquando, militum instar, ex ordine super pagos, montes, convalles ferantur. Vulgus hunc chorum Lamiarum vocat, das wütende Heer.

8. De earum aurigis seu bajulis idem Paracelsus in sua magna Phil. ita scribit: Sagarum amasii sive ascendentes, spiritus sunt, per se quidem invisibiles, tactu tamen instar venti perceptibiles, & possunt fictitiam formam pro Sagarum voluntate recipere, & eos certis temporibus, locisque cum suis Sagis convivia celebrare, & eas ad constitutum locum sine omni læsione convehere, non aliter quàm ventus

validus plumam è terra sublatam in aëre circumfert, donec in certum locum deponat.

10. Theophrastum sequitur Scribonius in sua Physiologia fol. mihi 65, ubi scribit: Dæmones, si voluerint Sagas quasdam cęteris adesse, eas deducunt ad locum, ubi congregatio illarum futura sit, sive per caminum, sive alia quacunque via, stantes nimirum post tergora Sagarum. Quemadmodum ventus spirans plumam à terra elevat in altum & ante se, donec eò loci veniat, in quo steterit. Hactenus Scribonius.

11. Paracelsus in sua magna Philosophia & occulta Philos. tale unguentum Lamias, ex carne recens natorum infantium, in pulmenti formam coctum, & cum herbis somniferis, quales sunt Papaver, Solanum, Cicuta, &c. conficere docet, quo si se inunxerint, & hæc verba pronunciarint, Oben auß / und nirgend an / confestim eas per caminos & exigua foramina fenestrarum aut parietum, ope Diaboli avolare. Verùm minimè credibile est, huic soporifero, fœdo & horribili unguento tantam inesse vim, ut volatiles ex ejus inunctione reddantur Sagæ, sed illud ipsum est tantummodò Sacramentum Dæmonum, per quod suas præstigias exequuntur.

12. Doctissimus Germaniæ nostræ Plato, Joachimus Camerarius in Procœmio Plutarchi de defectu oraculorum fol. 332. scribit: De epulis quidem lautiss, collatis & appositis, non fingi

fingi,quæ nunc quoque memorantur, proverbium etiam testari possit, Pascetis dimidiū obuli,quod assis fermè erit pretium. Habui notos homines,neque leves & non indoctos, qui affirmabant, se audiisse secum colloquentes disertè eos, quos tunc intervallo multorum millium pass. abesse certò scirent. Proditum etiam scriptis veterum, & narrationum multorum nostris temporibus cognitum est, fremitus, strepitus, sonos tàm lætos,quàm tristes, Musicas etiam Symphonias & Cytharæ modos, apparente nemine uspiam, venationesque in sylvis auditas,objectos etiam errores, & exercitus visos monstrosos constat. Ad quæ antiquitas Satyrorum & Faunorum appellationes accommodavit.Et paulò ante scribit: Compertum est,quendam nocte lanium, qui sunt ferociores plerique & audaciores, iter per nemus quoddam facientem, audiisse intra arbusta colloquia quædam lasciviæ plena cum risu & jocis. Ibi ille,quemadmodum ipse posteà recitavit, primùm consistere, deinde accedere propiùs atque introspicere, & tandem etiam introire. Tùm verò subitò evanuisse conspectas ab ipso humanas species virorum & mulierum,relictis mensis extructis, cum poculis & cæteris vasis epulorum & vini, in quibus & scyphi argentei viserentur: Non voluisse autem se ita simpliciter discedere dixit,& venisse in mentem sibi,aliquid de ea copia, quæ ante oculos versaretur,esse auferendum. Sublatis

igitur scyphis duobus, ita tùm abiisse. Manè verò ad magistratum oppidi sui scyphos eos detulisse, & quomodo illi ad se pervenissent, demonstrasse. Magistratus signa agnovit eorum, qui in consilio publico convenire deberent. Accersit igitur eos, & scyphos cognoscere jubet, si ipsorum sint. Agnoscunt & suos esse ajunt, & mirati, quid de iis factum sit. Jubet ergò domum eos ire & videre, nunquid suos fortè apud se reperiant. Eunt, non inveniunt. Redeunt & ereptos sibi esse indicant. Ita mulieribus ipsorum in suspicionem venientibus, comprehensæ illæ, & indicato sodalitio præcipuarum in eo oppido fœminarum, mirificæ res & incredibilia facinora exquisita cognitaque fuerunt. Idem aliquando pòst lanius, cùm idem nemus sub vesperam fortè equo vectus transiret, & ad illum locum à se dudum disturbatæ societatis pervenisset, obvium se habuisse narravit equitem terribili specie, & impetum stricto gladio in se fecisse, cum quo, nam & se suum gladium eduxisse, fermè dimidium noctis dimicando consumpsisse. Fuisse autem eam defatigationem suam, ut postridiè decumbens multis diebus in morbo lecto affixus jacuerit. Vidi arborem magnam & ramis densam, sed planè aridam ante oppidum, cujus in hac mentione nomen ponere non est visum, in qua convenisse tale Sodalitium, comprehensæ in maleficio quædam indicassent. Jam suam aliquas Sagas formam in animalis alterius figuram

guram mutasse, ut verbi causa, felis, traditum scimus. Hucusque Camerarius.

13. Et denique prædicti plerique omnes ad stabiliendam eorum opinionem, exemplum Christi adferunt, quòd is à tentatore Diabolo corporaliter ex deserto super pinnaculum templi Hierosolymitani, & inde in verticem excelsi montis subductus sit.

14. Cùm autem hæc de corporali volatu & bajulatione Lamiarum in aëre, & commessationibus cum suis Dæmonibus, nocturnisque tripudiis, nullis critiriis, sive normis certitudinum, notitiis videlicet communibus, universali experientia, Syllogismi bona consequutione, vel verbo Dei expresso (sine quibus mens humana nullis asseverationibus credit) sint confirmata.

15. Major pars Theologorum, Jurisconsultorum, Medicorum & Philosophorum statuit, hæc omnia figmenta, & prodigiosas ac aniles fabulas esse, similes fabulis Vergilianis, de iis, quæ in campo Elyseo geruntur, & non minùs absurda, quàm sunt ea, quæ nugacissimus Paracelsus in sua occulta & ad Athenienses Philosophia, de Nymphis, Sylvis, Dryadibus, Evestris, Melusina, monte Veneris, in quo Danhuserus cum Venere habitârit, nugatur, & pro veris asserit, statuuntque post inunctionem eas in profundum somnum incidere, & à Diabolo forti quadam imaginatione phantasiis ejusmodi occupari.

16. Venusta fabula de locis inferorum, de animabus ex hac vita ereptis, eorumque tormentis & lætitiis beatorum extat apud Vergil. 6. Æneid. Unde Pontificii suum purgatorium extruxerunt.

17. Paracelsus Dei & hominum irrisor, suis blasphemis & monstrosis fabulis, quæ in Philosoph. ad Atheniens. de Sylvis & Nymphis scribit, ipsum Vergil. longissimè superat. Is siquidem pro veritate constanter asseverat, Deum, præter homines Adami posteros, alia quatuor hominum genera, ratione, carne & ossibus prædita, creasse, eosque in singulis elementis habitandos collocasse, in quibus singuli suam haberent Rempublicam & ex negotiatione ac laboribus victum & amictum sibi comparare, & eos homines, qui in terræ visceribus habitant, vocat Pigmeos & Gnomos; qui in aquis, Nymphas & Undanas; qui in aere, Sylphos & Melusinas, quos solos cum hominibus Adami posteris commercium habere, & ex mutua commistione liberos generare, nugatur. Qui in igne sunt, Vulcanos appellat.

18. Addit quoque blasphemo ore, adhuc incertum esse, cuinam generi hominum vera fides in DEUM sit data, & via ad salutem patefacta.

19. Melusina Gallicanum fuit monstrum, in forma venustissimæ mulieris, ejus fabula extat in libello Germanico ex Gallica lingua trans-

lato,

lato, quam Paracelſus non fabulam, ſed veriſſimam hiſtoriam eſſe, nugatur.

20. De Danhuſeri fabula, in monte Italiæ cum Venere per integrum annum commorantis, extat quoque vetus cantilena Germanica, quam & ipſe Paracelſus pro vero aſſeverat, quæ ſanè Paracelſi nugæ prodigioſæ, non argumentis ſed flagris erant refutandæ.

21. Sed ad inſtitutum redeo. Dixi, Lamias virtute unguenti in profundum ſomnum incidere, & Diabolum in ſomno earum imaginationi talia phantaſmata, de volatu, choreis, imprimere, & in tali phantaſmate eas, donec evigilent, detinere, corpore interim in lecto aut cubili quieſcente. Suppeditat enim illis fraudulentus ille magiſter naturalia quædam pharmaca, quib. ubi ſe inunxerint confricuerintque per fornacem, mox ſe evolaturas ac per aërem longè latèque evagaturas ad tripudia, dulciſſima ſympoſia, concubitus, & gratiſſima rerum ſpectacula, confidunt: quæ tamen per inſomnia ipſis ingerit mille artifex, ubi ab inunctione ſomniferi omninò unguenti in profundiſſimum lethargicumq; ſomnum delabuntur in ſciæ, ut Wierus cap. 11. de Lamiis ſcriptum reliquit.

22. Et hæc ne ſomnia videantur, libuit adducere, quid ſolertiſſimus occultarū cauſarum indagator, Joannes Baptiſta Porta Neapolitanus lib. 2. cap. 26. Magiæ naturalis, ſive de miraculis rerum naturalium, ſcribit: Adeò dira,

O 5 inqui-

inquiens, cupido hominum mentes invasit, ut, quæ natura mortalium commoditati elargita est, abutantur, ut multis horum simul coacervatis componant Lamiarum unguenta: quæ quanquam ipsæ superstitionis plurimum admiscent, naturali tamen vi evenire patet intuenti: quæque ab eis acceperim, referam. Puerorum pinguedinem aheneo vase decoquendo ex aqua capiunt, inspissando, quod ex elixatione ultimum novissimumque subsidet. Inde condunt, continuoque inserviunt usui: cum hac immiscent eleoselinum, aconitum, frondes populneas, & fuliginem. Vel aliter sic: Sion, acorum vulgare, pentaphyllon, vespertilionis sanguinem, solanum somniferum, & oleum (etsi diversa commiscent, ab iis parum diffidebunt) simul conficiunt, partes omnes perungunt, eas antea perfricando, ut rubescāt, & revocetur calor, rarumq; fiat, quod erat frigore concretum.

Ut relaxetur caro, aperianturque pori, adipem adjungunt, vel oleum, ipsius vicem subiens, ut succorum vis intrò descendat, & fiat potior vegetiorque, id esse in causa, non dubium reor. Sic non illuni nocte per aera deferri videntur ad convivia, sonos, tripudia, & formosorum juvenum concubitus, quos maximè exoptant: tanta est imaginationis vis, impressionum habitus, ut ferè cerebri pars ea, quæ memorativa dicitur, hujusmodi sit plena: quumque valdè sint ipsæ ad credendum naturæ proni-

pronitate faciles, sic impressiones capessunt, ut spiritus immutentur, nihil nocte dieq; aliud cogitantes: & ad hoc adjuvantur, quum non vescantur nisi betis, radicibus, castaneis & leguminibus.

23. Dum hæc pensiculatiùs perquirendo operam navarem, (ancipiti enim immorabar judicio) incidit mihi in manus Vetula quædam (quas à strigis, avis nocturnæ similitudine, striges vocant, quæque puerulorum sanguinem è cunis absorbent) spontè pollicita, brevis mihi temporis spacio allaturam responsa: jubet omnes foràs egredi, qui mecum acciti erant testes, spoliisque nudata, tota se unguento valdè perfricuit, nobis è portæ rimulis conspicua: sic soporiferorum vi succorum cecidit, profundoque occubuit somno. Fores ipsi patefacimus, multum vapulat: tantaque vis soporis fuit, ut sensum eriperet. Ad locum forâs redimus. Jam medelæ vires fatiscunt flaccescuntque. A somno sevocata, multa incipit fari deliria, se maria montesque transmeasse, falsa depromens responsa. Negamus, instat: livorem ostendimus, pertinaciter resistit magis. Hucusque Joannes Baptista.

Simile exemplum, in Ducatu Megapolensi, ante annos non ita multos accidisse, viri fide digni referunt. Mulier quædam Megapolitano cuidam nobili diu & fideliter inserviens, à Veneficis paulò pòst concrematis, sortilegii accusata est, & quòd aliquoties cum ipsis in monte

monte Bructerorum fuerit. Id Dominus, qui alioquin fœminam, propter sedulam rei domesticæ administrationem, amabat, ægrè primùm tulit. Pòst vix adduci potuit, idem ut crederet. Tandem cùm famulam ea de re alloqueretur, respondit stolida: Confessionem de migratione in montem Bructerorum veram esse, imò sequente nocte necessariò cum reliquis eò ipsi transvolandum esse. Nobilis noctu, adjunctis sibi pastore & domesticis, mulierem diligentissimè in conclavi custodit, exploraturus utrum transvolare velit. Sed ecce: Postquam unguentis corpus suum illevit, in profundum somnum ita incidit, ut nec illa nocte nec sequente die excitari potuerit. Altero autem mane interrogata, respondit, se in montis Bructerorum conventu cum reliquis Veneficis revera fuisse, nec aliud sibi persuaderi stolida passa est.

24. Cùm itaque actiones seu passiones Lamiarum similes sint furiosis, idem de illis, quod de furiosis, dici potest. Dæmones enim consecuti potestatem, divina permissione, species ejusmodi formandi, & eas in animales spiritus imprimendi, talibus formis ostendunt personas modò lætas, edendo, bibendo, saltando, canendo, Venerem exercendo: modò tristes, quæ nihil non mali fabricent vel patiantur: modò humanas, modò bestiales, modò opprimentes, modò volantes, & animæ sensus iis infigitur tanquam rebus ipsis. Ut rectè Wierus de Lamiis c. 10. scribit.

25. Et

25. Et quod miretur aliquis, de futuris, verè deinceps contingentibus, homo insomnia sæpissimè concipit. Multa enim sic audiri, multa dici videntur. Cujus illustre exemplum est apud Ciceronem lib. 1. de divinat. de duobus Arcadibus amicis, qui cùm iter facientes Magaram venissent: alter ad cauponem, alter ad hospitem divertit. Et huic, qui in hospitio erat, concubia nocte visum fuit in insomniis, alterum orare, ut subveniret, quod sibi interitus à caupone pararetur: idque cùm pro nihilo haberet, alter denuò idem rogare visus est, ut quoniam sibi vivo non subvenisset, mortem suam ne inultam esse pateretur, se interfectum in plaustrum infra stercus à caupone conjectum esse, &c. Manè igitur, ut admonitus erat, surgens bubulco ad portam præsto fuit, quærens quid in plaustro esset, mortuum eruit: bubulcus perterritus aufugit. Caupo re patefacta pœnas dedit. En imaginationem nocturnam & somnium Arcadis de familiari suo verissimum. Similiter etiam Simonides, ut idem Cicero refert, cùm ignotum quendam projectum mortuum vidisset, eumque humavisset, haberetque in animo, navem conscendere: moneri visus est in somno, ne faceret, ab eo quem sepultura affecerat: si enim navigasset, eum naufragio esse periturum. Rediit itaque, perierunt cæteri, qui tùm navigassent. Ita sæpè animus hominis in somno præsentia cernit, futura

futura prævidet, meminit præteritorum. Ut Scribonius in suaSagarum Physiologia scribit.

26. Quod autem ejusmodi Lamiæ & maleficæ non transferantur localiter ad ea loca, in quibus se fuisse dicunt, sed phantasticè tantùm, illusione dæmonum, jam olim in concilio Aquirensi est decisum, ut refertur in c.Episc. 26.q.5.ubi inter alia dicitur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas, populo Dei omni instantia prædicare debent, ut noverint, hæc omninò falsa esse, & non à divino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari arbitramur: siquidem ipse Satanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cùm mentem cujuscunque mulieris ceperit, & hanc per infidelitatem sibi subjugaverit, illicò transformat se in diversarum species personarum, atque similitudines, & mentem, quam captivatam tenet, in somnis deludens, modò læta, modò tristia, modò cognitas, modò incognitas personas ostendens, per quæque devia deducit, & cum solus spiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo, sed in corpore evenire opinatur. Quis enim in somniis & nocturnis visionibus non extra seipsum deducitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat? Quis verò tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? Cùm Ezech. Prophet. visiones Domini in spiritu, non in corpore vidit & audivit, sicut ipse statim inquit:

quit: Fui in spiritu. Et Paulus non audet dicere, se raptum in corpore &c.

27. His procul dubio de causis beatus Germanus existimavit, fieri non posse, ut mulieres nocte simul in caupona essent, & mariti lateribus accubarent. Legitur enim in ejus vita, quod cum nocte quadam in diversorio mensa iterum à cœna sterneretur, admirans inquisierit ab hospitibus, cui cœna pararetur? eique responsum sit, bonis illis viris ac fœminis, quæ nocte vagantur. Itaque sanctus vigilare statuit, & ecce multitudinem ad mensam virorum ac mulierum venientem: quibus ille mandans, ne abirent, tota familia excitata, quæsivit, num quem ex iis cognoscerent? His, omnes vicinos ac vicinas esse, dicentibus, singulorum ædibus perscrutatis, omnes in suis lectulis decumbentes invenit. Itaque statim omnes adjuravit: qui, se Dæmones esse, confessi sunt.

28. In eadem quoque sententia fuit D. Lutherus: Nam cùm aliquando conjunx sua ipsi referret à Diabolo puerperam in aërem sublatam fuisse, respondit in hæc verba: Es hat der Frawen also gedaucht / als führe sie der Teuffel in die Lufft/dann er machet die Leute schlaffend / welches er auch leichtlichen thun kan / und machet Gauckelwerck ihnen vor den Augen/darmit sie spielen so lang/biß sie erwachen.

29. Philippus Melanchthon in libello suo de anima: Quartum genus somniorum est diabolicum, ut cùm Veneficæ videntur sibi interesse

esse conviviis, ac ludis, cùm sæpè compertum sit, eas nusquam abiisse, sed dormientes gestu & clamore somnia conviviorum & saltationum significasse.

30. Joannes Tritemius in tractatu de Maleficis: Diaboli noctibus aliquando de montibus turmatim egrediuntur, mirandas stupendasque in campis ducunt choreas, & quasi unius ducis metuentes imperium, subitò evanescunt ad signum, & ad sua diverticula revertuntur. Interdum nolarum inter eos auditur sonitus, & se nonnunquam spiritus esse hominum, vita defunctorum mentiuntur. Nihil magis quærunt, quàm metum hominum & admirationem. Ulricus Molitor Constantiensis U.J. Doctor & Professor Papiensis in Dialogo suo de Lamiis & Pythonicis mulieribus.

31. Tertia determinatio est, quòd Diabolus, permittente divina clementia, ob incredulitatem hominum, vel aliam causam, possit perstringere oculos, aliosque sensus hominum obstruere: ita ut homines credant, se alicubi esse, ubi tamen non sunt, vel videre id, quod in se tale non est, vel apparere aliter, quàm sit.

32. Recenset etiam D. Alciatus, Jurisconsultus doctissimus libro octavo Parergon juris cap. 22. Hæreticæ pravitatis, ut vocant, inquisitorem in subalpinis vallibus, adversus hæreticas mulieres, quas veteres Lamias, nos strigas vocamus, inquisivisse, & supra centum flammis consumpsisse: quotidieque ceu nova holocau-
sta

sta alias super alias Vulcano obtulisse, è quibus non paucæ helleboro potiùs quàm igne purgandæ videbantur: donec rustici arreptis armis vim illam inhiberent, & negotium ad Episcopi judicium deferrent. Et pòst: Et quamvis aliqui ex maritis, magnæ fidei homines, asseverarent, eo potissimum tempore, quo illæ in ludo & choreis, sub Tellina arbore fuisse dicebantur, se exploratum habere, in lecto potius secum fuisse: tamen respondebatur, non illas, sed cacodæmonem potiùs, uxoris forma assumpta, marito illusisse. Atque ego replicabam: cur non potiùs, cacodæmonem cum suis dæmonibus, illam verò cum marito fuisse, præsumis? cur verum corpus in ficto lusu, phantasticum in vero lecto comminisceris? quid hîc opus est usque adeò augere miracula, & non tam Theologum quàm τερατόλογον agere, sævioremque partem in pœnis eligere? Constabat ex illis actis, semel in eo ludicro per quandam mulierculam nomine Jesu appellato, omnem illum apparatum, omnes saltatrices cum amasiis suis repentè evanuisse, quî fieri id potuit? si vera fuissent corpora & non phantasmata, & Tantali horti, quod apud Philostratum libro quarto etiam Apollonius Thyanneus censuit, & apud Plutarchum in Bruti vita C. Cassius. Nam & Medici maximos effectus corruptæ menti, imaginariæque ludificationi tribuunt: Unde Ephialtici, afflati, superstitiosi, incubitati, amore furentes, imaginosi, Lycao-

nes, Cynanthropi, qui tamen medicamentis curantur: videnturque hæc esse, quæ Plinius, & alii veteres, Faunorum ludibria appellant, pœoniaque herba emendari consuêrunt, ut etiam harum plerasque curari posse sit verisimile, nisi quòd pauperes & fœmellæ omnes sunt, quibus talis facultas non suppetit.

Ego certè magis juri Pontificio, communiq; nostratium doctorum interpretationi, hac in quæstione, quàm Theologis istis tribuerim, maximè in re à Synodo decisa in Concilio Aquirens. cap. 1, ubi talia phantasmata mentibus à maligno spiritu irrogari ait. Et rursus, infidelis, inquit, non in animo, sed in corpore evenire opinatur: quis enim in somniis & nocturnis imaginibus non extra seipsum deducitur? quæ etiam videtur fuisse Augustini sententia lib. 18. de Civit. Dei cap. 18. ubi verum, inquit, corpus nulla arte dæmonum converti potest, sed phantasticum: quod etiam cogitando sive somniando per rerum innumerabilia genera variatur: & cùm corpus non sit, corporum tamen formam capit, sopitis aut oppressis corporeis sensibus, ita ut vera corpora alibi jaceant, sensibus obseratis. Nec refert, quod ibi Herodiadi aut Dianæ honor exhibetur. Hactenus Alciatus.

33. Et Paulus Grillandus Jurisconsultus de Sortilegiis cap. 10. refert sequentia. Quidam maritus ex oppido agri Sabinensis habebat uxorem maleficam, sive strigam, ut vulgò dicunt,

cunt. De crimine autem solùm erat suspicio, non certa notitia. Nam cùm aliquoties à marito rogaretur: num ejus esset professionis? negabat constanter. Crescente porrò rumore, & viris fide dignis apud maritum ejus flagitii uxorem insimulantibus, quòd ea familiariter uteretur aliis mulieribus, hujus criminis ratione cognitis, cum quibus etiam se turpibus miscere sceleribus, & nocturnos agere cœtus videbatur: decrevit maritus ipsam in ejusmodi operibus observare, & apprehendere, & cepit plurimis noctibus diligenter & attentè invigilare, noctesque circiter duodecim egerat insomnes, attendens studiose, num illa aliquò ad dæmonum lusum vel aliud maleficium noctu evagaretur, & num penes se in lecto permaneret nocte tota, quando lectum conscendisset? nihilque unquam fraudis comperit, sed manibus illam semper in lecto contrectavit. Quum verò post dies paucos unà cum quibusdam aliis de eodem crimine accusatis in carcerem conjiceretur, subdereturque quæstionibus, confessa est demùm, se tali interfuisse lusui unà cum aliis mulierculis incarceratis, flagitiique hujus reis, tali die, undecimo mensis, &c. tali nocte, hora tali, &c. idem fatebantur & aliæ. Maritus verò in conjugis patrocinium afferebat, præstito juramento gravissimo, eam illa nocte designata, & maximè illa hora, secum decubuisse in eodem lecto: & se eam tùm non studiosè semel tantum tetigisse, sed pluries, ac

cum ea loquutum fuisse. Hactenus Grillandus.

34. Johannes Fichardus consil. 111. num. 2. Daß ich aber so viel auf das Nachtfahren/Tantzen/ auch Gemeinsamen/ nicht gib / darzu bewegt mich/ daß ich befinde/ daß viel trefflicher gelehrter Leut von alten und auch zu unsern Zeiten / stattlichen darthun und außführen (etiam cum authoritate Canonum sanctorumque Patrum) daß es mit dem Nachtfahren/und solchen nächtlichen Täntzen und Conviviis; deßgleichen auch den leiblichen Vermischungen / so die bösen Geister mit solchen Weibern volnbringen sollen / ein lauter Traum / Gespenst / Triegerey / unglaublich und unmüglich Ding seye.

35 Martinus Biermannus in suis Thesibus de Magicis actionibus, Thes. 18. Hinc per quietem somnia movet prodigiosa, quibus volare, cœtus Magorum frequentare, complices agnoscere, commessationes & tripudia celebrare, aliaque peragere videntur sibi homines dementati: quæ & ipsa expergefacti (ut est amentia) pro veris constantissimè asseverant. Quam ut rem perficiat, adjumenta quædam sumit natura. Nam & soporiferas inunctiones imperat, & cibos præbet flatulentos, ad suscitandum fovendumque turbulenta somnia pollentes, apium, cepas, fabas, phaseolos & alia. Possem plurimorum testimonia adducere, si opus esset.

36. Non obstant superiùs adducta. Ac primùm,

mum, quòd interdum Diabolus Magos per aërem ad longinqua regna deducat. Nam cum tantæ sint vires dæmonum, non negant prædicti Dd. quin Diabolus interdum Magos, qui sponte sese cum anima & corpore ipsi devoverunt, in altum tollere possit.

37. Prout nota est historia, de Apollonio Thyanneo, excellente Mago & Necromantico, qui Romæ, cum apud Severum Imperatorem facinoris accusatus esset, & Imperator ipsum in carcerem conjiciendum juberet, è conspectu Imperatoris disparuit, & à Dæmone Putæolis in Campaniam est deductus, ubi eo die conspectus fuit.

38. Et de Joanne Fausto Witebergæ, temporibus divi Lutheri, commorante, qui pallio insidens, non tantùm ipse, sed & alii socii per aërem, ad longinqua regna, deducti & bajulati sunt.

39. Quod verò Lamiæ prædicto modo per caminum aut alia loca angustiora scopis insidentes per aërem ad montem Blocksberg volitent, hoc fabulosum esse asserunt, & quidem rectè.

40. Propterea quòd essentiam suæ creaturæ mutare non possint, vel efficere, ut unum corpus per aliud, sine unius vel amborum injuria, transeat, aut majus corpus penetret per spacium improportionatum, ut ita dicam, loco, videlicet quòd per foramina domorum exigua ingrediantur tales fœminæ: hæc per Dæmones

nes non magis fieri possunt, quàm ut camelus transeat per foramen acus. Habetur hoc à Christo ipso pro ἀδυνάτῳ. Corpus enim, & quicquid loco circumscribitur, hoc est, ut ita loquar, omne τοπικὸν ac locatum, debet esse suo loco proportionatum. Alioquin corporum penetratio admittenda esset, quod contra naturam & omne physicum principium est.

41. Non obstat exemplum tentationis Christi, quod à supradictis ad stabiliendam eorum opinionem adfertur.

42. Adhoc enim eleganter doctissimus quondam Germaniæ Theologus, Martinus Bucerus, in lib. 1. Samuelis cap. 28. respondet, Deus non permisit Satanæ, ut per carmina & incantationes Christum in ea loca, quę memorata sunt, perduceret, sed Christus tentatus, sua spõte, non fascinatus, in illa loca profectus est, nostro omnium bono, quem per imfirmitatem, per omnia similiter nobis tentari conveniebat, ut sic probatus nostræ infirmitati condoleret.

43. Nam consultum non est piis, de hac re inquirere, prout Augustinus Marloratus cap. 4. Matth. v. 5. ait: Quomodo Christum Diabolus sustulerit, viné coactum, an voluntariè sequentem, an per aera deportatum, imò verò an reipsa evectus sit in sublime, an verò per visionem id factum sit? consultum non est piis, hac de re inquirere.

44. In Oppido N. quidam rusticus combu-

stus

ſtus fuit, propterea quòd confeſſus erat, ſe in monte Bructerorum per plures annos coquum Lamiarum fuiſſe, & conductum à Dæmone, ſub ſpecie nigri hominis, in agro obambulantis: etiamſi ipſius uxor affirmaret, nunquam Calendarum Maji, aut reliquis temporibus noctu eò è lecto caruiſſe.

45. Non obſtat tertiò exemplum à Camerario allatum. Ad illud enim Auguſtinus Lerchemer, in ſuo Germanico Tractatu Von Zauberey Heidelbergæ edito, ita reſpondet. Exemplum à D. Joachimo Camerario allatum ipſis mirificè placet. Mulierculæ hæ non fuerunt in ſylva, ſed domi ſuæ dormiêrunt & ſomniârunt, interim Diabolus pocula argentea ex ſcriniis earum abſtulit, & ad locum illum, ubi præteriturum lanium ſciebat, portavit, ſaltem ut hac ratione deluſas fœminas in diſcrimen vitæ adduceret, quod & factum, ſi ipſæ pocula ad locum iſtum attuliſſent, procùldubio in fuga, ne proderentur, abſtuliſſent. Diaboli fuerunt non homines.

46. Nec obſtat deniq; quòd Lamiarum confeſſiones inter ſe congruunt, ut quòd illa hora vel die fuerint in monte Bructerorum vel alibi &c. Nam cùm à Diabolo ſint illuſæ, confeſſiones quoque tales prorſus ſunt erroneæ.

47. Sed ut hoc verum eſſe oſtendam, referam hiſtoriam omnibus notam. Ariolus vel Pythius quidam, cui hactenus judex fidem appoſuerat, ad eum pervenit, dicebatque, ſe ad-

huc unam maleficii ream indicaturum, nisi iniquè ferret: prætor annuit. Is ejus uxorem etiam talem esse ostendit, ac ne quid hac in re hæsitaret, palàm se id demonstraturum, ostendit, horamque præfigit, qua eam reliquarum Sagarum conventui & choreis interesse, suis ipse maritus testaretur oculis. Consentit judex vel prætor. Qui statuta hora quosdam amicos & consanguineos in eadem mensa secum & cum conjuge cœnare voluit, suppressa interim convocatæ societatis causa. Hinc designata ab ariolo hora, mensa surgit, jubetque omnes simul cum uxore permanere, nec priùs loco dimoveri, quam ipse rediret. Deductus porrò ab ariolo, quò is voluit, Lamiarum cœtum, choreas, & nescio quas alias voluptatum illecebras, quibus ipsius intererat conjunx, reliquarum delicias sectata, non obscurè videbatur spectare. Mox domum reversus, amicos vocatos eo, quo reliquerat, ordine, unà cum sua uxore, lætos mensæ assidere comperit. Et cùm studiosè, num stationem deseruisset conjunx, percunctaretur: eam eidem affixam fuisse loco in ejus absentia, uno ab omnibus affirmabatur ore: Itaque rem omnem aperuit prætor, ob inflictam innocentibus pœnam serò pœnitudine ductus, Pythium accusatorem morte mulctabat. Hortor itaque judices, ne ejusmodi somniis & illusionibus credant, fidemque adhibeant, propterea quòd prorsus nulla earum mentio fiat in c. 44. Von Anzei-

gung der Zauberey constitut. Carolinæ, ne semetipsos,& illusas vetulas, in discrimen adducant. Quod si evidenter constet & probari possit, ejusmodi Lamiarum bajulationes naturaliter fieri potuisse & factas esse, hîc nihil impedit fidem adhibere.

CAPUT V.

AN LAMIÆ CUM SATANA REM VENEREAM EXERCERE POSSINT.

SUMMÆ.

1. *Multi credunt, Dæmonis congressum cum Lamiis verè fieri.*
2. *Verba Augustini.*
3. *Verba Lutheri.*
4. *Verba Danæi.*
5. *Verba Thomæ Erasti.*
6. *In eadem sententia fuerunt Sprengerus & Bodinus.*
7. *Theophrasti Paracelsi sententia de concubitu Dæmoniaco cum Lamiis.*
8. *Objectio quorundam ex cap.6.vers.2.Gen.*
9. *Lactantii, Tertulliani, & aliorum opinio.*
10. *Confessiones Lamiarum de suis amasiis.*
11. *Crebrior est opinio, Dæmoniacos concubitus esse tantùm illusiones.*
12. *Verba D. Biermanni.*

13. *Diabolus visum & tactum hominum decipit.*
14. *Lamiæ vexantur morbo, quem incubum nominamus.*
15. *Incubus qualis morbus?*
16. *Verba Martini de Arles Theologi.*
17. *Verba Nicolai Jaquerii.*
18. *Verba Cassani.*
19. *Exemplum illusionis Dæmoniacæ ex Leone Africano.*
20. *Verba Josephi Scaligeri, doctissimi Europæ Philosophi.*
21. *Verba Davidis Chytræi.*
22. *Verba Petri Martyris.*
23. *Verba Uldarici Molitoris.*
24. *Verba Joannis Fichardi.*
25. *Nulla fit mentio in c. 44. Constit. Carolinæ concubitus Diabolici.*
26. *Augustini supra allata sententia à Cardano refutatur.*
27. *Filii Dei qui dicantur? Gen. 6. vers. 3.*
28. *Ficta fuerunt omnia, quæ Poetæ de Deorum libidinibus tradiderunt, & quod ex illis, vel ex imaginibus, homines nati fuerint.*
29. *Historia de Paulina Romana.*
30. *Decii Mundi amoris impotentia.*
31. *Amoris vis & pretium.*
32. *Sacerdotes Isidis lenones.*
33. *Juvenis pro Deo coit.*
34. *Lenocinii pœna.*
35. *Historia de Sacerdote quodam ex Eusebio.*
36. *Fucus sacerdotum in adulteriis.*

37. *Sa-*

37. *Sacerdotes semper pro Deo suo comedūt & coeunt.*
38. *Lamiarum confessiones de Dæmoniaco concubitu sunt phantasia & meræ imaginationes.*

1. Ulterius controvertitur ac disputatur. Utrum Lamiæ cum Diabolo concumbant & rem habeant? Et sanè viri maximæ authoritatis, tàm in Ecclesia, quàm in foro, firmiter credunt, hunc Dæmonis congressum cum Lamiis verè fieri, nec illusiones esse.

2. Et primò omnium magnus ille Augustinus, lib. 15. De Civitate Dei, istam Diabolorum cum mulieribus copulationem scribit adeò certam esse, ut contradicere magnæ sit impudentiæ.

3. Lutherus quoque alibi huic sententiæ adstipulatur, & scribit: Potest esse, ut Diabolus rem habeat cum Lamiis & Sagis, sed quòd ex illo congressu liberi procreentur, hoc nihil est. Quia Deus est creator & gignit homines per constituta media.

4. In eadem quoque sententia est Lambertus Danęus in Ethica sua Christiana lib. 2. cap. 14. ubi scribit. Septimo denique loco quæsitum est de Dæmonibus, utrùm cum iis conjungi copularique prohibeantur homines & fœminæ? & dubitant quidam, utrùm id fieri & accidere possit? qui si legerint, quæ scribit August. in lib. De Civitate Dei, de Dæmonibus, & eorum natura, & ut pati queant, itemque, quod omnes admit-

admittunt, Dæmonum alios esse incubos, alios succubos: certè fatebuntur, id esse verum, & sæpè mulieres maleficas cum dæmonibus coiisse, & ex eo coitu voluptatem sensisse, ex earum confessione scimus. Illi enim ad tempus induunt corpora, & aëris impulsu potest excitari titillatio jucundusque aliquis in coitione sensus, qui reipsa concumbentes cum illis delectet. Olympias etiam illius coitus cum dæmone signa in utero gestasse dicitur.

5. Item Thomas Erastus de Lamiis: Pro septima ratione hoc esto, quod fœdam & execrabilem exercent cum cacodæmone libidinem. Certè singulos suos habent amasios, ornatu, aspectu, nomine distinctos. Et statim à contracta societate aut pactione congredi solent, sicut universæ, ubicunque captæ fuerint, magno semper consensu asseverârunt.

6. Jacobus Sprengerus & collegæ quatuor scribunt, se plurimas Sagas supplicio ultimo addixisse, in Constantiensi & Ratisbonensi territorio, quæ omnes fatebantur, Diabolos concubuisse secum. Iidem scribunt quoque, semen viro anteà ademptum, mulieris inde sinui in ipso actu instillari, atque hinc fœtum concipi, progignique: quem tamen Grillandus ait non dicendum filium dæmonis, sed ejus cujus erat sperma. Item Satanam, dum ad choreas uxores translatæ sunt, dæmonem alium in forma succubi marito substernere, qui adeò benè se accommodet coire volenti, ut etiam callidissimum

ſimum quemque falleret. Hanc opinionem multis confirmat exemplis Joannes Bodinus de Dæmon.lib.7. cap. 2. An Magi rem habeant cum Dæmonibus?

7. Theophraſtus Paracelſus de Maleficis cap.decimo quarto ſcribit: Non eſſe Diabolum, qui rem habeat cum Lamiis, ſed aſcendentem; verba ejus ſunt: Diabolus non eſt, ſed Aſcendens, qui eas ad malum incitat: Nam quemadmodum homines inter ſe boni & mali ſunt, ita etiam Aſcendentes, & ideò amat eas Aſcendens, ut naturale ſemen corrumpat, easque à maritorum congreſſu & amore abſtrahat, & diſcordes reddat. Et illud corpus non Phyſicum eſt, ſed contra naturam, nihil procreat.

8. Quidam ad ſtabiliendam hanc opinionem, quòd nimirum Dæmones poſſint mulierum concubitu frui atque generare, adducunt textum Geneſis. 6. verſ. 2. Quod filii Dei ad filios hominum ingreſſi ſint, atque genuerint potentes & celebres viros.

9. In hac opinione fuerunt Lactantius, Tertullianus aliique, qui omnes ambiguitate vocabuli ducti arbitratique, filios Dei, angelos, purosque deos genitos ex eis, quos partim Heroas, partim Dæmones nominârunt.

10. Et denique ſupradicti omnes Dd. ad confeſſionem harum mulierum provocant: confitentur enim omnes ſe cum amaſiis ſuis, quos nominant Süßholtz / Leſchhorn / Federwiſch / Schnur-

Schnurbusch coiisse, & ex eo coitu voluptatem sensisse, semenque frigidum fuisse.

11. Cæterum sanior & magis receptior est sententia eorum, qui statuunt, Dæmoniacos hos concubitus saltem illusiones esse, quæ etiam honestis & probis sæpè mulieribus accidunt.

12. Quid enim commiscerentur spiritus, ut D. Biermannus in disputat. sua de Magic. Act. Thes. XXXII. scribit, sive inter se, sive cum hominibus, qui nec moveri nec alterari possunt? Quæ autem esset libido generandi in illis, quorum genus nec numero singularium diminui, nec multiplicari potest? Quod si τὸ ἐπιθυμητικὸν istud cadit in spiritus, quomodo aberit τὸ ὀρεκτικὸν; quomodo autem utrumque erit sine organis accommodatis? Corporei ergò spiritus fuerint. Veruntamen gaudent impurissimi genii impuritate hominum, ad eamque vi & fraude adigunt. Animo enim jam dementato lascivam suggerunt speciem, tùm affrictu pruritum excitant, quibus agitati spiritus tanquam œstro exæstuant. Cum ergò soli pruriant Magi, & sint animo malè sani, nihil eorum confessio aliud confirmat, quàm se aliquid passos esse: at quomodo passi sint, ratio & fides nulla erit. Hactenus Biermannus.

Diabolus enim non modò hominibus oculorum aciem præstringit, & auditum obtusiorem reddit, quòd inde perspicitur, quando noctu tumultus ac turbas in ædibus quorundam

exci-

excitat, perindè ac si omnes ollæ, lebetes, patinæ & canthari, in unum conjecti frangerentur, cùm tamen mane omnia illæsa & salva suo ordine & loco disposita conspiciantur: Verum etiam tactum ac ipsos tangendi palpandique actus adeò decipit, ut si homo manibus aliquid contrectet, id tamen haud quaquam inveniat. Eadem ratione Sagæ & Lamiæ, ut Augustinus Lerchemer ait, decipiuntur, quando sibi falsò imaginantur, eas cum Diabolo rem habuisse. Non est naturale opus nec voluptas naturalis, sicuti ipsæmet confitentur. Nam quid potest spiritus & corpus vivum efficere, quorum naturæ & proprietates prorsus diversæ sunt, nec ad hoc opus idoneæ?

14. Deinde cùm Lamiæ, (utpotè ob sexum & ætatem ut plurimum pituitosæ & ob animi affectus melancholicæ juvenculæ, item propter absentiam plerunque maritorum & amicorum suorum tristiores, & variis curis cogitationibusque implicitæ) obnoxiæ sint morbo, quem Medici incubum nominant, contingit sæpè, accedente præsertim illo sensu communi ab immundi spiritus assidua suggestione vitiato, ut existiment, verè se passas esse, quòd solum per somnum vel imaginatione intensa innotuit.

15. Dicitur autem incubus ab incubando ut Wierus lib. 3. cap. 19. scribit, quòd pondus quoddam nobis dormientibus incumbere, & super nos consistere putamus, respirationem oppri-

opprimens, & obijd vocem impediens: ita ut, si velimus clamare, non possimus, cum somniis horrendis & imaginationibus plurimis nos ab aliis invadi existimantes. Fit ferè noctu, & à somni initio: & quæcunque epileptici interdiu vigilesque patiuntur, hæc noctu & in somno ephialtici. Plinius modò suppressiones, modò noctis ludibria, modò Faunorum in quiete ludibria nominavit.

16. Huc facit quod doctissimus Theologus, Martinus de Arles, in tractatu de superstitionibus c. 7. scribit: Et non solùm apud maleficas, sed & circa alias probas mulieres accidit hæc illusio: nam relatu cujusdam sacerdotis habui his temporibus, sibi in confessione revelatum à quadam proba muliere conjugata, cui sæpè in somnis videbatur realiter super jumenta equitare per campos cum aliis, & sic incedendo super aquam coire hominem cum ea, & sentire intensam concupiscentiam in actu, & hoc sæpè ei accidisse; quòd cum ejus confessor à me quæreret, quid aliud ad illam equitationem responderi potuit, quàm quòd de prædictis maleficiis non realiter, sed phantasticè acciderit sibi, & hoc illusione dæmonis secundum prædicta.

17. Et Nicolaus Jaquerius in Flagello Hæretic. cap. 2. scribit: Frequenter cōtingit hominibus dormientibus interiùs fieri repræsentationes quarundam rerum, quas tunc ita existimant se facere, quas tamen realiter non faciūt,

vel

vel habere, quas non habent, sed hoc duntaxat somniant. Et paulò pòst: Undè contingit per hanc operationem viris dormientibus aliquando fieri quasdam mulierum repræsentationes, & similiter fœminis accidit fieri in somno repræsentationes virorum, & deindè sequi nonnunquam illusionibus mediantibus carnales immunditias.

18. Et Cassanus inquit: Nullo modo credendum est, spirituales figuras naturaliter coire posse.

19. Sed ad probandam vanitatem falsitatemque Dæmoniaci concubitus, nullum illustrius est exemplum, quàm quod Joannes Leo Africanus lib.3. descript. Afric. adfert. In Africa Fessæ, ait, esse maleficas, quæ videri volunt habere summam cum dæmonibus familiaritatem: dæmones autem vel rubros vel albos vel nigros appellant: atque ubi alicujus fatum eloqui volunt, certis odoribus semetipsas suffiunt, & affirmant, cum tùm se recipere dæmonem, quem accerserunt, inde mutata voce dæmonem in se loqui fingunt. Tùm qui rei alicujus explorandæ gratia venerunt, jam magna cum reverentia sciscitantur ex illis, & tandem numerato dæmoni pretio discedunt. Sahacat has mulieres nominant. Si quando formosæ mulieres eas adeant, maleficæ earum amore non secus atque adolescentes puellarum accenduntur, & in Dæmonis specie rogant, ut concubitum pro mercede patiantur. Ita fit, ut,

dum se Dæmoniorum dictis paruisse putant, rem cum maleficis habuerint. Neque desunt, quæ,ejus rei voluptate allectæ, maleficarum consortium ambiant, &,morbum fingentes, unam earum ad se vocent,vel miserum eò mittant maritum: quæ,re intellecta, mulierem à Dæmone quodam vexatam affirmat, eamque ob causam nullo modo liberari posse, nisi se illarum adjunxerit numero. His verbis miser ille tandem victus non modò permittit id, sed & maleficarum ordini sumptuosum parat convivium: quo absoluto,ad tympanorum strepitum mirum in modum saltare solent, deinde uxorem diis ventisque committere. Reperiuntur tamen, qui vel minimo negotio fustibus hunc dæmonem ejiciunt.Alii,dæmonio se obsessos fingentes,non alio modo maleficas illas decipiunt, quàm quo illorum uxores sunt deceptæ. Sic ars eluditur arte.

20. In hac quoque sententia fuit doctissimus Europæ Philosoph. Julius Scaliger de subtilitate ad Cardanum Exerc.355. Ubi inter alia modò recitatum exemplum allegat, verba ejus sunt: Hunc pilæ ludum ridere licet, stomachari verò, quæ de eorum coitu Psellus effutit gigni alique.

21. Et D. David Chytræus in præfatione Panurgiæ. Sagæ verò illæ,ac anus miseræ, somniant,se cum Diabolis colludere, choreas ducere,concumbere,scopis insidentes per caminos evolare.

22. Pe-

22. Petrus Martyr in lib. 1. Samuelis cap. 28. Sagæ autem mulieres & viri malefici, ut istos spiritus ad se invitarent, solebant se perungere unguento aliquo soporifero, deinde conjicere se in lectum: ubi ita profundè dormiebant, ut nec aciculis, nec ignibus possent expergefieri. Interim Diaboli illis ita dormientibus multa proponebant ludicra convivia, choreas & omne genus voluptatum.

23. Udalricus Molitor Jurisconsultus cap. 10. De Lamiis. Quinta determinatio, quòd Diabolus, sive ut incubus, sive ut succubus, pueros generare nullo modo potest: sed hujusmodi pueri, si inventi fuerint, vel suppositi pueri, vel phantastici existunt.

24. Et Johannes Fichardus consf. 111. Es ist unglaublich / lauter Gespenst und Träume / von der Weiber leiblichen Vermischungen mit den bösen Geistern; unangesehen / daß die Inquisitores hæreticæ pravitatis (ihres eygen Nutzens halben) und andere / solchen Unglauben / durch viel erdichter und unglaubwürdiger Exempel / wie dieselbigen in Malleo maleficarum, Formicario, auch obgedachten D. Grillando, und andern mehrn / so an dem Bapsthumb hangen / gefunden werden / hefftig gesterckt / und so viel als glaublich gemacht haben / auch wider alle Vernunfft und natürlichen Verstandt.

25. Nec ullus denique prudens advocatus, inter Veneficii articulos, talem concipere solet. Item wahr das N. mit dem Teuffel gebulet /

cùm prorſus nulla hac de re mentio fiat in cap. 44. conſtitut. Carolinæ. Von Anzeigung der Zauberey.

26. Non obſtat authoritas Auguſtini: Nam ut Cardanus de Variet. lib. 15. cap. 80. ſcribit: Meliùs feciſſet Auguſtinus, ſi à tam abſurdis narrationibus abſtinuiſſet.

27. Nec obſtat quoque allegatum cap. 6. v. 2. Geneſ. Nam filii Dei ibi non fuerunt angeli, ſed filii ſanctorum Patriarcharum, qui ad veram, & non ad Cainicam Eccleſiam pertinebant, & qui aliis honeſto vitæ exemplo prælucere debebant: hi videntes filias illas hominum, procreatas in Cainica Eccleſia, formoſas quidem, ſed impias, tunc libidinoſo amore accenſi, eò quòd eſſent admodum pulchræ, acceperunt ſibi uxores, ex omnibus quas elegerant, ideſt, non habita ratione vel pietatis, vel honeſtatis, vel affinitatis ex contractis matrimoniis jam ortæ: quæcunque oculis ipſorum placuiſſent, eas rapiebant ſub prætextu matrimonii, & quidem quot volebant, easque, furentes libidine (etiam reclamantibus ſanctis Patriarchis) dicebant uxores: & easdem repleta libidine, ubi faſtidium earum cepiſſent, iterum repudiabant, aliasque in harum locum ſibi jungebant, objecto Dei timore. Et ita miſcebant ſe impiorum familiis: qua occaſione facilè in Cainicam impietatem, & omnis generis ſcelera ſunt pertracti, ut D. Oſiander ibidem ſcribit.

Con-

28. Confiċta enim fuerunt omnia, quæ per artem Poëtæ antiquitus de deorum libidinibus tradiderunt, & quòd ex illis vel virginibus homines nati fuerunt: ſcripſerunt enim hoc vel per adulationem, ad magnorum virorum familias illuſtrandes; vel per pudorem, ad obſcuritatem generis, aut natalium turpitudinem tegendam; vel per timorem, ad ſtupra mulierum, aut adulteria celanda; vel etiam confiċta fuerunt hæc per artem ad libidinem quorundam expetendam, qui plerunque aut laſcivi fuerunt juvenes, aut ocioſi ſacerdotes, & forma & venuſtate mulierum templa frequentantium capti, ut Wierus de præſtigiis Dæmon. cap. 26. lib. 3. ait. Prout conſtat ex his duabus hiſtoriis.

29. Erat Romæ (ut Joſeph. antiq. Jud. lib. 18. cap. 4. inquit) Paulina, mulier non minus probitare morum, quàm natalium claritate illuſtris, adhæc opulenta & formoſa, ut quæ eſſet in ipſo ætatis flore, ſed inprimis ornata pudicitia. Nupta autem erat Saturnino, viro tali conjuge digniſſimo.

30. Hujus amore captus eſt Decius Mundus, juvenis non obſcurus in equeſtri ordine: & quia major erat fœmina, quàm quæ corrumpi poſſet muneribus, eò magis accendebatur amantis inſania, ita ut offerret ei pro unica noċte ducenta drachmarum millia.

31. Ac ne ſic quidem valens eam fleċtere, non ferens amoris impotentiam, decrevit

morbum simul & vitam finire inedia. Hoc ejus propositum non fefellit Iden, libertam Mundi paternam, variis instructam, sed non probatis artibus: quæ indignè ferens obstinationem Juvenis, blanda oratione conventum animare conata est, spem ei faciens, effecturam se, ut potiatur Paulinæ complexibus. Cumque ille preces ejus libenter acciperet, ait, sibi opus quinquaginta tantùm drachmarum millibus ad expugnandam mulieris pudicitiam. Ita refocillato Juvene, & accepta, quantam petierat, pecunia, novam doli viam ingressa est, videns Paulinam non capi pecuniis. Sciens porrò, eam vehementer addictam Isidis cultui, tale quiddam comminiscitur.

32. Conventis aliquot ex ejus Sacerdotibus, accepta fide silentii, &, quod efficacissimum est, ostentato præmio, in præsens 25. millibus, & alteris totidem post navatam operam, indicat eis amorem juvenis, rogans, ut omnibus modis adniterentur, eum reddere voti compotem. Illi, auri cupidine tacti, benigne sunt polliciti: quorum natu maximus properè se ad Paulinam contulit: & admissus, impetratoque absq; arbitris colloquio, venire se, ait, missum ab Anubide, capto ipsius forma, & jubente, ut ad se veniat. Illa libenti animo accepit nuncium: moxque jactabat se apud familiariter notas mulieres, quòd dignata sit amore Anubidis: marito quoque indicat, condictam sibi cœnam & cubile Anubidis. Id eò facilius concessum

cessum est, quòd cognita & probata esset viro conjugis pudicitia.

33. Itaque in templum proficiscitur, & post cœnam, instante somni tempore, inclusa per sacerdotem, tenebris conciliantibus, in latentem ibi Mundum incidit, totamque eam noctem obsecuta est juveni, Deo se gratificari existimans. Eo deinde abeunte, priusquàm sacerdotes doli conscii surgerent, Paulina mane ad maritum reversa, congressum cum Anubide prædicat, & idem apud amicas quoque magnificis verbis exaggerat. Illis nec credere libebat, rei naturam considerantibus: nec mirari tamen non poterant, ob insignem mulieris pudicitiam. Die deinde post rem patratam tertia, Mundus adamatæ fortè fortuna obvius: O factum benè! Paulina, inquit, quòd & ducenta illa millia mihi servasti, quæ potuisti tuis facultatibus addere, & morem nihilominus meæ voluntati gessisti. Nihil enim mea refert, quòd Mundum contempsisti, quandoquidem prætextu Anubidis optata voluntate expletus sum: atque his dictis abiit. At mulier, tùm primò deprehenso flagitio, vestem sibi lacerat, & re tota ad maritum delata, obsecrat, ne tàm insigne ludibrium impunitum sinat, maritus porrò Imperatori totum significat.

34. Tyberius, postquam accuratissima inquisitione didicit omnia, sacrificos illos impostores in crucem egit, unaque Iden, inventricem hujus sceleris, cujus præcipua opera fuit

in corrumpenda mulieris pudicitia: dirutoque templo, statuam Isidis jussit mergi in Tyberim. Mundum autem mitiore pœna exilii castigasse contentus est, crimen ejus in cupidinis impotentiam referens.

35. Eusebius non minùs notabile refert Saturni adulterium. Sacerdos Saturni, Tyrannus nomine, quasi ex responso numinis, adorantibus in templo nobilibus quibusque & primariis viris, quorum sibi matronæ ad libidinem placuissent, dicebat, Saturnum præcepisse, ut uxor sua pernoctaret in templo. Tùm is, qui audierat, gaudens, quòd uxor sua dignatione numinis vocaretur, exornatam comtius, insuper & donariis onustam, ne vacua scilicet repudiaretur, conjugem mittebat ad templum. In conspectu omnium conclusa intrinsecus matrona. Tyrannus clausis janius, & traditis clavibus, discedebat. Deinde facto silentio, per occultos meatus & subterraneos aditus, intra ipsum Saturni simulachrum patulis irrepebat cavernis. Erat autem simulachrum illud à tergo exesum, & parieti diligenter annexum. Ardentibusq; intra ædem luminibus, intentæ supplicantique mulieri vocem subitò per simulachrum æris concavi proferebat, ita ut pavore & gaudio infelix mulier trepidaret, quòd dignã se tanti Numinis putaret alloquio.

36. Posteaquàm verò, quæ libitum fuerat, vel ad consternationem majorem, vel ad libidinis incitamentum disseruisset Numen impurum,

rum, arte quadam linteolis obductis, repentè lumina extinguebantur universa. Tùm descendens, obstupefactæ & consternatæ mulierculæ, adulterii fucum prophanis commentationibus inferebat. Hæc cum per omnes miserorum matronas multò jam tempore gererentur, accidit, quandam pudicæ mentis fœminam horruisse facinus, & attentiùs designantem cognovisse vocem Tyranni, ac domum regressam viro de fraude sceleris indicasse. Ille de injuria conjugis, imò potiùs sua, ardentiùs inflammatus, inscriptum Tyrannum ad tormenta deducit. Quo convicto atque confesso, cæcisque fraudibus revelatis, pudor omnis & dedecus paganorum pervaserat domos, adulteris matribus, incestis patribus, liberis spuriis deprehensis. Hinc existimare possumus, ac dignoscere, quomodo matrona Romana fuerit à Marte compressa: cujusmodi multa Valerius Max. & alii historici referunt.

37. Fuit hæc fraus semper usitata sacrificis, ut hac de causa, simulachra deorum, ipsosque deos & comedere & bibere & coire, fingerent.

38. Non obstant deniq́ue Lamiarum confessiones. Nam phantasias esse & perversas imaginationes, quæ de Dæmoniaco concubitu narrant, verba earum ostendunt, dum fatentur, se à spectro quodam imprægnatas esse in thoro legitimo, & quidem maritis ignorãtibus, nec animadvertentibus. Item non opus esse naturale, nec ita se affici voluptate naturali,

quam si cum maritis coirent. Quapropter cum Dæmoniaci concubitus sint tantum illusiones, sequitur quoque confessiones earum ea de re esse erroneas, & nullius momenti.

CAPUT VI.

UTRUM LAMIÆ TEMPESTATES, PLUVIAS, TONITRUA, VENTOS IN AERE PRODUCERE POSSINT.

SUMMÆ.

1. *Multi existimant, Lamias posse excitare tempestates.*
2. *Ethnici quantum Lamiarum potentiæ tribuerint?*
3. *Ex sacris demonstratur; DEUM authorem esse tempestatum.*
4. *Venti sunt ministri Dei.*
5. *Procreatio grandinis, juxta doctrinam Physicorum, quomodo fiat?*
6. *Theophrasti Paracelsi sententia.*
7. *Objectiones.*
8. *Pauli Grillandi verba.*
9. *Diabolum absq; Dei permissione efficere nil posse, testatur Jobi historia.*
10. *Verba D. Osiandri.*
11. *Verba Tertulliani.*
12. *Diabolus, ex Dei permissione, planè tyrannicè in corpus & bona hominis sævit.*

13. Præ-

1. RESTAT, ut videamus, an Lamiæ ventos, pluvias, fulmina, tonitrua, aliasque aëris tempestates excitare queant? Et sanè maxima pars hominum, factam, ex gran-

grandine & procella, vini, frugum, naviumq; jacturam non divinitus immissam, sed à Lamiis excitatam credunt. Ideòque eas Vulcano simul mox esse consecrandas clamitant, suorum interea flagitiorum immemores, quasi ne vel aquæ leviter unquam turbatæ rei essent, sed ante tribunal Christi prorsus innocentes. Imò eò cæca hominum ratio pervenit, ut crediderit & scripserit:

2. Sagam, tanquam divinipotentem, posse cœlum deponere, terram suspendere, manes sublimare, sidera extinguere, tartarum ipsum illuminare, prout de Erychtone Arcade Saga in Lucano, & de Pamphila Thessala in Apulejo legimus.

3. Verùm nos, longè aliter ex sacrosancta Scriptura edocti, scimus, Jehovam ducem exercituum causam efficientem esse grandinum, procellarum & tempestatum Psalm. 29. Ezech. 39. vers. 34. Jerem. 15. vers. fin. Nunquid sunt in sculptilibus gentium, qui pluant, aut cœli possunt dare imbres, nisi tu volueris, nonne tu solus es Dominus Deus noster, quem expectavimus? Tu enim fecisti omnia hæc, id est, Tu immisisti nobis tempestates, siccitatem & sterilitatem, idque propter nostra peccata; tu rursus pluvias fœcundas dare, & famis malum à nobis arcere potes: quare ad tuam opem supplicem confugimus, ut Osiander ibidem loquitur: Non enim sentiendum, inquit, est, tempestates vel commodas vel incommodas, esse in

manu

manu hominum autDiabolorum,ſed Dominus eas dirigit, jam ad infligendas pœnas meritas, jam ad teſtandam paternam ſuam benevolentiam. Itaque ab ipſo ſolo tempeſtates commodæ ſunt petendæ. In lib.2.Moiſis c.9. legimus, à Deo Moſi mandatum eſſe, ut, extenſa manu ſuper univerſam Ægyptum, in homines & jumenta grandinem provocaret.

4. Et Job.28.Qui fecit ventis pondus,id eſt, qui modum ventis præſcribit, quantum ipſis ſævire liceat: ſunt enim miniſtri ejus & ſuæ voluntatis executores in hominum commodum ſive damnum. Undè & ventis Deus imperat, quemadmodum ſuo exemplo docuit Chriſtus,ſedans & ſtatim tranquillans turbatum ventis mare,& eos coërcens Matth.18. Et eodem cap. Job: Quando ſcilicet ponebat pluviis legem, ne frequentiores, aut denſiores, quàm oportet, decidant, & viam monſtrabat procellis ſonantibus, qua ire,quid proſternere illis liceat,quid non, ut D.Oſiander ibidem loquitur. Et Aggæi 2.ait Deus: Percuſſi vos carbunculo & robigine, & grandine omne opus manuum veſtrarum: nec tamen fuit ex vobis, qui ad me reverteretur, dicit Dominus.

5. Grandinem procreari, phyſici ſcribunt, quando è terra ſublevantur vapores humidi,& Solis calore in aëris medium, ubi nubes hærent, attracti ab aeris frigore in nubes coguntur condenſanturque, quibus à Solis calore diſſolutis, gignitur vel pluvia vel grando tempore

poreæſtivo. Pluvia non decidit, niſi rurſus ex aeris frigore coaleſcant guttæ: grando autem, ubi eo modo illæ concreſcunt dureſcuntque.

6. Theophraſtus Paracelſus de Maleficis cap. 4. ſcribit: Diabolum tempeſtates naturali etiam motu facere poſſe. Verba ejus ſunt: Quemadmodum videmus in terris varias ab hominibus artes inveniri, meteoricis generationibus non abſimiles. Nempè ut cœleſtes generationes fiunt in cœlo, ſic in terra quoque naturaliter meteorica quædam opera contingunt, & quidem per mineralia. Ut ſi ſalpetra cum aluminoſa ſubſtantia miſceatur in magna quantitate, & ſuper terram accendatur, priusquam integrè præparata ſint: tùm mixtum hoc in fumum aſſurgit ad mediam fermè regionem aeris, nubem in illa generans, quæ per ſe poſtmodum reſolvitur in guttas aqueas & meram pluviam. Simili modo impoſſibile fuerit cacodæmoni, materiam mineralium in montium cavernis locisque ſecretioribus congregare, & ibidem arte Vulcanica in tempeſtatum molitiones fabricari, quæ deinceps in turbines atque procellas erumpunt naturaliter. Et artes iſtæ plurimùm admirandæ ſunt, hominibusque non usque adeò notæ, ſed tamen naturales: quarum operationibus è ſpecu nonnunquam videre licet ventorum erumpentium, tantos impetus eo loco ſe conferentes, ad quem ex pacto licitati ſunt, ut valdè mirum ſit videntibus. Quando igitur ſimile quid contigerit,

exiſti-

existimandum est, cacodæmones artibus subtilissimis humanam experientiam excellentibus usos fuisse.

7. Sed objicit aliquis; si Deus est causa efficiens tempestatum & procellarum, quare Diabolo, & Veneficis, & Lamiis hæc adscribuntur? Quî fit, quod Constantinus, Constantius & Julianus Imperatores pœnam maleficis propterea decreverint? l. 6. Multi magicis artibus usi, elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant, & manibus accitis audent ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos, hos quoniam naturæ peregrini sunt, feralis pestis absumat. Et l. 4. nullis verò criminationibus implicanda sunt remedia, humanis quæsita corporibus, aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinisque lapidatione quaterentur.

8. Magis mihi certè placet Pauli Grillandi Jurisconsulti sententia de Sortilegiis quæst. 6. c. 17. ubi ait: Post hæc quæro; an isti malefici & Magi possint eorum arte & dæmonum suffragio inducere pluvias, grandines, fulgura, aut magna tonitrua? & etiam an possint, quando illa venerint, removere, & facere, ut cessent? & videtur dicendum, quòd non; quia ea, quæ de cœlo veniunt, & ad nos descendunt, divina dispositione proveniunt à corporibus cœlestibus vel ab aëre, mediante ordine quodam naturali dictorum corporum, & illorum con-

conjunctionum, secundum quod clarè demonstrant Astrologi. Tamen dicas, quòd isti possunt dæmonis industria inducere grandines & fulgura & è converso sic irruentia removere. Et ratio est, quia dæmones possunt elementa concutere, & inducere ventos, & pluvias, fulgura & grandines inducere, prout dicit textus in lib. 6. & 4. C. De Malefic. Hactenus Grillandus.

9. Ad has objectiones respondeo. Firmam ac indubitatam esse juris divini regulam, quam nullus sanæ mentis homo infringere potest, Diabolum ejusque asseclas absque voluntate Dei prorsus nihil efficere vel in actum deducere, permittente autem Domino facilimè celerrimèque omnia mala perpetrare posse. Cujus rei sufficiens testis est Jobi historia cap. 1. ibi: Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce universa, quæ habet, in manu tua sunt, tantum in eum non extendas manum tuam, id est, ipsius personæ nolo, ut aliquid mali inferas, familiam autem & facultates ejus, permitto tibi, ut affligas corporaliter, quantum potes, & voles.

10. D. Osiander ibidem, ubi ait: Ergò Satan nec facultatibus nostris damnum dare potest, nisi id Deus permiserit; & habent tentationes & afflictiones suos terminos, quos transilire Satanæ non licet. Deus autem adversa suis immittit, non ut perdat, sed ut eorum fidem probet.

11. Et eleganter asserit Tertullianus in lib. de

de fuga in persecutione : Nec, inquiens, in porcorum gregem Diaboli legio habuit potestatem, nisi cùm à Deo impetrasset, tantùm abest, ut in oves Dei habeat.

12. Nactus verò à Deo potestatem in corpus & bona hominis, planè tragicè omnia peragit, prout historiæ omnium temporum declarant, pluit igne cœlitùs, quo oves Job consumit : procellas impetuosissimas commovet, quibus convulsam ab imis sedibus domum diffringit ac diruit, & liberos opprimit.

13. Præcipua est enim Dæmonum in aëre potentia in quo circumvolitant & versantur. Hoc eis dominium tribuit Paulus, cùm Diabolum τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος vocat.

14. Cùm Brenno Duce Galli Asiam pervagati ad templum Delphicum diripiendum accederent, & incolarum alii hostium metu diffugerent, deserta statione, alii propugnaturi sedes suas & prohibituri direptionem templi quærerent, quid facto opus esset in tanta trepidatione, tamq; subita hostium irruptione? respondit Oraculum : se defensurum templum suum. Itaque dum accedunt Galli, mox terra continuis quassata motibus, ea parte maximè, qua Gallorum exercitus consistebat, contremiscit adeò ut & dehisceret alibi, ac subsideret in profundas voragines, plurimos absorbens, alibi in editos assurgeret tumulos, tonitrua percrepant frequentissima, fulgetra coruscant continua, maxima multitudo de cœlo tacta

R aut

aut flammis ustulata perit. Noctu sævissima hyems ingruit, nix densa castra operit, lapides ex disiectis ædificiis, turbinibus violentis in sublime evecti, rursusque præcipitati deorsum improvidos conterunt, ingentia fragmina à Parnasso abscissa devolutaque rapidissimo cursu non singulos binosvé, sed plures, prout multi in vicinia simul excubabant, obruunt. Peucerus de Divination. fol. 33.

15. Quod ad allegatam l. 6. attinet sciendum est: Legem illam loqui ex vulgari hominum sententia & Magorum opinione, qui à Satana ita sunt persuasi, quòd artibus suis turbare elementa possint. Sic enim verba legis sonant. Multi magicis artibus usi elementa turbare non dubitant, id est, certò sibi persuadent, se hoc efficere posse. At instas primò: Si elementa turbare non possunt, quare eos igitur lex capitaliter punit? Respondeo: Lex capitaliter eos punit, propterea quòd se totas Diabolo mancipârunt, ita in Satanæ spiritu immersi, ut nihil cum suo hero Satana quàm mortalium perniciem cogitent & machinentur: prout sonant verba textus. Et manibus accitis audent ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos. At instas denuò: Imò lex quarta, eodem titulo C. de Maleficis expressè dicit, eos posse tempestates removere & id efficere, ne segetibus officiant. Si itaque destruere maleficium possunt, ergò & inducere.

cere. Prout & Bartolus & Grillandus quoque ſtatuerunt.

16. Reſpondeo: Hæc lex quarta à Leone Imperatore Novell.65. non tantùm emendata, ſed prorſus antiquata eſt, nominans ibi hoc totum maleficorum miniſterium impoſturam & fallaciam. Admiratione itaque dignum, Bartolum, Grillandum & Bodinum Juriſconſultos, aliàs magnæ authoritatis, hæc non obſervaſſe. Sed objicis tertiò: Ergò fruſtra quoque leges duodecim tabularum pœnam ſtatuerunt contra eos, qui fruges excantarunt, ſi illi hoc præſtare non poſſunt?

17. Reſpondeo: Si legislatores duodecim tabul. cognitionem religionis Chriſtianæ habuiſſent, hanc certè legem non tuliſſent, quam ex libris veterum poëtarum conſcripſerunt.

18. Hinc Jacobus Spiegelius ibidem: Incredibile dictu eſt, inquiens, quàm variis ſuperſtitionibus hoc etiam tempore ruſtici ſecundum eorum incredulitatem vexentur à Satana, ut putent aliàs lac ademptum, aliàs fœtum, aliàs ſegetes, & univerſam agriculturæ rationem, non ad benedictionem Dei, in vera fide, ſed ad meras præſtigias referunt.

19. Rectè Seneca: Rudis hæc credebat antiquitas, & attrahi nubes cantibus & repelli, quorum nihil poſſe fieri, jam eſt palàm, ut hujus rei cauſa nullius philoſophi ſchola ſit adeunda.

20. Vera autem carmina & Veneficia, qui-

bus segetes pelliciuntur, atq; in agrum transferuntur, docet Cajus Furnius: qui è servitute liberatus, cùm in parvo admodum agello largiores multò fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas, in invidia erat magna, ceu fruges alienas pelliceret maleficiis. Quamobrem à Sp. Albino accusatus, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam & benè vestitam, ferramenta egregiè facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves saturos, posteà dixit: Maleficia mea, Quirites! hæc sunt: nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes, vigiliasque & sudores. Hic omnium sententiis, teste Livio, tandem absolutus fuit. At instas quartò: Tu tamen ipsemet superiùs cap. 7. de Venefic. scripsisti: Veneficas posse segetes suis Veneficiis perdere; & jam contrarium asseris: Nec Magos, Veneficas, multò minus Lamias posse tempestates excitare. Respondeo: Verum est scripsi, Veneficas posse tempestates & grandines segetibus ac vineis perniciosas excitare, sed addidi: Diabolo reverà expediente ea, quæ moliuntur.

21. Nam quando Dæmoni grandines ciendi potestatem facit Deus, tùm Maleficas instruit, ut quandoque silices post tergum in occidentem versus projiciant, aliquando ut arenam aquæ torrentis in aërem conjiciant, plerunque scopas in aquam intingant, cœlumque

versus

versus spargant, vel fossula facta & lotio infuso, vel aqua digitum moveant: subindè in olla porcorum pilos bulliant, nonnunquam trabes vel ligna in ripa transversè collocent, & alia id genus deliramenta efficiant: atque ut arctiùs eas Satan illaqueet, diem & horam sibi dictis rationibus notas præfigit. Cùm verò hæ successum vident, magis confirmantur, quasi eventus hic subsequatur ipsarum operationem. Hoc modo à Diabolo illuduntur Maleficę, quasi ipsarum existat opus, quòd Deo assentiente ipsum effecit dæmonium.

22. Eleganter Julius Scaliger lib. 16. de Subtil. exerc. 349. *Author fascini est malus Dæmon, non ut hominem faciat potentiorem, sed ut ipsum deciperet credulitate, atq; socium haberet tùm impietatis, tùm æterni exitii. Ipse igitur agit Dæmon: stultus ille ac vecors putat, suis se vocibus agere.* Nec enim statuendum, vesanarum mulierculaꝛum actioni obedire elementa, &, ad hàrum nutum, institutam à Deo naturalium rerum seriem impediri vel everti, quod haud dubiè contingeret, si harum arbitrio tempestates, pluviæ, grandines & fulmina inservirent, ut, quandocunque & quomodo hæ jubeant, eam sequantur : Et sic divina potentia ab humana voluntate superaretur, tanquam in servitutem redacta, ut pulchrè docet Hippocrates.

23. Sanè si Magi, Veneficæ vel Lamiæ hoc, quod fatentur, præstare possent, vix in generis humani sustentationem frumenta superessent,

imo nihil in rerum natura incorruptum permaneret: non opus quoque esset tanto apparatu bellico, tot militum caterua, tot equitum catafractorum turba, unica vetula hic omnipotentiam suam ostendet, quæ etiam contra perpetuum Christiani nominis hostem Turcam esset ableganda, ut à subsidii onere Germania semel liberetur.

24. At objicis ultimò: Diabolus docet eas istam artem, quid ergò impediet, quò minus ea, quæ perceperunt, quorumq; artem noverunt, in actum deducere & iis uti queant. Respondeo: Non nego, Diabolum Magos & Veneficas instruere in arte Magica & sortilegiis, quibus sæpè homines & jumenta interficiunt, aut aliàs damna inferunt: Sed hoc non concedo, eas tempestates & tonitrua excitare posse, interveniunt quidem, sed horum nihil efficere possunt. Alia est enim proprietas dæmonis, Dei spiritus ministratorii, alia terrestris hominis. Ille quidem ut spiritus in hominem se insinuare, eumque agitare potest, undè dæmoniacus, vel à dæmone obsessus dicitur homo: nequit tamen in dæmonem spiritum se vicissim ingerere homo terrestris, ut indè similiter nomen mutuetur, opereturque, ut Wierus de Lamiis libro tertio, capite decimo sexto scripsit. Sed audiamus Theologorum & aliorum de hac quæstione judicia & testimonia.

25. D. Heerbrandus, in disputatione sua de Magia Thesi quadragesima sexta, cum aliquot sequen-

ſequentibus ſic ſcribit : Cùm Diabolus poteſtas aëris dicatur & ſit, adeoq; princeps hujus mundi, Deo permittente, turbare aerem atque inficere poteſt, tempeſtates ciere. Cumque jam inſtare tempus videt, devinctos ſibi & conjuratos ſuos admonet Magos vel Sagas, ut illi carmina ſua expediant, hæ verò herbulas quaſdã certas coquant, ollulamque evertant. Cumque ſequatur effectus, grando & aliæ tempeſtates, illi ſuis incantationibus, murmure & herbularum coctione, tempeſtates ſe excitaſſe credunt, & ſibi perſuadent. Quæ cum cauſas in rerum natura & verbo Dei nullas habeant, ſuperſtitioſa, vana, impia adeoque ſacrilega eſſe ſciendum eſt.

26. D. Theodorus Beza in explicat. cap. 1. in Jobum verſ. 16. Cæterum oſtendit etiam hic locus, impuros illos Spiritus non temerè ab Apoſtolo vocari aeris principes, ſicuti ſuum illum Jovem horum Dæmonum principem Græci, & Latini multis propterea epithetis cognominârunt, νεφεληγερέτην, ἐρίγδουπον, fulguratorem, tonantem vocantes : qui tamen vel minimum quiddam in cœlo vel in terra movere, niſi Deo concedente, non poſſint : ſed Dominum quidem illorum opera, quoties ipſi libuit, in hujuſmodi excitandis tempeſtatibus uti, ipſos verò, donec in abyſſum mittantur, in aere & aliis mundi partibus verſantes, & nulla re magis quam omni rerum confuſione, & hominum præſertim exitio gaudentes, adde etiam omniũ

naturalium causarum, ad excitandas omnes ejus generis impressiones, requisitarum summè peritos, quam facilimè & quam libentissimè Deo concedenti vel etiam imperanti, suam in his rebus operam præstare constat, sagarum etiam & Magorum omnis generis adhibito interventu.

27. Et hanc quæstionem dudum quoq; decidit Concilium Bracarense in Lusitania, circa Annum CHRISTI DCXX. ubi ejusmodi fecit decretum: Si quis credit, quod aliquas immundas creaturas Diabolus fecerit, & tonitrua & fulgura & tempestates & siccitates Diabolus sua authoritate facit, sicut Priscillia dixit, Anathema sit.

28. Joannes Bodinus lib.2. de Dæmon. c. 8. scribit: Quanquam Sagæ ac potiùs Satanas, ipsis postulantibus, & Deo permittente, fruges interdum perdit, sed neq; omnes, neq; omniũ.

29. Ulricus Molitor de Lamiis c.7. Sig. quomodo igitur Maleficæ mulieres credunt & asserunt, se procreare tempestates? Ul. Ipsæ duntaxat, pro earundem stultitia, se talia facere credunt: & tamen sua credulitate decipiuntur. Sig. Ut quo? Ul. Nam cum Diabolus ex motu elementorum cognoscit mutationem aeris, & tempestates fieri debere: quas tamen ipse Diabolus, faciliùs & citiùs, quàm homo, præscire poterit: vel dum, divina permissione, aliqua plaga & peccatorum correctio super terram justo Dei judicio cadere debet, cujus correctionis ipse

ipſe executor eſt, tunc harum muliercularum mentes agitat, variiſque imbuit imaginibus & ſuggeſtione multiplici, quaſi ob invidiam in proximum, vel ad vindictam adverſus inimicum, ſint aerem turbaturæ, tempeſtates excitaturæ, & provocaturæ grandines.

30. D. Biermannus in diſputat. de Magicis actionib. Theſ. 49. Tempeſtates, grandines, fulgura, tonitrua certum eſt virtute cœli & elementorum excitari. Eſt tamen, quod Dæmones nonnunquam (Dei permiſſu) materiæ motum promoveant ac dirigant, disgregatas exhalationes cogant & ita componant, ut ſæviſſima ingraveſcat tempeſtas: quam ipſam etiam detorquent in exitium hominum & jumentorum, deturbationem ædificiorum, calamitatem agrorum. Eſt etiam, quod, nulla ſuppetente vaporum copia, aeris confractu fragorem, compulſuque nimbos concitent. An enim nobiliſſimum aerem turbare & per vim agitare integrum non eſſet his, quibus graviſſima corpora in altum ſubducere, & per aerem impetu auferre non eſt operoſum? Hinc non videtur præter omnem fidem eſſe, quod de Lappis & Finnis memoratur, qui ventos ſecundos pretio vendant nautis. Quorum in obſequio cum ſint Dæmones (maxima enim eſt in ſeptentrionalibus barbaries & idolomania) ſi res ad ſuperſtitionem confirmandam faciat, ipſi aerem haud difficulter à puppi impulerint. Atque adeò, cum prævident & ſignis prænotant Dæ-

Dæmones, quid poſſit natura, aut ſuis ipſorum viribus in aere geri, interpellant Magos, ut hæc illavé parent. Ubi ſuccedit eventus, de ſuo artificio hi gloriantur.

31. Cæterùm ut ſemel hunc librum & hoc caput finiam, ſi Chriſtianus tonitrua, grandines, fulmina & tempeſtates perceperit, hæc non dicet à Diabolo fieri, ſed à Deo proficiſci, ut cecinit David Pſalm. 29.

Erumpens cœlo Domini vox clara tonantis
Perſonat æthereas humentia culmina nubes:
Vires oſtentat Domini vox clara tonantis,
Spirat magnificum Domini vox clara tonantis,
Perfringit cedros Domini vox clara tonantis,
E Libano effringit Domini vox clara tonantis,
Flammas diffundit Domini vox clara tonantis,
Et deſerta quatit Domini vox clara tonantis.
Omnia dum paſſim Domini de voce fatiſcunt,
Laudibus è templo findunt pia pectora cœlos.

FINIS LIBRI SECUNDI.

JOHANNIS GEORGII GODELMANNI, JCti
LIBER TERTIUS,
QUOMODO CONTRA

MAGOS, VENEFICAS, ET LAMIAS PROCEDATUR.



NORIBERGÆ,
ANNO DOMINI

M. DC. LXXVI.

LIBRI TERTII,

CAN-

CANDIDO LECTORI
JOHANNES GEORGIUS GODELMAN D. S. D.

Multi hodiè imperiti Judices & Scabini Germaniæ, magis ex præscripto Joannis Bodini J. C. Galli, & opinione propria, quàm ex Legibus & constitutionibus Criminalibus Carolinis, in hoc delicti genere procedunt, & sine ullo discrimine, & legitimis præcedentibus indiciis, ex consuetudine quadam magis inveterata dementatas anus flammis horrendis objiciunt, & hac ratione conscientias eorum lædunt, se suosque in vitæ & bonorum periculum conjiciunt. Ut enim quondam, quum Ethnici adhuc grassarentur in Christianos, si quis accusabatur fidei in Christum, vulgus vociferabatur: *Ad Leonem*! ita his temporibus si quæ mulierculæ, quamvis honestæ, insimulentur tantùm incantationis aut Veneficii, clamare solent: *Ad ignem*! Quapropter cùm aliquoties Auditores mei post habitam disputationem de Magis, Veneficis

neficis & Lamiis Anno 1584. in hac Academia Urbis Rosarum, & remotæ quædam Germaniæ Civitates, prout ex adjuncta videbis epistola, petierint, ut in eorum gratiam, in hoc delicti genere, processum ordinarium, quem in intricata hac materia tutò sequi possent, conscriberem: Collegi tandem, post reditum meum ex Livonia & Polonia ad labores Academicos, quædam, rejectis somniis & absurdis, nec in jure fundatis opinionibus quorundam, ex ipsis fontibus legum & constitutionum Criminalium Caroli V. Imperatoris, & Ordinum Imperii, ad quas religiosè observandas Judices in toto Romano Imperio peculiari Jurejurando astrinxerunt. cap. 3. constitut. Carolinæ. Tuum erit, candide Lector, hoc meum studium, quod ad inquirendam veritatem confertur, boni consulere, & tuo amore & benevolentia me meosque complecti.

Copia

Copia
Eines fürnemen und gelahrten Herrn in Westphalen/ im Namen und von wegen der Stadt N. Schreiben / an
Johann Georg Gödelmann
der Rechten Doctoren / 2c.

Sub dato N. den 6. Maji. Anno 1587.

MEin freundlichen Dienst zuvor/ Ehrnvester / Hochgelahrter günstiger guter Freund/ihr werdet ohn Zweifel vor dieser Zeit vernommen haben/ welcher gestalt meine Herrn Bürgermeister und Raht dieser Stadt/vor zweyen und innerhalb Jahrs/ mit dem beschwerlichen Justitzwerck gegen die Hexen und Zauberinnen bemühet gewesen/und noch seyn. Als nun aber in solchen Processen/meine Herrn deß Rahts auf der eingezogenen / in und ausserhalb Peine gethane/und mit dem Tode bestätigte cōfession und besage (in Ansehung/ daß die Zauberey inter crimina excepta gezehlet / und difficillimæ probationis sey/

sey / darüber man wenig andere indicia haben mag) gegen andere mit gefänglicher Einziehung / und ferner auff ihrer Verleugnung zu peinlicher Frage verfahren / sonderlich / da solche Besage gehäuffet / und eine nicht allein von einer oder zweyen Hexen / sondern auch mehrern vor eine Zäuberschen beschüldigt und angegeben / auch die besagte Person also argwönig / daß man sich der besagten Missethat zu ihr versehen mögen : Die verdächtige Person auch / altem Herkommen nach / zu förderst ein Theil an Händen und Füssen gebunden / ein Theil auch ungebunden / aufs Wasser setzen lassen / und sich befunden / daß solche verdächtige Person oben geschwimmet / und / wie viel sie sich darumb bemühet / nicht zu Grunde gehen können. Da doch nach dem Lauff der Natur Omne grave feratur deorsum, auch da unschuldige Personen gleicher Gestalt auffs Wasser gebracht / wie dann mehr / dann an einem Ort darzu Unschüldige gekaufft / alsbald auch in Gegenwart der Hexen / zu Grunde gangen. Wird jetzo

von

von etlichen eingezogener Verwandten und Freunden solch Justitzwerck und Proceß controvertieret/ in zweyung gezogen/ und vorgegeben : Als soll solche der eingezogenen Hexen Besage/ da gleich zwo und mehr auff ein andere/ die ihnen dennoch mit Namen/ oder sonsten jeniger dergleichen anzeig nicht vorgehalten werden/ zustimmen/ indicium ad torturam sufficiens sine aliis indiciis nicht gebaren: Item es soll solche Besage kein Beweißthumb ersetzen/ ungeachtet/ dieselb in und ausserhalb Pein beschehen/ dabey auch die Hexen an dem peinlichen Gerichte und biß zum Todte verblieben : Auch etlichmal mit den Sagten confrontirt, wo fern nit auff solche Besage ihnen / den sagenden Personen/ nachmalige Pein angeleget/ und damit solche Besage erhalten hätten. So lassen sich auch etliche bedüncken/ als sol das Baden den Rechten zuwider seyn/ dieweil darin/ und sonderlich dem geistlichen Rechten / purgationes vulgares, per ferrum candens, aquam fervidam ac frigidam verbotten / wiewohl meine

Herrn deß Raths auß außgedeuten Baden oder Schwemmen kein indicium genommen / allein daß die Schüldigen dadurch etwas leichter zur Bekändtniß bewogen / so scheinet auch nicht geringer Unterscheid zu seyn zwischen der purgation, quæ per aquam frigidam fiebat, und in den canonibus verbotten ist / und diesem Baden / sintemal daselbst der unschuldig seyn wolt / oben auff dem Wasser contra naturæ ordinem schwemmen muste / uti purgationem per aquam frigidam describit Panormitanus, in c. sententiam in fine : Ne Cler. vel Monachi. In diesem Fall aber gegen den natürlichen Lauff die Schuldige oben schwemmen / und nicht mergiert werden können / und GOtt damit als ein Anzeig über menschlichen Verstand die Schüldigkeit andeutet. Wie auch bey dem Todtschlage geschicht / ubi corpus mortuum, coram homicida sanguinem mittere sæpiùs compertum, & pro sufficienti indicio ad torturam, jam dudum receptum est. Item / es soll den sagenden Personen

sonen nicht geglaubet werden / da sie bekennen und anzeigen / daß sie diese oder jene Personen auff ihren teufflischen Täntzen und Zusammenkünfften gesehen hätten / dann es solten solche Täntze und Zusam̃enkünfte nicht reverà geschehen / sondern dieselben vom Teuffel den Hexen eingebildet werden / nur Träume und Phantasey seyn / und da gleich die Täntze und Gesellschafft von den Hexen gehalten würden / so könte doch der Teuffel ein unschüldige Person auf solchen Täntzen repræsentieren. Derwegen wider Niemands auff solche Besage in Recht zuverfahren seyn soll. Wann nun ihr in der hohen Schul zu Rostock auch vor etlichen Jahren von den Hexen disputirt, und ohn Zweiffel hirin viel in dieser intricata materia gelesen und erfahren. Ist eines Erbarn Rahts an euch freundlich gesinnen und begehren / weil ihr zuvor treulich Consulendo in andern underschiedlichen Casibus dieser guten Stadt gedienet / ihr wöllet unbeschwert und mit hindansetzung ewer obligenden Geschäfften / auff alle obberührte

Puncten/ euer räthlich Bedencken / und wie man wider solche Hexen und Zauberschen de jure unverweißlich procedieren: Auch ob man durchaus in allen deß Frantzösischen Rechtsgelahrten D. Joannis Bodini Meynung in seinem Buch de Dæmonomania folgen kan/ außführlich und nach der Länge zuschicken. Daß solche Mühe und Arbeit danckbarlich erstattet werde/ will ich mir hinwiderumb angelegen seyn lassen. Hiemit in Schutz deß Allerhöchsten befohlen. Datum N. den 6. Maji. Anno 86.

Copia.
D. Johan Georg Gödelmans/
gegebener Antwort/ auf N. in Westphalen Schreiben/ ꝛc.

Ehrnhaffter / Wolgelahrter günstiger Herr und Freund/ E. G. Schreiben im Nahmen und von wegen eines Erbarn Raths daselbst/ hab ich von den Westphalischen Botten wol empfangen / und wolte dasselbige / wie von mir begehret wird/ gerne etwas weitläufftiger der Sachen Nothdurfft nach/ mit allen Umbständen / in angeregter

regter Malefitz Sachen beantworten. Weil ich aber diese Woche noch / mit Verleyhung göttlicher Hülff / verreysen muß / habe ich jetzo nur kürtzlich / mein einfältig Bedencken der Warheit und den Rechten gemäß / auf E. G. Schreiben / bey Zeigern zuschicken wöllen. Mit Erbietung / wofern ich mit götlicher Hülffe / frisch und gesund / widerumb zu den Meinen anlangen würde / daß alsdann ein außführlicher Tractat / was für ein Proceß mit den Zauberin zuhalten / wie und welcher gestalt sie auff ihre Bekundtniß zuverurtheilen / einem Erbarn Rath daselbst zukommen soll.

So viel die erste Frag betrifft. Ob nemblich ein Obrigkeit / auff der eingezogenen Hexen und Zauberinnen / in und ausserhalb der Pein / gethane Confession, die von ihnen besagte Person gefänglich einziehen / und ferner auff derselben Verleugnung peinlich fragen könne? Hierauff kan ich E. G. nicht für enthalten / daß die allgemeine beschriebene Rechten / und sonderlich weyland Kaysers Carls deß V. peinliche Halßgerichts Ordnung / darnach sich ein jeder Richter / gleich als nach einer Richtschnur in peinlichen Sachen verhalten muß / nach Inhalt deß 6. Articuls / vermögen: Daß Niemand gefänglich eingezogen werden kan / es seye dann derselbe einer Ubelthat durch gemeinen Leumuht berüchtiget / oder andere glaubwürdige Anzeigung oder Verdacht vorhanden. Item im 218. Articul: Es sollen auch die Obrigkeit keinen ohn vorgehend / berüchtig / bösen Leumuht und andere gnugsame Anzeigung angreiffen und ins Gefängniß legen / wie

dann in solchem Angrieff / etwa durch die Obrigkeit geschwindiglich und unbedächtiglich gehandlet wird / dadurch der Angegriffen an seinen Ehren Nachtheil erleydet.

Sine legitimis enim indiciis, fide dignis suspicionibus & diffamatione, ad capturam Judex procedere non potest, secundum Angelum Aretinum, in Tractatu Maleficiorum, in verbo: Fama publica. Imò secundum Marianum Soccinum in tract. de citat. in 2. Act. principal. num. 24. quæst. etiam plenè de delicto constare debet ante capturam. Est enim incarceratio species torturæ, & mortuus in carcere dicitur mortuus in cruciatu, Juxta Bald. in l. 2. C. de Episc. And. Sichardus magnus ille quondam Germanorum JC. in l. 2. C. de Act. & obligat. Ideoque in Legibus nostris appellatur mala mansio. l. 7. D. de pos. propter squalorem, frigus, tenebras, mediam, solitudinem & tentationes assiduas. Wesenb. cons. 44. Et quod Judex in causis criminalibus indistinctè non possit à captura incipere, indiciis non præcedentibus, tenet Mynf. Observ. cent. 5. obs. 69. ubi ait: Sanior tamen, magis pia & crebriùs recepta est eorum sententia, qui incarcerationem sive capturam tùm demum in criminalibus admittunt, quando priùs habita est informatio. Idem tradidit Lancellotus de officio Prætoris in caus. criminal. de captura num. 2. ubi ait: Captura regulariter

riter non fit in criminalibus, nisi præcedant judicia, etiam in crimine læsæ Majestatis.

Auß diesen angezogenen Rechtsgründen / ist zu ersehen / wie widerrechtlich / freventlich und tyrannisch / diejenige Richter handlen / welche offtermahls unschuldige Frawen / oder andere Personen / nur von wegen einer boßhafftigen Vettel / oder leichtfertigen Gesellen / falschen Wahn und Verleumbdung / nach altem Mißgebrauch / in so schändliche grausame böse Thürn / welche billich nicht Menschen Gefängniß / sondern deß Teuffels Marterbäncke möchten genennet werden / hinab werffen / da liegen die elende blöde Weiber im finstern / da der Engel der Finsterniß lieber und mächtiger ist / dann anderswo / machet sie ihm da mit Schrecken mehr unterthänig und zu eigen / dann sie zuvor waren / oder daß sie sich im Kercker (welches die Obrigkeit bey dem allerhöchsten Richter zu verantworten hat) selbst entleiben. Ja beredet und bedräwet in so einsamer Finsterniß auch offt die / so kein Hexen seynd / keine Gemeinschafft je mit ihnen gehabt / daß sie seine Genossen werden: Nach dem Teuffel kompt der Hencker mit seinē greulichē Folterzeug darzu. Welch Weib / wann sie das für Augen sihet / solte nicht darob erschrecken dermassen / daß sie nicht allein das bekennte / was sie wüste / oder meynte / daß sie begangen hätte / sondern auch / das ihr nie in den Sinn kommen wäre zuthun? Auf solche gezwungene / falsche / nichtige Urgicht / werden sie dann verurtheilt und hingerichtet / und wöllen lieber sterben / dann in solchem Gefängniß / welche nicht ein Straff / sondern

S 4 Custo-

Custodia seyn solte / vom Teuffel und Hencker so grewlich gepeiniget werden.

Es haben die Römische Kayser Gratianus Valent. und Theodosius löblich und wol verordnet/ in l.5.C.de Custodia Reorum, daß die Gefangenen / wofern sie der Missethat halben überzeuget/ schleunig hingerichtet / die Unschuldigen aber mit langwärender Gefängniß nicht sollen gemartert werden / Impp. verba sunt: De his,quos tenet carcer inclusos, id aperta definitione sancimus, ut aut convictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Uber das so hat auch der Kayser Justinianus in Authentica Hodie C.eod.tit.bey hoher Straf verbotten/daß man kein Weibsbild ins Gefängniß einiger Missethat halber legen solle.

Verba Impp.sunt:Sed si crimen gravissimum sit, de quo accusatur mulier, in monasterium vel asceterium mittatur, vel mulieribus tradatur, per quas custodiatur. Demnach sollen sich die Richter und Obrigkeit wol fürsehen / daß sie nicht leichtlich einem jeden Geschrey / so unter dem leichtfertigen / wanckelmüthigen Herz omnes umbgehet / glauben geben / und gleich also auf hören sagen zufahren / und die/ so für Zauberinnen außgeschrien/gefänglich einziehen/ sie haben denn alle Umstände gnugsam erfahren/ und seyn auf eine gewisse Spur gekommen/ sonst ist das Geschrey (wie auch der weise Heyd Quintilianus lib.5. cap.3. und 4. sagt) ein falsche ungegründte Red/die auß Boßheit und Mißgunst ihren Anfang gewinnet / und durch

gern

gern glauben zunimpt und gestärckt wird / welches auch dem Allerunschuldigsten durch List und Trug seiner Mißgünstigen widerfahren mag; denn der Teuffel/ als ein Lügner und Mörder / nur damit umbgehet/ daß offtermals die allerfrömbsten / stattlichste und fürnembste Geschlechter/in den Stätten und ausserhalb / mit solchem Laster mögen berüchtiget werden.

Daß auch das bloß neydisch Besagen solcher bösen Weiber nicht ein gnugsam Anzeigung seye/nicht allein zu der Captur oder gefänglicher Einziehung; sondern auch zu der Tortur und peinlicher Frag/ welche der Obrigkeit extremum remedium und ultimum refugium ad indagandam veritatem ist: solches ist gleichfals in hochgedachter Kayser Carl obberührter Halßgerichts Ordnung im 8.und 20. Articul heilsamlich und wol versehen; dann vermög derselben kein Richter jemand auf bloß Angeben und ohn gewisse Vermuthung peinlich fragen kan / sondern es müssen zuvor redliche Anzeigungen der Missethat vorhanden seyn.

Et communis omnium Doctorum sententia est. Nominationem rei in tormentis facere tantum indicium ad ulteriorem inquisitionem, &non ad torturam,multò minus ad condemnationem, etiam in criminibus exceptis, quale est Veneficium.Jul.Clarus in Pract.crim. q.21. nu.8.ubi ait: Sed quid in criminibus exceptis? Respondeo: quòd adhuc talis nominatio, alia præsumptione non concurrente, non est sufficiens indicium ad torturam,& Afflict.JC.Super

S 5 1.p.

1.p. Const. Regni Rubr.27. nu.34. scribit, quòd viderit per multos sapientes sic fuisse decisum in crimine læsæ Majestatis. Idem tradit Jacobus Menochius de Arbit. Judic. q.2. c. 5. casu 474.num.41. Laurentius Kirchovius Communium opinionum Cent.8.Conclus.54. Joannes Sichardus in l.10.C. de Testim. num.3. Dionysius Gothofredus in l.fin.C.de Accusat.

Denn es ein ungewiß/gefährlich und zweiffelhafftig Ding umb die peinliche Frag ist. Sintemal etliche von Natur so hart und listig / daß sie alle Pein verachten / und die Warheit auff keinerley Weiß / da sie zugleich in Stücken solten zerrissen werden / bekennen wöllen; hergegen aber viel von Natur so weich/ zart / blöd (sonderlich das weiblich Geschlecht/welches die Schrift ein schwach Werckzeug nennet) daß sie von wegen der grossen Hertzen-Angst und Marter fälschlich auff sich selbst/und andere unschüldige Leut bekennen und liegen / daran sie etwan die Tag ihres Lebens niemahls gedacht/ vielweniger volnbracht/wie hievon der fürtrefflich Jurist Ulpianus in l. 1. §. 23. D. de Quæstionibus, geschrieben.

D. Luther und Georg Lauterbeck schreiben von einer Historien/ die zu Metz geschehen. Daselbst ist ein reicher Kauffman gewesen / in dessen Abwesen der Hencker heimlich in sein Hauß kommen/ und sich in den Keller versteckt. Als nun auff den Abend/ die Fraw ihre Magd in den Keller schicket Wein zu holen/erwürget sie der Hencker. Da die Magd nicht wieder kompt/ schicket sie die Tochter hernach / zu sehen/

hen/wo die Magd geblieben/der begegnet eben also. Die Frau gehet endlich auch hienunter / diese wird gleicher Gestalt vom Bösewicht ermordet. Zu letzt nimt er auß dem Hause alles Silbergeschirr/ sampt der Baarschafft. Der Kauffmann als er zu Hauß gekommen/ und die elende traurige Gelegenheit für Augen gesehen / beklaget sich deß für einem Rath/ in Beysein des Henckers/ dieser gab für: Man wüste wol/wie uneinig der Kaufman mit seiner Frauen gelebet/derwegen nichts gläublichers / dann er selbst hätte diesen greulichen Mord begangen/ und spricht ferner: Wofern er solte unter meine Hand kommen / ich wolte ihme diß wol abfragen: Solche Red gab Ursach/daß der Kauffman alsbald ist eingezogen und torquiret worden / welchem der Hencker mit der Tortur so hefftig zugesetzt / daß er/ aus grosser Pein und Marter / bekandt / er hätte diese greuliche Mordthat begangen / und ist darauff gerichtet worden. Da nun die gantze Welt schläffet/ wachet der gerechte Richter auff / und kompt deß Henckers Mord gar wunderlich und also an den Tag/daß er einem Jüden einen von des Kaufmans Bechern versetzt / darauf sein Wapen gestochen gewesen/welches der Jüd also bald gekennet / und der Obrigkeit offenbaret / die den Ertzmörder auff sein Bekantnüß haben hinrichten lassen.

Im Ertzstifft Bremen/im Ampt Tegenhausen/ hat ein junger reicher Ehemann gewohnet / welcher seine Mutter/so noch ein junge Wittfraw gewesen/ bey sich gehabt / mit derselbigen hat sein Knecht gebulet / wie er sie dann auch beyde darüber betroffen

und

und hart gestraffet / auch vor Schande / zeitlicher und ewiger Straff gewarnet. Endlich begibt es sich / daß der Herr auß der Kirche zu Hauß kommt / und da er den Handel vermercket / eilet er nach der Kammer. In dem kompt der Knecht von der Kammer / und wie er den Herren sihet / läufft er nach der Thür / der Herr eylet ihm nach / und hawet ihm den Hut mit der Geissel von dem Kopf / er aber entläuft / und begibt sich zwölf Meil von dar in einen Dienst. Mitler Zeit / spricht deß Knechts Vatter den Herrn an / wo sein Sohn geblieben? der Herr erzehlet ihm den gantzen Handel und sagt: Sein Hut wär zwar vorhanden / ihme aber wär unbewust / wo sein Sohn sich jetzunder auffenthalte? Der Vatter lässet sich an dieser Antwort nicht genügen / sondern schöpffet auff ihn ein Argwohn / als wann er seinen Sohn hätte umbgebracht / verklagt ihn derowegen bey der Obrigkeit / die läst denselbigen alsobald gefänglich einziehen / und auff seine Verläugnung durch den Scharpffrichter hart peinigen. In der Pein sagt er / er hätte ihn umbgebracht / da man ihn ferner gefragt / wo er den Knecht gelassen / sagt er / er hätte ihn in einen Sack gestecket / und in die Weser geworffen. Nach der Pein aber hat er alles wieder verleugnet / biß endlich / daß er von newem wieder gemartert / hat er es abermahls bekändt und bey seiner Außsag geblieben. Als er nun auff der Wallstadt / von dem Prediger ermahnet worden / er solte die Warheit jetzunder vor aller Welt bekennen / sein Gewissen nicht beschweren / und sagen / ob ers gethan hätte oder nicht? nein / sagte er / jedoch was hilfft es?

ja /

ja / ja / ich habs gethan: darauf ist der unschuldige fromme Mann gerichtet worden. Es hat aber Gott der Allmächtige den Knecht hernach / wie auch den Vatter / greulich gestraffet.

Im Land zu Holstein hat der Eheteuffel zwischen zweyen Eheleuten eine solche Feindschaft angericht / daß die Mutter mit ihrem Sohn und Tochter bey sich beschlossen / in der folgenden Nacht / den Mann und ihren Vatter zuerwürgen. Als nun der Vatter solchen Handel vermerckt / macht er sich davon / gehet an den See / welcher nicht weit von seinem Hauß gelegen / daselbst legt er seine Kleider und Hut in einen Kahn / daß man ja nicht anders solte gedencken / als hätte er sich selbst erträncket / und begibt sich von dar in das Land zu Sachsen zu seinen Freunden: Mitlerweil als dieser Mañ nicht wieder kompt / und seine Kleiner an der See gefunden worden / die tägliche Uneinigkeit im Hauß auch bekant war / macht ihr die Obrigkeit desselben Orts die Gedancken / als wann die Mutter mit dem Sohn und Kindern ihn hätten umbs Leben gebracht / wurden darauff eingezogen / und bekandten in der Tortur / sie hätten ihren Vatter umbgebracht und ins Wasser geworffen. Auf solche ihre Bekandtnuß seynd sie gerichtet worden / allein die Tochter hat der Scharpffrichter loß gebetten. Für der Execution haben sie dem Prediger den gantzen Handel erzehlet / mit Vermeldung / daß sie an seinem Todt unschuldig / baten ihn / er wölle ihr Unschuld allererst nach ihrem Todt offenbaren / dann so es zuvor würde geschehen / befürchteten sie sich / daß sie

wider

wieder möchten gepeiniget werden/ dann sie könten solche Marter nicht außstehen / viel lieber wolten sie sterben. Diese beyde Historien erzehlet M. Samuel Meigerius Pastor zu Nortdorp in Holstein / de Panurgia Lamiarum lib.2. c.12.

Uber das so hilfft weniger dann nichts zu der Besagung / daß die Zauberin darauff sterben / und die Besagung mit dem Fewer bestärcken. Depositio enim rei supplicii tempore neminem onerat. Ulpianus l.3. §. 1. D. ad SC.Sylleian. ubi, si quis moriens dixisset, à servo vim mortis illatam esse sibi, dicendum est, non esse credendum Domino, si moriens hoc dixit, nisi potuerit & probari. Idem tradidit nobilis & clarissimus Saxoniæ JC.D.Joac. à Beust, præceptor meus in l.Admonendi 31. D. de Jurejurando, fol. mihi 539. ubi ait: Sola confessio moribundi non est sufficiens indicium ad torturam, etiamsi εὐχαριστία vel juramento suam confessionem confirmaverit. Et simul ibi opinionem Hippolyti de Marsiliis, qui scribit: Confessionem hanc indicium facere ad torturam, refutat. Sed hoc latiùs persequitur Anton. Gomezius Variar. Resol. T.3. c.13. num.16. Vide quoque Cyrillum Fulgeonium in Summa Criminali. De confes. §.2. fol. mihi 73. num. 1-4.

Dann wie gefährlich es sey / auff der Mißthäter Besagung mit dem Besagten peinlich zu procediren / bezeuget solches diese Geschicht / welche billich alle Richter für Augen haben sollen.

Ein Mörder ist auf eine Zeit zu einem Schuma-

cher

cher in eine Stadt kommen / und ein paar Schuhe von ihm begehret/als ihm aber der Schuster die begehrten Schuh ohn Geld nicht geben wöllen/ist der Bößwicht zornig darvon gangen/und mit Drauwung gesagt: Er wölle es ihm gedencken. Als hernacher derselbige wegen eines Mordts gegriffen/ und unter andern gefragt worden / wer ihm geholffen/hat er auf den Schuster bekandt. Worauff der Schuster alsbald eingezogen / auch so lange in der Pein gestreckt worden / biß daß er auß Schmertzen bekennen müssen/daß er den angezeigten Mordt hät mit volnbringen helffen/hierauf seynd sie beyde zum Todt verurtheilet worden. Der Mörder damit er seinen gefasten Neyd ins Werck volnbrächte / hat auf der Wallstatt den Richter gebeten/ er wolte den Schuster von ersten richten lassen / welches der Richter also gewilliget/ wie nun der Scharffrichter dem armen unschüldigen Mann / Arm und Bein entzwey gestossen/ hat der Mörder dem Nachrichter zugeschrien: Er solte still halten / und weiter an den Schuster kein Hand anlegen/denn er wäre unschuldig. Als er aber gefragt war von dem Richter/ was er den armen Mann geziehen / und so übel bey ihm gethan / und ihn unschüldiger Weiß also bezüchtiget / und dergestalt martern lassen / hat er lachend geantwortet: Er hätte ihn einmal umb ein paar Schuhe angesprochen / welches er ihm versagt/ dasselbige habe er ihme vergelten müssen.

An solchen und dergleichen Exempel sollen sich die Obrigkeit/denen das Schwerdt befohlen / spieglen / daß sie auff der Mißthäter Besagung niemand

mand plötzlich einziehen / peinlich fragen / viel weniger verdammen / sondern zuvor fleissig erkündigen und nachforschen / ob sich die Sache also in der Warheit verhalte oder nicht / darumb werden die Richter der unschuldigen Susanna billich von Daniel mit diesen Worten gestrafft: Seyd ihr von Israel solche Narren / daß ihr eine Tochter Israel verdammt / ehe ihr die Sache erforschet und gewiß werdet? Kehret wieder umb fürs Gericht.

Es geschicht offtermals / daß nicht allein solche ungerechte Richter für ihre Person schrecklich gestrafft werden / sondern kompt auch unterweiln / daß ein gantzes Land / ein Stadt oder Commun, eines solchen unbedächtigen Handels in Vergiessung unschuldiges Bluts / entgelten muß.

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa.

Das ist:

Menschen tödten ist ein grosse Sach /
Man bedenck sich wol / und thu gemach /

Dann es wachsen die Köpff nicht wieder / wie die Weyden / und ob gleich hierauf möcht gesagt werden: An einem Fuchs bricht man kein Wiltban / und es sey an solchen geringen Weibern nicht viel gelegen / daß man sich an ihnen hoch vergreiffen möchte. So will sich doch nicht anders gebühren / hierin zuverfahren / dann was dem Rechten gemäß ist. Und wird einmal dahin kommen / darvon die Alten in ihren gewöhnlichen Rhytmis den Richtern geprediget.

Judi-

Judicabit judices judex generalis,
Neq; quicquam poterit dignitas Papalis,
Sive sit Episcopus, sive Cardinalis,
Reus condemnabitur, nec dicetur Qualis.
Ibi nihil proderit quicquam allegare,
Neq; excipere, neq; replicare,
Nec ad Apostolicam sedem appellare,
Neq; codicillos Cæsaris citare,
Reus condemnabitur & dicetur quare.
Cogitate miseri, quid vel quales estis,
Quid in hoc judicio dicere potestis,
Hic non erit Codici locus, nec Digestis,
Idem erit Dominus, Judex, Actor, Testis.

Es sollen billich alle Richter und Regenten / damit sie sich destoweniger vergreiffen und irren / dem Proceß nachfolgen / welchen GOtt der Allmächtig selbst gehalten. Als Genesis am 3. Wuste GOtt wol / daß Adam gesündiget / denn was kan göttlicher Majestät verborgen seyn? Aber gleichwol wird Adam von GOtt zur Antwort citirt und gehöret. Da GOtt sprach: Adam! wo bist du? und Genesis am 4. fraget GOtt Cain den Mörder / wo ist dein Bruder Abel? Ungeacht / daß GOtt wuste / daß Cain ihn erschlagen. Item Genesis am 18. Da GOtt saget: Es ist ein Geschrey von Sodom und Gomorra für mich kommen / das ist groß/und ihre Sünde ist fast schwer / darumb will ich hinab fahren/und sehen/ob sie alles gethan haben / nach dem Geschrey/ das für mich kommen ist/ oder obs nicht also sey? Diß Exempel zeucht D. Luther seliger/ in Außlegung desselbigen Capitels/dahin / daß man

nicht freventlich und eilends urtheilen soll / sondern sich zuvor aller Ding erkunden / damit das Urtheil ja gewiß sey/und nicht fehlen könne.

Endlich sollen alle Richter und Regenten das herrlich rescriptum des Kaysers Constantini, welches er an seinen Stadthalter Catulinum in Africa auß Trier hat abgehen lassen / wann sie über Leib Leben/Ehr und Blut richten/fleissig betrachten. Qui sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, ut non prius capitalem in quempiam promat severamque sententiam, quàm in adulterii vel homicidii vel maleficii crimine, aut sua confessione, aut omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerunt dediti, in unum conspirante concordanteq; rei finem, convictus sit, & sic in objecto flagitio depræhensus, l. 17. C. de Pœnis. Derjenige/so ein Urtheil fällen will/soll diese Maß halten/daß er in peinlichen Sachen den Stab nicht breche/und die Endurtheil über einen ergehen lasse/ es sey dann / daß er deß Ehebruchs/ Todtschlags / oder sonst eines Lasters/durch sein eygen Bekantnüß oder der jenigen/ so derwegen peinlich gefragt werden / einzehlige Außsag/ dermassen überwunden / daß er die begangene Missethat selbst mit Bestand nicht läugnen kan.

Auff die ander Frag/ ob man die Hexen / wann sie nichts bekennen / altem Herkommen nach an Händ und Füssen binden und ins Wasser werffen könne? Und/so sie oben schwinnen/Zauberinnen; so sie aber zu Grund gehen / unschuldig seyn sollen?

Hier-

Hierauf antworte ich rund und teutsch/ daß solches ein widerrechtlicher und teuffelischer Gebrauch ist/ und ein Grewel für GOtt dem Allerhöchsten / daß auch seine göttliche Allmacht dadurch nicht weniger erzürnet werde/ als wann zuvor die Kinder durch das Fewr gangen seynd/welches Deut.am 18. verbotten. Und ist zubeklagen/daß dieselbige hin und wieder in Teutschland und anderen benachbarten Provincien eingerissen / dadurch viel unschuldige Leuthe umb Leib und Leben kommen/ dieweil solche furiosa probatio oder exploratio, wie dieselbige Franciscus Hottomannus præceptor meus in seinem Buch de Disputat:Feudali. c.44. nennet/ vorlängst/so wol von der Christlichen Kirchen / als von dem löblichen Kayser Lothario aufgehaben und verbotten worden. Und schreibet hievon ein alter fürnehmer uñ hochgelahrter Professor H.W. in der Universität Heydelberg / in seinem Christlichen Bedencken von der Zauberey / fol. mihi 194. vers. wie folget : Ja die Obrigkeit treiben selbst Zauberey bey diesem Gericht; zu erforschen / ob sie Zauberinnen seyn? haben etliche diesen Brauch/binden ihnen die rechte Hand an den lincken Fuß/ und die grosse Zehe / und die lincke Hand an den rechten Fuß/werffen sie also dreymal ins Wasser / schwimmen sie dann/so seynd sie Zauberinnen / gehen sie zu Grund oder sincken/so seynd sie es nicht. Welcher Geist hat euch das eingeben / lieben Herrn! oder in welcher Schule habt ihr das gelernet ? Eines Menschen Leibe/fürnemlich/wann ihm Händ und Füsse gebunden seynd/daß er sich nicht regen kan/ gehet zu

Boden / halten ihn die Kleider ein weile auf / so sincket er doch/wann die das Wasser durchdringet: Schwimmet ohn das ein solcher Leib / so hält ihn der Teuffel empor/auf daß er euch in ewerm falschen Wahn stercke / den Menschen umbbringe / eben so bald den Unschüldigen als den Schüldigen. Welchen Brauch / vermeynen etliche / die sich gelehrt düncken / zu verthädigen/als natürlich und recht: Sagen:der Teuffel/der die Hexen durch und durch eingenommen und besessen / mache sie leicht und schwimmend / als wann er Lufft wäre / sie füllete wie ein Blase oder Sackpfeiffe/ nicht ein Geist und ein unleiblich Wesen wäre. Lieber! warumb müssen sie eben also verschrenckt und nicht anders / und je an die grosse Zehe / und nicht an die Kleine gebunden / und dreymahl/nicht zwey oder vier mahl auffs Wasser geworffen werden? Ist meins Erachtens Teuffels-Gespenst und Betrug / der solchs bey uns und etlichen andern hat eingeführt/davon die alten Jüden / Griechen/Römer nichts gewust / sintemahl man in ihren Büchern nichts davon lieset/weder in der Bibel (fürnemlich Deut. 21.) noch bey andederen/die zwar solches als ein Miracel/insonderheit die Philosophi/nicht verschwiegen hätten.

In derselbigen Meynung ist auch gewesen Joannes Oldendorpius, Classe 7. De Actio, fol. mihi 1063. ubi scribit: Olim solebant se purgare suspecti de Crimine, aliàs duello cap. 2. de purgation. vulgari: aliàs aqua frigida, vel ferventе, in quam nudi imittebantur cap. ex tuarum de purgatione Canon, aliàs ferro candenti, ut vocat

vocat cap. fin. de purgat. vulgari: vel ignito, ut rectius in c. Mennam. 2. q. 5. Cùm autem istis cruciatuum afflictionibus Deus tentaretur, meritò fuerunt abrogatæ.

Gleicher Gestalt verwirfft auch Joannes Bodinus, de Dæmon. lib. 4. cap. 4. diese falsche Prob/ auf das höchst / da er also schreibt: Sapiens verò Judex ad consequendum veritatem omnes præsumptiones comportaturus est: modò ne id faciat, quòd multi Judices in Germania solent. Hi enim aut Magos alios conquirunt, ut per eos ad saltum cribri rescifcant, an reus sortes exerceat: aut puerulis templum adeuntibus novos calceos axungia suilla perunctos curant indui, ut Magæ inde nequeant egredi, nisi eis visum fuerit, qui pingues calceos ferunt: *Aut ambos pedes Sagæ & manus colligantes eam imponunt aquæ leniter, eamq; si saga fuerit, in fundo mergi non posse putant. Hac enim via Diabolus indicia, quæ sancta oportet servari, commutat in Scholam Magiæ.*

D. Johannes Ewich, ein fürtrefflicher Medicus zu Bremen / in seinem Tractatu von den Hexen fol. mihi 35. improbirt gleichsfals solche Alfantzerey / his verbis: Was ist dann diß ungewöhnlich Werck anders / dann eine Versuchung GOttes / oder ein teuffelisch Gespött / und einer sörglichen und ärgerlichen tragœdien Anfang? davon ein Schertzer lachende und diese Probiermeister beschimpffende gesagt / daß sie der Köch Weiß folgen. Dann wie diese die Cappaunen / so sie zur Mahlzeit bereiten / erst

erst mit Wasser reinigen / darnach braten: Also jene rüsten auch dem Moloch seine Gerichte und Brandopffer zu. Et fol. 41. Dieweil dann die wunderbare und abscheuliche der Hexen Wiedertauff solchen gewissen und festen Grund und demonstration nicht hat / ja denselben zuwider ist / und gereichet zu Versuchung göttlicher Allmacht (wie selbst Bapst Lucius der Dritte bekändt) so darff man nicht zweiffeln / daß sie nicht vom Doctor Sathan / oder von den Seinigen / als seynd Hencker / Peiniger / Gottlose / Abgötterer / falsche Christen / sophistische und heyllose Philosophi, aberwitzige Weißsager und dergleichen / erdacht und eingeführet sey: Die dann allesamt / was diesen Punct belangt / Diener und Täuffer des Satans seynd / nach dem und sie durch diese Wasserprob / eben als durch eine Tauff die / so vorhin vor Christen gehalten / und Christo durch das Sacrament der Kirchen als einverleibt gewesen / jetzt in Gegenwärtigkeit vieler Menschen dem Sathan (so viel an ihnen ist) zueignen / gleichwie vorzeiten die Molochiter ihre Kinder / durchs Fewer / Hactenus D. Ewichius.

Und kan alhier nicht statt haben die Consuetudo oder Gewonheit / so hin und wieder in benachbarten Fürstenthummen eingerissen / in Betrachtung daß dieselbige nicht durchauß kräfftig ist / wo nicht der algemeine consens an ihm selbst billich und recht ist / das ist nicht wider gute Ordnung; sondern mit gewissen und unfehlbaren Gründen und Ursachen verwahret / damit wir nicht Unbilligkeit und Unrecht einreissen lassen zu unserm eigen Verderben

derben und Unheil. Demnach sollen die Richter keiner Gewonheit leichtlich Raum und Statt geben / sondern dieselbige auff die Wagschale der Vernunfft legen / und die Ursach derselben fleissig betrachten. Dann so schreibt der Jurist Celsus in l. 39. D. de Legib. Quod non ratione introductum, sed errore primùm, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet. Was nicht auß gutem Bedencken eingeführet / sondern durch Irꝛthumb / nachmals durch den Gebrauch bestätigt / soll in gleichen Fällen nicht gelten.

Derowegen / weil solche Purgatio per aquam frigidam ein illegitima exploratio ist / darvon wir weder in Dei noch Cæsaris Codice lesen / wird dieselbige billich auch von allen löblichen Juristen Facultäten totius Germaniæ und anderswo verworffen.

Ein natürliche löbliche Inquisition war die / welche ein Italiänischer Fürst von Mantua / mit Nahmen Ferdinandus Gonzaga, gebrauchet. Unter etlichen war ein unbekandter Todtschläger / die läst er alle für sich kommen / heist ein jeden die Brust blössen / gehet darnach umbher / greifft eim jeden mit der Hand daran / kommet zu einem / dem zappelt und klopfft das Hertz für andern / zu dem spricht er / du hasts gethan. Der bekennet alsbald / dann das unruhige Gewissen machete ihm das Hertz unruhig. Solche Erforschung ist recht / hat Ursach in der Natur / wie auch König Salomon die beyden

Mütter/die umb das lebendige und umb das todte Kind zancketen/entscheidete. 1. Reg. 3.

Und dienet zur Sachen nicht / was von dem indicio homicidii wird angezogen. Dann ob wol Jacobus Menochius de Arbitrariis Jud. lib. 2. c. 3. C. 370. num. 16. der Meynung: Quod indicium sit verisimile ad torturam, in crimine homicidii, quando cadaver coram homicida emittit sanguinem: So seynd doch andere Rechtsgelehrten in contraria sententia: als Marsilius in Praxi. Crim. §. Diligenter, num. 81. und sonderlich der fürtreffliche Jurist Antonius Gomezius Varia. Resol. T. 3. c. 13. fol. mihi 562. ubi scribit: Sed salvo meliori judicio ego teneo contrarium, & nullo modo practicarem, quia hoc indicium est nobis incertissimum, & ex causis nobis incognitis & valde remotis, ideo non esset practicandum Item, quia tortura est actus gravissimi præjudicii, ex quo faciliter posset sequi mors, ideo in dubio sanctius esset, nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare, l. Absentem D. de Pœnis. Idem quia licet indicia sint arbitraria, tamen intelligo, quando jure probantur/ex aliqua extrinseca & nobis cognita præsumptione. Sed istud indicium de quo loquimur, nullo jure, vel causa, quæ juridicè concludat, nobis constat. Ergo non valet, nec ex eo reus veniret torquendus. Hactenus Gomezius. Zu dem geschicht auch dessen indicii keine Meldung in dem 33. Articul / von Anzeigung deß Mordts / in der pein-

peinlichen Halßgerichts Ordnung. Jedoch bin ich mit Josepho Mascardo. de Probat. vol. 2. Conclus. 867. num. 24. einig / quod indicium faciat, concurrente scilicet fama vel inimicitia rei, aliàs non: pro ut idem tradidit Jacobus Novell. Reg. 184. dieweil notorium, daß offtermahl der Leichnam geblutet/nach dem die nechsten Freund denselbigen beklaget/und der Thäter bereit sein wolverdienten Lohn vom Nachrichter empfangen.

Zum dritten / was das Reiten und Fahren der Hexen auf Böcken/Besem/Gabeln/Stecken nach dem Blocksberg oder Hewberg zum Wolleben und zum Tantz/deßgleichen auch von den leiblichen Vermischungen / so die böse Geister mit solchen Weibern vollnbringen sollen / anbelangt / achte ich nach meiner Einfalt darfür / daß es ein lauter Teufels-Gespenst/Triegerey / und Phantasey ist / nicht allein/dieweil es contra naturam corporis physici, also durch ein Rauchloch zufahren / das offt so enge ist / daß kaum ein Faust dardurch gehet / oder ein Katz dardurch kriechen mag; sondern weil ich auch sehe / daß viel trefflicher gelahrter Leut / von alten/und auch zu unsern Zeiten/der Meynung gewesen. Der Herr Philippus Melanchthon in libello de Anima fol. 95. schreibet hiervon also: Quartum genus somniorum est diabolicum, ut cùm veneficæ videntur sibi interesse conviviis ac ludis, cùm compertum sit, eas nunquam abiisse, sed dormientes gestu & clamore somnia conviviorum & saltationum significasse. Sæpè etiam diabolus spectra terribilia dormienti-

bus offert, ut de Cassio Parmensi scribit Valerius. Et hoc multis quoque argumentis demonstrat Joan. Franciscus Ponzinibius, eximius quondam Italiæ JC. in tractat. de Lamiis, num. 45. cum seqq. Stephanus Szegedinus in loc. com. theolog. de somniis. Hieron. Cardanus lib. 18. vers. Unguentum lamiarum, de subtilitat. & rursum lib. 15. cap. 80. de varietate rerum. Joan. Bapt. à Porta Neapol. lib. 2. magiæ naturalis cap. 26. & deniq; Johannes Fichardus Cons. 111. num. 4. Joan. Wierus lib. de præstigiis dæmonum 2. cap. 31. Idem sentiendum & dicendum de delusionibus Dæmoniaci concubitus. Nullo enim modo credendum est, ut Cassianus inquit, spirituales figuras cum fœminis naturaliter coire posse. In eadem sententia fuit quoque eximius Duacensis Jurisconsultus, Philippus Broideus in Historia Fori Romani Franc. Polleti in Corollario ad 11. caput fol. mihi 198. ubi scribit: Optarem equidem, ut majore cum pondere, & diligentiùs fierent anacrises Sagarum sive strygum, (quas vulgus à sortibus, ut puto, Sortiarias vocat) neque tàm faciles essent Judices ad credendum, tanquam vera, quæ quotidiè de illusionibus, & præstigiis dæmonum referuntur, adeò ut confessioni delirantis anus & malè sanæ de suis epulis, choreis nocturnis, consessoribus, & concubinis, statim non adhibeant fidem. Quid enim non comminiscuntur? Quasi hæc corporaliter, & re-

& reverà, non imaginariè, aut sensuum quadam fascinatione & in spiritu fiant.

Und kan alhier die objectio der jenigen nicht gelten/die da fürgeben: Hat der Teuffel können Christum in die Lufft und auff die Zinnen deß Tempels führen/Matth.4. Ergò, so könne er auch wohl solche Hexen auff den Blocksberg und anderswo führen/hierauff antwortet D Martinus Bucerus in lib.1.Samuelis, cap.28. also: Deus non permisit Satanæ, ut per carmina & incantationes Christum in ea loca, quæ memorata sunt, perduceret, sed Christus tentatus, sua sponte, non fascinatus, in illa profectus est, nostro omnium bono, quem per infirmitatem, per omnia similiter nobis tentari conveniebat, ut sic probatus nostræ infirmitati condoleret.

Dergleichen Fantasey ist auch/daß etliche glauben/daß die Hexen und Zauberer/in Katzen/Hunde und Wölff können verwandlet werden/denn daß solche Verenderung unmüglich sey/ist bereit in einem alten Concilio so zu Ancyra in Galatia, Anno Christi 308. unter dem Kayser Diocletiano gehalten/geschlossen worden. Verba decreti sunt: Wer glaubet/daß ein Wesen in ein bessers oder in ein ärgers könne verendert/oder ihm ein ander Form oder Gestalt gegeben werden/dann allein vom Schöpffer aller Ding/der ist ärger dann ein Heyd und Unglaubiger. Und soll diß offentlich von Predigern verkündiget werden/daß/wer solches glaubet/der hab den rechten Glauben verlohren/sey nicht GOttes sondern des Teuffels/an den er glaubet.

bet. So weit das Decret. Dieser Meynung war auch D. Luther/hielt gantz und gar nichts von dem Fahren/hielt sie für albere/ leichtfertige Leute / die es glaubten. Und daß man sagte/ die Hexen kommen etwan bey Nacht in eim Hauß zusammen in Katzen Gestalt / machen da ein Geschrey und ein Gebeisse/ und so wer unter sie sticht/ hawet/ oder wirfft / daß sie verwundet werden / so finde man dann in der Nachbarschafft verwundte Weiber/ die müssens ja gewesen seyn. Darauff antwortet er: Der Teufel hab sie daheim in ihren Bethen verwundt/ da sie gelegen und geträumet/ sie seyn dort in Katzen Gestalt. In Kaysers Maximilians des Ersten Hofe waren zween Edelleuthe / deren einer dem andern auß Feindschafft den Todt geschworen hatte. Der eine wird Nachtes in seim Bette erstochen / des andern Schwerdt blutig morgens gefunden/ hangende in der Scheiden für seinem Bette. Das waren zwo starcke / wichtige Anzeigungen / daß er es gethan hätte / nemlich / er war dessen Todt-Feind/ und sein Schwerdt blutig. Aber er kundte beweisen/ daß er die Nacht nicht auß seiner Herberge kommen war. Bekandte aber / es hätte ihm die Nacht geträumet/ daß er ihn ersteche. Da ist offenbar/ daß es der Teufel gethan hab / der kans gleicher Weise den Hexen thun.

Es halten viel hochgelahrte und fürnehme Leuthe dasjenige/ was von den Beerwölffen in Mitternächtigen Königreichen / Norwegen und Schweden/ wie auch in Liefland / erzehlet wird / für warhafftig. Daß aber auch solche Metamorphosis

ein

ein Gespenst und Alfantzerey des Teuffels sey / will ich allein deß Herrn Georgii Sabini testimonium luculentum & sufficiens anhero setzen : Man hälts alhier in Preussen (spricht Sabinus in dem Buch/darinn er die Fabeln Ovidii in Metamorphosi erkläret) darfür / daß etliche Menschen zu Wölffen sollen werden / und ist nicht lang / daß ein solcher gefangen / und Hertzog Albrecht in Preussen / Marggrafen zu Brandenburg ꝛc. von den Bawren zugeführet worden / als solte derselbige ihnen ihr Vieh zerrissen haben. Es war ein heßlicher Mensch / und nicht ungleich einem wilden Thier / sein Angesicht war voll Wunden / die er von den Hunden solte bekommen haben / nach dem er ein Beerwolff worden. Deß Hertzogen Räthe nach dem sie ihn derowegen angesprochen / gab er zur Antwort/ daß er zweymahl im Jahr pflege in einen Wolff verwandlet werden / erstlich umb Weihenacht/hernach umb S. Johannes. Zu diesen Zeiten müsse er in die Wildnüß unter die Wölff lauffen/ ehe er aber sein menschliche Gestalt verliere / und die Haar herfürkommen/ würde ihm gar angst und bang. Solches ist ihm anfänglich geglåubet wordē/ biß endlich/daß er ein lange geraume Zeit auff dem Schloß verwahret / und endlich befunden worden/ daß er niemahls in ein Beerwolff verwandlet worden / sondern allwegen sein menschliche Gestalt behalten hat/und setzt Sabinus hinzu/diß ist der Außgang dieser Fabel gewesen/dahero zusehen/ daß das jenige so von denn Beerwölffen erzehlet wird/lauter Fantasey ist/welche die Leut/so ihre fünf Sinn nicht

haben/

haben/sich vergebentlich einbilden. Hactenus Sabinus. Hierauß ist zu ersehen der grobe Jrꝛthumb Johannis Bodini, den er in seinem Buch de Dæmon. lib. 2. c. 6. setzet/ daß König Nebucadnezar zu Babel Dan. 4. warhafftig auß einem Menschen in einen Ochsen sey verwandlet worden. Cùm tamen textum prophetæ diligenter perlegentibus riteque considerantibus liquidò appareat, mutationem istius Regis factam esse οὐ κατὰ σῶμα verè & substantialiter, sed κατ' εἶδος φαινόμενον vel potius καθ' ὁμοιότητα, ut similis evaserit bestiis in sylvis hinc inde irrationabiliter currentibus. Nec enim textus inquit, eum factum esse bovem, aut aliud quoddam certo nomine insignitum animal: sed segregatum esse ab hominibus, & cum bobus, aut instar boum, herbas agri comedisse, quemadmodum in allegato Dan. 4. cap. Theologi nostri seculi unanimiter scribunt.

Endlich wird auch den Hexen zugeschrieben/daß sie böse unzeitige Wetter machen können: So doch Wetter-machen GOttes und keines Menschen Werck ist/ er sey so witzig und mächtig/als er wölle/ ich geschweige/daß ein alt/krafftloß/toll Weib/ solches solte vermögen. Es läst GOtt der allmächtig dem Teuffel seinem Scharffrichter bißweilen zu/ daß er etwan an einem Orth einen schädlichen Wind/Donner/erwecke/ welches ihm/als einem Geiste in der Lufft mächtig/in den wanckelbarn/unbeständigen meteoris nicht unmöglich ist/ doch nicht öffter/ nicht weiter/ nicht anders/dann ihm

GOtt

GOtt verhenckt / das Ziel steckt / und die Maß fürschreibet. Dessen wir ein klare Zeugnüß haben an Job/daß er das Hauß/ darin seine Kinder waren/ durch einen Sturmwind in Hauffen warff / und mit Fewr auß der Lufft seine Heerde sampt den Hirten verderbte. Darumb hat das Concilium Bracarense in Portugall circa Annum Christi 620. recht geschlossen / mit diesen Worten: Si quis credit, quod aliquas immundas creaturas Diabolus fecerit, & tonitrua & fulgura & tempestates & ficcitates Diabolus sua authoritate faciat, ficut Priscillianus dixit, Anathema sit.

Derentwegen kan kein Richter jemand auff solche Puncten peinigen/ vielweniger tödten / weil derselbigen mit keinem Wort in der peinlichen Halßgerichts-Ordnung gedacht wird/allein diß/wofern jemand mit Zauberey/Vieh und Menschen Schaden gethan/ oder getödtet/daß dieselbige Person/so es kundbar / mit dem Fewer gestraffet werde / ist demnach auff der Hexen und Zauberinnen Außsag gut acht zugeben / was für Warheit oder Phantasma zuhalten sey.

Und ist zu erbarmen / daß hin und wieder in Teutschland jährlich so viel hundert aberwitzige Weiber / die offtermahls zu Hauß weder zu beissen noch zu brechen haben / und in so grosser Sorg und Schwermuth sitzen / auch durch des Teuffels geschwinde Rhetorica eingenommen werden auf solche närrische und phantastische Bekändtnüß verbrandt werden/dann je mehr man ihr umbbringet/ je mehr ihr werden. Daß dem also sey / gibt die Erfahrung/

fahrung/ und ist die Ursache wol zuverstehen/ wann man des Teuffels Art betrachtet. Der weitberümbte Jurist Herr Andreas Alciatus von Meyland/ welcher vor viertzig Jahren gelebt/schreibet / daß ein Ketzermeister und Hexenbrenner habe in einem Bisthum am Welschen Gebürge über hundert Hexen verbrandt / und je mehr er verbrandte / je mehr ihrer wurden / daß letztlich die Bauren zur Wehr griffen/und den Hexenbrenner zwungen / daß er auffhören muste / und den Bischoff lassen Meister und Richter darin seyn. Der befraget sich Raths beym Alciato/ der rieht ihm/er solte gemach thun/es wären Leuthe mit verzückten Sinnen / die man billicher zum Artzt/dann zum Fewer solt führen.

Alhier beruffen sich etliche auffs Gesetz Mosis/ Exod.22. Du solt die Zauberinnen nicht leben lassen. So doch dieser Text nicht von diesen aberwitzigen Weibern / sondern von den jenigen/ die mit Zauberey und Gifft Menschen und Vieh tödten/ oder sonst Schaden zufügen/redet/und nach Außlegung Josephi und Septuaginta Interpretum zuverstehen ist.

Zum vierdten / was D. Bodini Buch de Dæmonomania Magorum anbelanget / ob wohl in demselbigen viel Nützlichs begriffen : Jedoch/ weil er kein discrimen Magorum, Veneficarum & Lamiarum hält / den ordentlichen Proceß in dieser Malefitz-Sachen verwirfft/und viel absurdas opiniones, wie solches an seinem Ort außführlich soll dargethan werden / eingeführet / bin ich der Meynung / daß kein Richter/weil derselbige die peinliche

Hals-

Halsgerichts-Ordnung weyland Käyser Carls deß V. und deß H. Reichs in acht haben muß/ seiner Meynung/ so viel den Proceß belanget/ mit gutem Gewissen folgen kan.

Darmit wil ich obberührte Puncten nur auff das einfältigst beantwort haben / doch E G. und eines jedern Verständigers rechtmässige Verbesserung allenthalben vorbehalten. Dann ich solches der Meynung nicht geschrieben/ als ob ich ein neuer Gesetzgeber der Obrigkeit ein gewisse Regel vorschreiben wolte / sondern daß ich ein Anleytung gebe / daß man in hac discordantia opinionum selbst erkenne/ welches die beste sey/ und nicht etwas annehme und anfange / das man nicht recht verstehet/ und wann es zum Urtheil kompt / dermassen procedire und verfahre/ daß einem hernachmahls gerewe/ und mit der That versuchen müsse / was der Poët wohlmeiniglich erinnert:

Judicii vindex tandem Deus extat iniqui.

Geben Rostock den 8. Martii
Anno 87.

LIBRI TERTII
CAPUT I.
AN IN CRIMINE VENEFICII SERVANDUS SIT PROCESSUS ORDINARIUS?

SUMMÆ.

1. *In nullo alio delicti genere Judex tàm facilè à tramite Justitiæ aberrare potest, ac in crimine veneficii.*
2. *Cautè agendum in criminalibus.*
3. *Deus est vindex Judicii iniqui.*
4. *Tragicus exitus Regis Gothorum Theodorici.*
5. *Laus Pomponii Attici.*
6. *Sanguinem innocentum de manu Judicum requiret altissimus.*
7. *Angeli Dei intersunt judiciis.*
8. *Consuetudo judicandi in Æthiopia.*
9. *Cognitio causarum criminalium apud Romanos solùm Consulibus competebat.*
10. *Pontifices hanc potestatem posteà labefactarunt.*
11. *Pontifices capite damnatos executioni subtraxerunt.*
12. *Pontifices sceleratis hominibus Ecclesiam pro asylo aperuerunt.*
13. *Occursus Pontificum sapè ductos ad supplicium servabat.*

14. Causa

14. *Causa criminales plebeis hominibus demandatæ.*
15. *Carolus V. cum statibus Imperii in constit. publicorum judiciorum absurdas consuetudines abrogavit.*
16. *Judex peritiores consulere debet.*
17. *Judex secundum leges judicare debet.*
18. *Judex debet habere duos sales scientia & conscientia.*
19. *Joannes Bodinus asserit, in crimine veneficii ordinariam viam accusationis teneri non oportere.*
20. *Communis est Dd. sententia, ordinarium processum etiam in hoc crimine observandum.*
21. *Explicatio legis 8. D. de Public. Judiciis.*
22. *Ordo exercendorum publicorum judiciorum in usu esse desiit.*
23. *Matthai Wesenbecii JC. laus.*
24. *Judicia criminalia redacta sunt ad formam civilium.*
25. *Judex non servans ordinem Juris pro privato habetur.*
26. *Judicis officium est, utramq; partem audire.*
27. *Dictum Seneca.*
28. *Consuetudo Alexandri Magni in dijudicandis causis capitalibus.*
29. *Distichon poëta.*
30. *Judex constitutionem Carolinam observare debet.*

1. CUm in nullius criminis cognitione & disquisitione adeò facillimè Judices à tramite Justitiæ, puniendo innocen-

tes & dimittendo nocentes, aberrare possint, ac in crimine veneficii:

2. Ideo cautè agendum est, quando de vita, existimatione & sanguine hominis (quibus rebus in orbe terrarum nihil est pretiosius) judicium ferendum est: ne Judices ex affectu, vel ignorantia, aut dubia conscientia, aliquid admittant, cujus ipsos posteà pœniteat, & verum experiantur, quod Poëta canit.

3. *Judicii vindex tandem DEUS extat iniqui.* Ignorantia enim judicis interitus & calamitas sæpè est innocentis.

4. Et tales socii plerunque testem conscientiam secum circumferunt, quæ tametsi, veluti cauterio usta, ad tempus securè conquiescit, tamen aliquando, idque in articulo mortis, tanquam è suavi somno excitata, instar mille testium erit, & graviùs affliget cor, quàm ulla laceratio corporis corpus cruciare potest. Idq; verissimum esse, inter alia exempla, etiam tragicus exitus Theodorici Gothorum regis Arriani abundè testatur. Nam cùm is Symachum & Boëtium, quia impedierant, ne Arrianis Ecclesiæ traderentur, interfici jussisset, hanc injustam crudelitatem hæc pœna secuta est: non multò post eorum necem, cùm cœnanti propositum esset in mensa grande caput piscis, visus est sibi cernere caput Symmachi horribili rictu, & flammeis oculis minitantis ipsi. Subitò igitur consternatus & tremens jussit se in lectum collocari, &, accersito medico Elpidio, narra-

narravit amicis terribilem illam Symmachi speciem conspectam, & in deploratione sceleris sui paulò post extinctus est.

5. Cicero Pomponium Atticum vel ob id quondam maximè laudabat, quòd ab eo nihil unquam viderit temerè fieri, præsertim in pronunciandis litibus: quanto hîc nos attentiores esse oportet Christianos, in Christiano sanguine aut capite judicando, ne quid temerè aut malitiosè in eum statuamus.

6. Cujus sanguinem de manu nostra requiret altissimus: huic enim reddenda est ratio administrati judicii. Hinc Josaphat rex Judæ, commendans Judicibus officium suum, videte, ait, quid sitis facturi, & mementote à vobis exerceri judicium Dei 2. Paralip. c. 19. Et in orientis partibus actores apprehendentes oram vestimenti eorum, quibus cum jure experturi sunt, dicere solent, Adeamus justitiam Dei.

7. Hebræi veteres affirmabant, interesse Angelos Dei judiciis.

8. Franciscus Alvarezius scribit, judices in Æthiopia insidentes subselliis, relinquere vacuas in editiore loco cathedras duodecim, & dicere, has sedes Angelorum esse.

Sanè cognitio causarum criminalium apud veteres Romanos, non nisi iis, qui merum imperium habuerunt, putâ consulibus, prætoribus, competebat: in cujus potestatis signum, securim cum fascibus virgarum lictores præferebant, ut testatur Fenestel. in libel. suo de

 Magi-

Magiſtrat. Roman.c.7. Exiſtimabant enim veteres Romani hac poteſtate diſciplinam publicam conſervari, eaque Majeſtatem imperii Romani maximè contineri, ideoque eam non niſi viris prudentibus & juſtis committendam eſſe.

10. Poſteà verò Eccleſiaſtici ad hanc poteſtatem labefactandam, & Imperium Romanum ſubvertendum, ut Nicolaus Vigelius in c. 1. conſt. crim. ſcribit, potentiæ ſuæ augendæ gratia aſſeruerunt, eam legibus divinis repugnare, hoc nimirum prætextu, quòd Deus non velit mortem peccatoris, ſed magis, ut vivat & convertatur.

11. Hinc diſputatio illa juris Pontificii orta eſt: An hominem ultimo ſuppicio afficere liceat? Hinc Clerici & monachi capite damnatos executioni ſubtraxerunt, ſuiſque monaſteriis incluſerunt: quorum temeritati conſt. Impp. Arcadii & Honorii obviatum eſt l. 6. C. de Epiſcop. audient.

12. Hinc etiam ſceleratis & facinoroſis hominibus aſylum in Eccleſia dederunt, & tàm perſonas, quàm loca Eccleſiaſtica à cognitione cauſarum criminalium exemerunt c. cum Eccleſia. De immunitate Eccleſiæ c. 2. §. ceſſent in Eccleſiis, eod. tit. num. 6.

13. Occurſus quoque Pontificum ſæpè ſervabat ductos ad ſupplicium. Jacobus Cujacius in d. l. 6. idque veſtalibus etiam erat conceſſum. Vide Alexan. ab Alexandro 5. Genial. 12. &

hodiè

hodiè ex communi opinione Cardinalibus. Clarus 5.sentent.§.fin.qu.98. v.ulterius quæro.

14. Qua sua hypocrisi hanc potestatem, & hoc merum Imperium adeò detestandum vulgò fecerunt, ii, qui nunc ex levi aliqua causa homines comburunt, ut Principes & Nobiles viros hujus suæ potestatis puduerit, causásque criminales meri imperii plebeis hominibus mandârint dijudicandas : hinc absurdissimæ consuetudines introductæ, & vel insontes cum sontibus damnati, vel sontes cum insontibus absoluti, prout judices vel severitatis vel clementiæ gratiam affectârunt.

15. Quam rem tandem Carolus V. Imperator cæterique Imperii ordines, ad suam curam revocantes, constitutiones publicorum judiciorum in Comitiis tùm Augustanis tùm Ratisbonensibus. Anno 1532. promulgârunt, atque eas religiosè observandas, judices cum suis Assessoribus ac ministris jurejurando peculiari astrinxerunt, & ad jus commune ejusque peritos consulendos remiserunt.

16. In dubiis namque & obscuris quæstionibus judex peritiores consulere jubetur. Nov. 113. §. 2. concordat c. 7. constitut. Carolinæ.

17. Et Judex secundùm leges judicare debet, nec audiendus est is, qui dicit, ex æquitate esse pronunciandum, quam quisque pro suo affectu adducere potest. Mynsing. cent. 6 observ. 97. num. 8. Nam cùm se & judicium suum præ-

præfert legibus, per hoc facit injuriam legib. §. oportet in Auth. de Judic.

18. Nisi fortè esset talis judex, qui haberet duos sales, conscientiæ & scientiæ. Joan. Sichardus in l. 1. C. de sent. ex brevic. recit. ubi ait: Si duo sales adfuerint, conscientiæ & scientiæ, tunc admittam, ut pro sua conscientia judicet: si autem non adsint, tunc judicium ipsius & conscientiam ejus, quæ est contraria legibus, habebo pro diabolica. His præmissis ad propositam quęstionem perveniamus: An in crimine Veneficii judex ordinarium processum admittere debeat?

19. Joannes Bodinus JC. de Dæmon. lib. 4. cap. 5. scribit: In causis criminalibus ac imprimis in veneficii & sortilegii crimine ordinariam accusationis viam teneri non oportere, sed potiùs veritatem quibuscunque modis indagandam esse, argumento l. 1. D. de Publicis judiciis, ubi Paulus scribit: Ordo exercendorum publicorum capitalium in usu esse desiit.

20. Sed juris est, adeoque omnium JConsultorum sentētia, processum ordinarium tàm in criminalibus, quàm civilibus servandum, & præcipuè in crimine veneficii, prout patet ex constitutione Carolina, & l. 16. C. de Pœnis. Ubi Imperator tradit hunc ordinem, quòd ad sententiæ executionem vel pœnæ irrogationem non perveniamus, nisi prius causa cognita, alias acta essent nulla. Inversio enim vel

præ-

præpoſteratio ordinis vel formæ facit actum nullum. Fichardus Conſ. 105. ubi vide.

21. Non obſtat l. 8. quam Bodinus adfert. Nam Paulus ibi de ſcrupuloſis ſolemnitatibus & veteribus judiciorum formulis loquitur, quæ hodiè ſunt ſublatæ.

22. Ordo enim exercendorum publicorum judiciorum, cujus Cicero pro Roſcio Amerino, pro Milone & aliis locis, Livius lib. 1. aliique meminerunt, in uſu eſſe deſiit.

23. Ut rectè notavit Weſenbecius, quem ſolida juris peritia, indefeſſum ſtudium, præcellens judicium, admiranda memoria, conſilii dexteritas, devota pietas, ſingularis beneficentia erga plurimos, majorem in modum ſuperſtitem & vivum nobis commendarunt, Jurisconſultus de tota Jurisprudentia optimè meritus, præceptor fideliſſimus, in Parat. D. de publ. jud. num 4.

24. Judicia enim Criminalia, perindè ut in civilibus, ad quorum formam hodiè penè ſunt redacta, cumprimis ordinanda, & totus proceſſus uſitato more conficiendus, Weſenb. inſt. de publ. jud. num. 10.

25. Judex enim non ſervans ordinem juris pro privato habetur, nec judicis nomine dignus, ſi non eſt in eo juſtitia, c. forus. §. Judex de verbo. ſig. Et juſtitia fieri dicitur, quando juris ordine ſervato proceditur, & litigatores cauſæ ſuæ merita explicantes, tàm in civili-

bus, quàm criminalibus patienter audiuntur l.9.cum Auth.seq.C.de Judiciis.

26. Judicis enim officium est, utramque partem benignè priùs audire, quàm judicare & condemnare, non præcipitare judicium, sed cuncta maturè rimari, neque ab executione incipere. Idque exemplo Dei, qui etsi notum haberet lapsum Adæ, tamen eum inauditum condemnare noluit, sed eum priùs vocavit & audivit. Genesis 3.vers. 3. capit. Deus omnipotens. 2.quæst.1.

27. Et Seneca in Medea piè dixit: Eum, qui statuit aliquid, parte inaudita altera, æquum licet statuat, haud tamen æquum esse. Sanè judices sæpenumerò tantam fidem calumniatoribus & delatoribus adhibent, ut delatus priùs supplicium ferat, quàm cognoscat, qua de causa supplicium inferatur, tantum abest, ut antè auditus, & causa legitimè cognita sit. Et quanquam in publicis judiciis ambæ partes sæpè solemniter audiantur, tamen etiam ibi ne auditus quidem non auditur, animo judicis vel favore accusatoris, vel invidia rei, vel somnolentia, vel rerum imperitia occupato.

28. Alexand. Magnus cùm in causis capitalibus sederet judex, accusatori alteram aurem occludebat: Rogatus, cur id faceret? Respondit: Alteram integram servo reo.

29. Unde illud distichon.

Cur geminas homini concessit Juppiter aures?
Possit ut hac læsis, illa patere reis.

Tutis-

30. Tutissimus itaque modus est, ut judex Constitut. Carolinas in omnibus sequatur & præ oculis habeat, hoc si fecerit, & illæsam habebit conscientiam, & tramites justitiæ non transgredietur, prout habetur, in c. 83. In allen peinlichen Gerichts-Händeln / sollen Richter und Schöpffen diese unsere Ordnung und Satzung gegenwertig haben / und darnach handlen / auch den Partheyen / so viel ihnen zu ihren Sachen noth ist / auff ihr Begehren / dieser unser Ordnung Unterrichtung geben / sich darnach wissen zu halten / also / daß sie durch Unwissenheit derselben nicht verkürtzt oder gefährt werden. Id est, volumus ut in omnibus caus. crimin. Judices & Scabini constitutiones has semper præ oculis habeant, litigantesque ex iis, ubi petierint, instruant, ne ignorantia harum in periculum aliquod incidant.

CAPUT II.

QUOMODO CONTRA MAGOS ET VENEFICAS PER VIAM ACCUSATIONIS PROCEDATUR?

SUMMÆ.

1. *In causis criminalibus quot modis procedatur?*
2. *In constitutione publici Judicii necesse est ante omnia, de accusatore quæri.*
3. *Accusatio quid?*

4. Ma-

1. IN causis criminalibus, **in peinlichen Sachen /** hodiè proceditur duobus modis, per viam accusationis, & inquisitionis c. 11. **Von Annehmung des Ubelthäters / so der Kläger Recht begehrt** & c. 6. **von Annehmung deß Ubelthäters / von der Obrigkeit und Ampts wegen.** Constitut. Carolinae Jul. Clar. in Pract. crim. lib. 5. q. 3. num. 1. Joan. Althus. in Jurisp. Rom. lib. 2. cap. 2.

2. In constitutione enim publici judicii, necesse est ante omnia, de accusatore quaeri, cùm sine eo judicium non procedat l. 7. D. de accus. l. 6. §. 2. Joan. 8. v. 11. Mulier, quis te accusat? Et Festus Actor. 25. vers. 16. Non est Romanis con-

consuetudo, quenquam morti dare, priusquam reus præsentes habeat accusatores, & locum defensioni accipiat super criminatione. Inde apud Romanos accusatori sex horæ, reo novem, legibus dabantur. Plinius 4. Epist. 9. Et Cicero, cùm iret in exilium: Ejicior, inquit, non solùm sine teste, sine judice, sine crimine: sed etiam sine accusatore, quasi graviùs esset sine accusatore, quàm sine judice ejici. Sine accusatore enim judicium criminale non procedit, ut nec civile, sine actore l. 62. D. de Judiciis, nisi cum ex fama publica, quæ loco accusatoris est, c. cum oporteat, Extr. eod. magistratus in delicti autorem, ut mox dicam, inquirit, quod olim per denunciationes fiebat.

3. Wesenbecius in Parat. D. de Accusat. n. 2. & 3. Est autem accusatio maleficii alicujus apud judicem delatio ad vindictam publicam solenniter facta.

4. Porrò quia hoc delictum inter excepta crimina refertur, ideo jus accusandi hîc habent, qui aliàs ad accusandum non admittantur l. 3. 4. C. de Malefic. & Mathem. & l. 7. 8. D. ad l. Jul. Majest. Lancellottus de officio prætoris, in causis crimin. § de Accus. num. 9.

5. Tenetur autem accusator crimen cum indiciis & argumentis suspicionis judici exponere, antequam reus custoditur, prout cavetur cap. 11. his verbis: So der Kläger die Obrigkeit oder Richter anrufft/jemand zu strengen/peinlichen Rechten / zu Gefängniß zu legen / so soll derselbige Anklä-

Ankläger die Ubelthat / und derselbigen redlichen Argwohn und Verdacht / die peinliche Straff auff ihn tragen / zuförderst ansagen / unangesehen / ob der Ankläger den Angeklagten auff sein Recht gefänglich einzulegen / oder sich bey dem Beklagten zu setzen / begehren und erbieten würde. Accusator magistratum interpellans, ut quis publico & pœnali judicio subdatur & vinciatur, debet initiò maleficium & legitimas suspiciones & præsumptiones, quæ publicam pœnam continent ac merentur, indicare, etiamsi reum actor pro suo jure comprehendi & includi in carcerem postulaverit, seque paribus vinculis obtulerit mancipandum.

6. Accusatione instituta, satisdationes quoque præstandæ sunt, non tantùm à parte rei, nisi carceribus coërceatur. l. prima, ubi Bartolus & Dd. de custod. reor. sed etiam à parte actoris, de prosequenda lite & injuria, si succubuerit resarcienda l. 3. C. de his, qui Accusat. l. 2. C. de exhibend. reis, quo nomine etiam carceribus detinetur, donec idoneè caveat. Angelus tractat. malefic. verbo ad querelam, etiam ex ordinatione nostra Carolina, prout cavetur. c. 12. his verbis: So bald der Angeklagte zu Gefängnuß angenommen ist / soll der Ankläger / oder sein Gewalthabender / mit seinem Leib verwahrt werden / biß er mit Bürgen / Caution, Bestand und Sicherung / die der Richter / mit sampt vier Schöpffen / nach Gelegenheit der Sachen / und Achtung beyder Personen für gnugsamb erkandt / gethan hat.

hat. Quamprimùm reus comprehensus seu vinctus est, accusator quoque seu ejus mandatarius custodiantur, donec fidejusserint, caverint, & satisdederint: eamque satisdationem prætor seu judex unà cum quatuor Scabinis juxta merita & conditionem causæ, ambarumque personarum rei & actoris sufficientem declaraverit. Idem quoque cap. decimoquarto cavetur hoc modo: Als lang und dieweil der Ankläger gemelte Bürgschafft nicht gehaben mag/ und doch dem strengen/peinlichen Rechten nachfolgen wolte: So soll er mit dem Beklagten biß nach Endung vorangezeigter redlicher Außführung in Gefängnuß oder Verwahrung / nach Gelegenheit der Person und Sachen/gehalten werden. Quamdiu accusator fidejussores habere ac satisdare nequit, nec minùs tamen publicum judicium prosequi intendit, tàm diu detineatur juxta conditionem & qualitatem suæ personæ captivus ac vinctus cum reo, donec controversia de satisdatione fuerit determinata & expedita.

7. Usitata enim quondam in crimen inscriptio obsolevit & in desuetudinem venit, seu ab aula, ut Dd. ajunt, recessit, idque ea potissimum ratione, ne metu propriæ salutis quis ab accusatione desistat, & sic sceleratissimi etiam impuniti relinquantur. Geil. de pace publ. lib. 1. cap. 9. n. 3.

8. Cæterum & litis quoque contestatio fieri debet, Bartol. in l. 1. §. 6. ff. ad Senatusc. Maximè

jure

jure Saxon. Gloss. Articul. 14. lib. 3. num. 3. v. Es seyen peinliche oder bürgerliche Klagen.

9. Recipiuntur etiam exceptiones ac defensiones, non æque juramenta. l. 1, 3. ubi gloss. & Dd. D. de jurejurand. nisi purgationis tot. tit. de purgat. Canon.

10. Probationes hîc, quoad condemnationem, debent esse liquidissimæ l. 16. C. de pœnis, & luce, sicuti dicitur, meridiana clariores l. fin. C. de probationibus, adeò, quod in civilibus plenè probat, id in criminalibus, præsertim capitalibus vix semiplenam probationem impleat. Decius cons. 175. n. 6. Wesenb. in addit. ad Schneid: Institutis de publicis judiciis n. 10.

11. Imò post conclusionem in causa atque adeò post ipsam sententiam defensionis hîc probatio recipitur. Lancellottus de officio Prętoris in princip. num. 3. Wesenbec. d. loco. Geil. lib. 1. de pace publica cap. 8.

12. Sed quæritur: An in crimine Veneficii admittatur procurator? Et respondetur, quod in causis criminalibus per procuratorem nec accusatio nec defensio permittatur l. 13. De publicis judic.

13. Ratio est: ne sententia fiat elusoria, quia condemnato procuratore, non posset contra eum, tanquam innocentem, executio fieri, & sic crimina manerent impunita, quod exemplo perniciosum foret. Deinde si procurator intervenire posset, nunquam comparerent Rei criminis, conscientia perpetrati sceleris territi,

riti, sed latebras & effugia quærerent, ut pœnam condignam delicto evitarent. Geil. lib. 1. de pace publica cap. 10. num. 2.

14. Planè si accusator vel reus præsens in judicio sit, per procuratorem verba facere non prohibetur art 88. Es soll in der Kläger und Antworter Willen stehen / ihren Redner auß den Schöpffen oder sonst zunehmen/oder ihm selbst zu reden. Accedit Jul. Clar. §. fin. q. 32. v. item quæro 16. ubi etiam additur distinctio, quòd si accusationi sit respondendum, vel aliis interrogationibus à judice factis, reus per se, non per procuratorem respondere debeat.

15.

Forma Libelli N. Anklägers / contra N. Angeklagte.

Durchleuchtiger Hochgeborner Fürst/ gnädiger Herr / für E. F. G. erscheinet der Edle und Ehrnveste N. Ankläger / gegen und wider N. Angeklagte/ mit Vorbehalt aller rechtlichen Woltthaten / insonderheit sich mit keinem überflüssigen Beweiß zu beladen: Und bringet nachfolgende Klage für/doch nit in Gestalt eines zierlichen Libells / sondern schlechter Erzehlungs-Weiß. Ob wol in den göttlichen unñ allgemeinen geschriebnen Rechten heilsamlich versehen/geordnet und gesetzt/ auch bey hoher Straf und Verliehrung Leib und Lebens verbotten/daß niemand Zauberey

gebrauchen/viel weniger Menschen und Viehe darmit Schaden zu thun / und dieselbigen zu tödten: So hat doch dessen ungeachtet/obgedachte N. Angeklagtin/den 9. Maji/ Anno 90. nicht allein Anklägers Sohn N. dermassen bezäubert/daß er in eine schwere/ übernatürliche Kranckheit eylends und unversehens gefallen/ und hernacher mit jämmerlichen und greulichen Schmertzen daran gestorben/ besondern auch seine Weyde/ Trifft und Wiesen/auf der Dummerßdörffer Feldmarckt/also durch ihre Zäuberey und Teuffelskunst vergifftet / daß N. Anklägers Viehe mehrer Theils darvon abgangen. Demnach bittet Ankläger unterthänig/die Angeklagte N. nach derselbigen erfolgter Antwort/ die Ankläger hiemit von ihr fordern thut/ Vermöge Käyser Carols deß Fünfften und deß heiligen Reichs peinlichen Gerichts-Ordnung/ peinlich zu straffen. Hierzu E. F. G. Hochadelich mildtrichterlich Ampt unterthänig anruffend.

16.

Forma litis contestationis N. Angeklagtin/ contra N. Anklägern.

Durchleuchtiger Hochgebohrner Fürst/ gnädiger Herr/ auff N. Anklägers contra N. Angeklagtin/ in puncto prætensi veneficii

neficii erscheinet Angeklagte N. hiemit gehorsamlich / behält ihr bevor alle rechtliche Wohlthat/damit angeklagtes Theil/ nicht allein in gemeinen geschriebenen Rechten / sondern auch nach allem üblichsten Gebrauch dieses E.F.G. Gerichts / befreyhet. Und weil ihr zweiffels ohne / auff etzlicher ihrer mißgünstigen nichtiges Angeben/ein vermeynte Zauberey/und darauß erfolgte vergifftige Tödtung und Mord will zugemessen werden / deren sie doch mit nichten geständig/auch in alle Ewigkeit dessen nicht kan überwiesen werden: Als thut sie N. Angeklagte / omnibus exceptionibus,tàm ante, quàm post litis contestationem,competentibus,nec non defensionibus salvis, hiemit litem negativè contestiren, & negat narrata, prout narrantur, ac ob id dicit petita,prout petuntur,fieri non debere. Mit unterthäniger Bitt / sie auff ihrer erfundenen Unschuld / mit endlicher Urtheil und Recht / sampt Erstattung deß aufgegangen Gerichts-Kosten und Schaden/ ledig erkennen/ E.F.G. Hochadelich mildrichterlich Ampt demüthig anruffend.

CAPUT. III.

QUOMODO CONTRA MAGOS ET VENEFICAS PER VIAM INQUISITIONIS PROCEDATUR.

SUMMÆ.

1. *Curia assumit informationes, ut delicta eò citiùs puniantur.*
2. *Judex tenetur reos inquirere, ne videatur cum ipsis colludere.*
3. *Inquisitio quid?*
4. *An inquisitio sit prohibita?*
5. *Inquisitio, non pracedentibus legitimis indiciis, nulla est.*
6. *Diffamatio precedere debet.*
7. *Consuetudo Scotia.*
8. *Fama à fide dignis venire debet.*
9. *Fama res veras & falsas nunciat.*
10. *Fama per duos testes probatur.*
11. *Testis deponens de fama, quomodo probet?*
12. *Testes nominare debent, à quibus diffamationem audiverunt.*
13. *Unus testis deponens de veneficio, facit indicium contra reum ad inquirendum.*
14. *Secundum indicium ad inquirendum oritur ex dicto socii criminis.*
15. *Tertium indicium.*
16. *Quartum indicium.*
17. *Quintum indicium.*

18. Ve-

1. PEr viam inquisitionis proceditur, quando curia assumit informationes contra delinquentes, ut delicta eò citiùs puniantur, sicque status Reipublicæ constans & illæsus permaneat.

2. Tenetur enim judex, ex debito officii sui, Veneficas & Magos, latrones & sceleratos, inquirere, & quæsitos punire, prout meruerint, ne videatur cum ipsis colludere, vel eorum dicta & facta approbare, l.2. ibi. Et si judex repertum non vindicat, tegere ut conscius criminosa festinat, C. de commer. & Mercator. Officium enim boni magistratus est, severè in sceleratos animadvertere & ditionem repur-

gare ab hominibus scelestis, publicam tranquillitatem perturbantibus, Rom. 13. Nam ubi omnia omnibus licent, ibi pessimè est consultum civibus.

3. Estque inquisitio criminis alicujus, per superiorem, præcedente à fide dignis & honestis fama communi, vel cùm de delicto ex indiciis præcedentibus aliquo modo constat, tàm contra absentem, quàm præsentem investigatio, cum descriptione circumstantiarum. Althusius in Jurispr. Rom. lib. 2. c. 2.

4. Existimant nonnulli, inquisitionem prohiberi per l. fi. C. de Accusat. Ego nihil dubito, eam regulariter permitti, per d. l. 13. D. de off. præsidis. Nam quòd ipsi distinguunt inter generalem inquisitionem, somnium est. Quomodo enim in genere aliquid pervestigabit magistratus, quod fructum afferat Reip. nisi perveniat tandem ad specialem inquisitionem adversus hunc vel illum.

5. Quod item dicunt, sine legitimis indiciis specialem inquisit. non procedere, id observandum est etiam in illa, quam ipsi vocant generalem. Nam nullus omninò potest in suspicionem adduci, nisi ex causa secundum juris definitionem verisimili, quæ cum adest, quilibet judex potest, sive dicas generaliter, sive specialiter, inquirere veritatem.

6. Porrò in quocunque casu, in quo judex, sive de jure communi, sive statutario, sive ex consuetudine, potest procedere ex officio ad inqui-

inquirendum, nunquam debet, neque poteſt à ſeipſo procedere ad inquirendum, ſive aſſumendas informationes, vel judicia ſpecialia contra aliquem, niſi aliquid præcedat, quod aperiat inquiſitioni viam, ſcilicet diffamatio, vel querela partis, vel denunciatio, vel hujusmodi quid; aliàs enim proceſſus eſſet ipſo jure nullus, etiamſi delictum foret exindè plenè probatum, ſecundum Julium Clarum receptarum ſententiarum, lib. 5. §. final. pract. crimin. quæſt. 5. n. 4. fol. 97. col. 2.

7. De conſuetudine Scotiæ, quæ Mediolani quoque eſt recepta, Magi & Veneficæ hac ratione inquiruntur: In templo eſt cavus truncus, in quem cuilibet permiſſum injicere chartulam, nomen Magi, rem geſtam, locum, tempus & teſtes exponentem. Hic truncus quindeno quoque die in præſentia judicis vel inſtigatoris aperitur, & poſtea clàm de iis, quorum deprehenſa fuerunt nomina, inquiritur. Sed hanc conſuetudinem, quæ nimis latam habenam concedit his, qui de ſalute ſua deſperârunt, & hac ratione bonos in diſcrimen adducunt, in medio relinquamus, & videamus, quid leges & conſtitutiones Imperatorum nobis præſcribant.

8. Primò itaque neceſſe eſt in hoc delicti genere, eum, contra quem inquiritur, de crimine Veneficii diffamatum eſſe: talis enim diffamatio loco accuſationis ſuccedit, quaſi videatur populus ipſe illum, ut reum criminis, judici

dici deferre. Et hæc est communis Dd. opinio Jul. Clar. in P. criminal. quæst. 6. num. 1. Wesenbecius in Paratit. D. de Accusat. num. 1. Ideoq; cauti advocati, in concipiendis articulis inquisitionalibus, inter alios quoque & hunc ponunt: Ob nicht wahr/ daß N. Angeklagte von den Leuten dieses Orths zu N. lange Zeit hero mit der Zauberey verdacht und berüchtiget gewesen / und für eine Zäuberinne / gleich wie auch ihre Mutter/ von N. und vielen Leuten gehalten. Veruntamen si sermoni communi & famæ hærendum est, eã non ab adversariis, sed ab hominibus fide dignis oportet nasci. c. qualiter & quando de Accusat. Et cap 25. Constitut. criminal. Doch soll solcher böser Leumuth nicht von Feinden oder leichtfertigen Leuten/ sondern von unpartheilichen/ redlichen Leuten kommen.

9. Hæc distinctio est necessaria, ut præripiatur improbis occasio appetendi bonos calumniis. Sic enim Poëta de fama scribit, inquiens:

> *Fama malum, quo non aliud velocius ullum,*
> *Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo.*

Et paulò post sub finem ejusdem descriptionis:

> *Tam ficti praviq; tenax quàm nuncia veri.*

Fama, inquit, non minus res fictas & planè falsas, quàm verè contingentes sæpenumerò hominibus annunciat.

10. Fama autem probatur per duos testes, cùm in ore duorum vel trium stet omne verbum,

bum, Deut. c. 17. Et hæc eſt communis DD. concluſio Jul. Clar. d. loco quæſt. 6. num. 12. Joſephus Maſcordus de probat. vol. 2. concluſion. 749. num. 1.

11. Ut autem teſtis deponens de fama probet, neceſſe eſt, ut dicat, quod audiverit hoc publicè dici, à majore parte populi ſeu hominum illius loci, in quo erat fama hunc eſſe Magum vel Veneficum. Philip. Dec. Conſ 37. n. 10. & ibi Carolus Molineus in verb. publice. Rol. à Valle Conſ. 54. num. 17. Laurentius Kirchovius, Præceptor meus, commun. opinio. Cent. 3. concluſion. 26.

12. Imò quòd amplius eſt, deponentes ſuper fama, ſi fuerint interrogati, nominare eos debent, à quibus audiverũt, id, de quo deponunt, eſſe publicam vocem & famam, aliàs non probant. Jul. Clar. d. loco, num. 16.

13. Unus quoque teſtis deponens de veneficio facit indicium contra reum ad inquirendum id eſt, quoad aſſumendas ſpecialiter contra eum informationes. Jul. Clar. d. quæſt. 21. num. 2. Et hoc appellat Baldus ibi indicium facti, quod ſcilicet dirigit judicem in viam perſcrutationis ad indagandum, an ille talis, qui ab eo nominatur, ſit reus illius delicti?

14. Secundum indicium ad ſpecialem inquiſitionem in crimine veneficii oritur ex teſtimonio ſocii criminis, Magi vel veneficæ. Jul. Clar. quæſt. 2. n. 8. vide l. c. 9.

15. Tertium indicium eſt ſuſpicio, nam in

hoc crimine ex sola suspicione proceditur ad inquisitionem, quamvis diffamatio non præcedat. Francis. Ponzinib. de Lamiis supra d. loco, num. 88. Existimo tamen, quòd ultra ipsam suspicionem adhuc requiratur diffamatio in hoc crimine, sicuti in aliis; aliàs daretur nimis lata habena inquisitoribus, si possent ex suo capite contra omnes inquirere, nulla diffamatione præcedente, sed ex sola suspicione tantum, quod nullo modo est dicendum.

16. Quartum indicium ad inquirendum est, si diffamata venefica nata est ex parentibus veneficis & Magis. Si enim Saga est mater, est etiam filia, juxta proverbium Germanicum: Das Bier schmecket nach dem Faß. Nam quòd in causa impudicitiæ dicitur, filiam esse matri persimilem, non semper verum est; de Magis verò omnibus ferè certissima est regula, ut ex innumeris indiciis compertum asserit Bodinus. Et huc spectat Catulli Distichon:

Nam magnus ex matre & gnato gignatur oportet,
Si vera est Persarum impia relligio,

Ideoque advocati etiam hunc articulum ponere solent: Ob nicht wahr/ daß der Angeklagtin N. Mutter mit gleicher Zäuberey umbgegangen/ auch von jederman in der Nachbarschafft für eine Zäuberin gehalten worden? Nullum enim est sacrificium, quod ab istis hominibus tantoperè Diabolus expetat, quàm ut suos, ipsorumque liberos, simul ac hauserunt lucem, ipsi voveant.

17. Quin-

17. Quintum indicium est inconstantia, titubatio & trepidatio veneficæ, pleræque enim vetulæ vultum desigunt humi, nec in os judicem audent aspicere.

18. Et vulgus putat, eos ex solo aspectu ideo cognosci posse, propterea quod pleræque vetulæ aliorum obtutum effingentes semiclausis oculis conniveant, ne per signa oculorum prodantur, & hoc indicium Bodinus non omninò contemnendum scribit. Potest enim judex ex vultu, aspectu, qualitate personæ, constantia, trepidatione, ex oculorum sermonisque indicio delinquentis conscientiam observare. Unde illud vulgatum:

Heu, quàm difficile est, crimen non prodere vultu.

Et Juvenal. Satyr. 1. in fine.

- - *rubet auditor, cui frigida mens est,*
Criminibus tacita, sudant præcordia, culpa.

Idem Satyr. 2.

- - *hunc ego satis*
Imputo, qui vultu morbum, incessuq; fatetur.

19. Mala enim Physiognomia arguit in genere malam naturam.

20. Hinc Cicero in oratione pro Roscio comœdo. Oro atque obsecro vos, qui nostis, vitam inter se utriusque conferte: qui non nostis, faciem utriusq; considerate: nonnè ipsum caput & supercilia penitùs abrasa olere malitiam & clamitare calliditatem videntur, nonnè ab imis unguibus usque ad verticem summum, (si quam conjecturam affert hominibus tacita

corpo-

corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciisque constare totus videtur, qui idcircò capite & superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur.

21. In Thuringia est oppidulum ad Orlam Neustad, ibi cùm scortum infantulum clàm editum occidisset, & in vicinam piscinam projecisset, fortè linteolum, in quod involutus fuit infans, prodidit factum. Res ad magistratum delata est, cumque homines simplices non scirent aliam commodiorem rationem investigandi sceleris, omnes puellas in curiam convocant, & singulas explorant. Facilè autem patuit indicium, tùm ex vultu, tùm etiam sermone, reliquas esse innocentes. Cum autem ventum esset ad eam, quæ tantum scelus patrârat, non expectavit ipsa, dum interrogaretur, sed magno clamore contendit, se non esse ream criminis. Statim oborta magistratui suspicio est, non vacare eam crimine, quòd ambitiosiùs quàm reliquæ se excusaret, ac à lictoribus arrepta statim cædem fassa est. Hujus generis infinita exempla quotidiè usu veniunt, ubi sollicitè excusando homines se accusant & produnt, ut Lutherus in c. 4. Gen. ait: Verum est enim, quod eodem c.4.v.4. scriptum extat: Si non benè egeris, ad fores peccatum cubat.

22. Et communis est DD. sententia, inconstantia, titubationem & trepidationem non facere indicium ad torturam, nisi alia concurrant indicia, sed ad ulteriorem inquisitionem

tan-

tantùm. Jul. Clar. quæst. 21. num. 38. ubi ait: Si essem judex, ex sola variatione non subjicerem reum torturæ, cum multi natura adeò sint timidi, ut si veniant in conspectum judicis, ita turbentur, ut nesciant, quid dicant, quamvis sint innocentissimi.

23. Sextum est inimicitia, quæ facit indicium ad inquirendum, & non ad torturam, ut est communis opinio. Antonius Gomezius c. 13. delect. num. 11. Grammat. consil. criminal. 3. num. 16. Nam cum Magi & veneficæ plerumque adversus inimicos scelera sua exerceant, diligenter pervestigandum est, an is, qui occisus aut fascinatus præsumitur, odium contra veneficam suspectam gesserit, singulaque ex venefica capita inimcitiarum inquirenda, ut rectè ait Bodinus lib. 4. cap. 1. fol. mihi 326.

24. Septimum est de patria veneficæ, & an non solum verterit. Solent enim tales de pago in pagum migrare, nisi bona certo in loco ipsas remorentur, explorandaque occasio, cur sedem mutaverint?

25. Quidam imperiti & sanguinarii judices per saltum cribri veneficas explorant, aut pueris templum adeuntibus novos calceos exungia suilla perunctos curant indui, aut res quasdam alias templorum liminio substernunt, ne veneficæ possint egredi.

Paulus Grillandus, Bodinus & inquisitores, validissimum signum cognoscendi veneficas, & hoc dicunt, quòd lachymas emittere non pos-

possunt. Sunt, qui referant stigmata quædam post aures, vel in anteriore frontis parte Sagarum: sed ea tamen haud omnibus apparere. Triscalanus quidam, recensente Bodino, dixit, Magis impressum esse signum, quasi vestigium leporis, cui quamvis ad ossa usq; indatur acus, locum tamen sensus expertem esse: & hoc indicio se plurimos Magos patefecisse. Et ex his indiciis desumptam præsumptionem esse firmissimam, & cum aliis sufficientem, ut procedatur ad condemnationem, Bodinus ait. Addit autem: Ego tamen, inquiens, cum Danæo sentio, principes quosque Magos carere signo, aut illud habere loco tàm abdito, ut eos per hoc detegi difficilimum sit. Nam à Valesco quodam nobili viro accepi, quosdam à Diabolo sub palpebrarum altera, quosdam ex uno ex labiis, quosdam in podice obsignari. Hæc ille.

27. Danæus putavit, Satanam iis tantum notam inurere, quos metuit pactum suum deserturos, aliis verò, quos constātes fore sperat, non item. In viris tamen notam ejusmodi apparere, ut plurimum in dextro humero, inter labia, in palpebris, nonnullis in sede, ut non facilè revelentur. In fœminis ad femur, sub axillis, aut in genitalibus.

28. Sed hæc indicia inania sunt, absurda & frivola. Ideoque rejicienda, nec admittenda, utpote legibus nostris contraria. Ita enim sonat Lex Carolina: Es soll auch auff der Anzeigen/ die auß der Zauberey oder andern Künsten warzusagen

sich

sich anmassen/niemands zu Gefängniß oder peinlicher Frage genommen / sondern dieselbigen angemasten Wahrsager und Ankläger sollen darumb gestrafft werden.

29. Sed ut tandem concludam: Semper in inquirendo dictum illud Augustini gravissimum prudens judex observabit 2. quæst. 1. Multi corriguntur, ut Petrus, multi tolerantur, ut Judas, multi nesciuntur, donec veniat Deus, qui illuminabit abscondita tenebrarum. De libello inquisitionis formando vide c.89. constitution. criminal. Carol.

CAPUT IV.

DE DEFENSIONE SEU PURGATIONE JURATORIA ET ARMATA.

SUMMÆ.

1. *Inquisitioni subveniant purgationes legitimæ.*
2. *Purgatio legitima quæ?*
3. *Purgationi legitimæ quando locus sit?*
4. *Purgatio duplex, juratoria & armata.*
5. *Defensio seu purgatio juratoria quæ dicatur?*
6. *Quamobrem purgatio juratoria, Canonica & legitima nominetur?*
7. *Compurgatores qui dicantur?*
8. *Legitima purgatio locum habet in omnibus criminibus.*
9. *Obtinet quoq; locum in causis fractæ pacis.*

10. Forma

10. *Forma juramenti purgationis.*
11. *Juramento præstito absolutio sequi debet.*
12. *Judicis inquisitionem ulteriorem hoc juramentum non impedit.*
13. *Juratoria purgatio locum quoq; habet in causis matrimonialibus.*
14. *Juratoria purgatio locum quoque habet in civilibus.*
15. *Septentrionales populi, Dani, Sueci & Holsati juratoria purgatione frequenter utuntur.*
16. *Purgatio juratoria locum quoq; habet in Feudalibus.*
17. *Sacramentum dicitur jusjurandum, item pecunia, quam litigantes in sacro deponebant.*
18. *Sacramentales qui dicantur.*
19. *De duello & defensione armata.*
20. *Duellum unde dicatur?*
21. *Duellum quid?*
22. *Duello usi sunt veteres in causis publicis.*
23. *Defensio armata locum quoq; obtinet in civilibus & criminalibus.*
24. *Exempla eorum, qui pro nuptiis puellarum regiarum certarunt.*
25. *Fabula Amadisica unde?*
26. *Constitutio Philippi Pulchri Galliæ Regis.*
27. *Forma duelli.*
28. *Jura duelli.*
29. *Defensio armata, quantum ad purgationem criminis, est prohibita.*
30. *Hottomannus duellum furiosum probationis genus nominat.*

31. *Lam-*

31. *Lamberti Danæi de Monomachia judicium.*
32. *An torneamenta vetita?*
33. *Principes in duello inter se confligere possunt.*

1. INquisitioni, ut exitum habeat, subveniunt defensiones seu purgationes. Ecce enim, si alicujus honesti & primarii civis vel nobilis uxor, de crimine veneficii simpliciter est diffamata, nec adsunt probationes sufficientes, (solent namque veneficæ sæpè ex mera invidia & instinctu patris Diaboli, qui nil nisi sanguinem innocentem Christianorum spirat, sponte vel in tortura confiteri, præcipuas in urbe, fuisse earum consocias) certè judex hic lupum tenet auribus. Condemnare enim non potest, quoniam jus vetat. Rursus absolvere statim tàm suspectum hominem, res fuerit mali exempli, & quæ illum ipsum quoq; ad delinquendum faciet audaciorem.

2. Quid igitur erit? Medium quoddam est Purgatio legitima, quæ est innocentiæ super objecto crimine veneficii, vel alterius, certis à jure inventis mediis, facta ostensio. Quando enim crimina sunt manifesta, tunc purgatio non admittitur, sed reus condemnandus est.

3. Nam purgationi tantum locus tunc est, quando neque accusator reperitur, neque sufficiens probatio. C. cum dilectus in fine. De purgat. Canonica. Julius Clarus. §. final. quæst. 63. num. 4. Sed hac in re singularis industria circumspecti judicis adhibenda est, ut cognoscat & exploret, utrum persona sit proterua,

 meti-

meticulosa, levis & temeraria? quia hæ qualitates personarum per judicem diligenter explorandæ sunt, antequam ad juramentum prorumpat, arg. l. 3. ibi tu magis scire potes D. de testibus.

4. Dividitur autem purgatio in juratoriam & armatam. Juratoria legitima sive Canonica purgatio est, quando diffamatus de crimine aliquo se peculiari juramento, in præsentia judicis & conjuratorum purgat.

5. Juratoria dicitur ad differentiam armatæ purgationis, quæ per duellum & singulare certamen suscipiebatur, ut mox dicam.

6. Canonica ideò dicitur, quia Canon eam adinvenit, tot. tit. de purgat. Canonica. Legitima ideò, quia legibus quoque & constitutionibus Imperatorum approbata est. l. 6. §. 4. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt. l. 6. C. de Procuratoribus. l. 3. C. de rebus credit. l. 21. vers. sin autem dicatur C. de fundo instructo. l. 26. in fine, C. de usuris. l. ult. §. 10. C. de jure deliberandi. l. 3. ff. de edendo.

7. Necesse est autem in juratoria purgatione, ut delatus apud magistratum adhibeat septem, vel pro qualitate rei pauciores, qui testimonium innocentiæ illius ideò præstare possint, quia & fide sint digni, & propter vicinitatem compertam habere possunt veritatem, c. ex duarum, &c. cum dilectus de purgat. Canonica Tum ipse suspectus jurabit, se non admisisse tale crimen, quod objicitur. Compurgatores

gatores autem jurabunt, se credere, quòd principalis jurans dicat veritatem, c. de testibus, &c. ult. de purgat. Canonica.

8. Porrò juratoria purgatio primò locum habet in omnibus criminibus, in hæresi, veneficio, adulterio, aliisque delictis. Daniel Venatorius in sua Analysi Pontificia, de purgatione vulgari, fol. mihi 1030. Jacobus Menochius de Arbitrariis judicum lib. 2. cent. 3. cas. 274. Jul. Clar. §. final. quæst. 63. num. 4.

9. De hoc quoque juramento purgationis in causa fractæ pacis, quid juris sit, videte pulchrè deß Reichs Abschiedt / Anno 1495. zu Wormbs auffgerichtet / sub rubr. Wenn die Thäter / 1. part. constitut. Imperator. mihi pag. 25. & Anno 1521. zu Wormbs auffgerichtet / in Ordnung deß Landfriedens / sub rubr. Wenn die Thäter deß Friedsbruchs nicht offenbar. 1. part. constitut. Imperator. mihi pag. 133. 1. col. & in 2. part. mihi pag. 46. im Landfriede / Anno 1548. zu Augspurg auffgerichtet / sub rubr. wie gegen denen / die deß Friedbruchs. & in 2. part. ord. Cam. Imper. Augustæ, Anno 55. prom. num. 10. ubi plenè statuitur, quomodo ad purgationem contra aliquem procedi debeat. Vide quoque Mynsinger. obs. 87. cent. 2. & Geil. obser. 106. lib. 2.

10. Formam autem juramenti purgationis ex subjecta sententia videre est: In Sachen angemaßter purgation zwischen dem Richter und Gericht zu A. contra B. ist zu Recht erkannt / möge und wölle gemelte B. ein Eyd zu GOtt und auf das

heilige Evangelium schweren / daß sie niemahls mit Zäuberey umbgegangen / auch dieselbige nicht zum Schaden und Untergang der Menschen oder Viehe gebraucht / das soll gehöret werden / und alßdann / sie thue das oder nicht / ferner ergehen / was recht ist.

11. Juramento præstito, absolutio sequi debet, & pro juramento tantisper præsumendum, donec postea, ordinaria actione instituta, de mendacio & perjurio convincatur.

12. Nam accusator ad probandum perjurium admittitur, quia juramentum purgationis est judiciale, quod purgationem in contrarium admittit, nec judicis inquisitionem de veritate posteà faciendam impedit, si fortè appareat falsa purgatio. Andreas Geil. Daniel Venatorius & Joannes Oldendorpius allegatis locis. Mynsinger. obs. 82. cent. 2.

13. Secundò hoc purgationis juramentum locum quoque habet in matrimonialibus causis, ut ecce, puella quæ ab aliquo stuprata est, fatetur, inter stupratorem & eam clàm contracta esse sponsalia, & affirmat stupratorem fidem dedisse, quòd velit eam ducere, spricht er habe ihr die Ehe zugesagt / & hoc dicit, se velle juramento confirmare, stuprator verò non quidem stuprum ipsum, sed tantum sponsalia clandestina negat, verleugnet nicht das Beyschlaffen / sondern die eheliche Zusage / & etiam offert se ad juramentum, sicut quotidiè in consistoriis accidit. Hîc quæstionis est, cui judex ex officio, in isto casu perpetrati stupri & prætensi matrimonii,

monii, possit vel debeat deferre juramentum purgationis, & respondetur, Stupratori, Didacus Covar. in suo tract. caus. nupt. cap. 4. §. 1. per text. in C. veniens, l. 2. & c. is qui fidem extr. de sponsalibus. Semper enim magis pro matrimonio, quàm contra præsumi debet, & in dubio conjectura capienda est, quòd cognoscens aliquam, cognoverit eam, tanquam futuram uxorem, non causa libidinis, quia actus dubius ita debet interpretari, ne ex eo resultet delictum per regulam l. 51. D. pro Socio. Præsumitur ergò potius facta copula, causa contrahendi matrimonium, quàm causa scortationis, sed quia in animo stupratoris consistit, qua mente eam cognoverit, ideo datur in ejus juramento, ut inquit Nevizan. in sua sylva nupt. lib. 2. n. 121. ubi pro hac sententia jura & authoritates allegat, ut ibi per eum. Huc accedit, quòd, sicut nemo præsumitur jactare vel projicere bona sua vulg. ita multò minus virgo censetur stupratori concessisse florem virginitatis decerpere, nisi fidem ipsi de matrimonio dedisset. Cùm ergò præsumptio sit contra stupratorem, meritò illi hoc juramentum officio judicis imponi debet, Joachim. à Beust in tract. de sponsalibus c. 47.

15. Tertiò hoc juramentum in civilibus quoque locum habet, all. l. 6. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt. Gloss. in l. admonendi in vers. exacto, & ibi Dd. D. de jurejurando, & in auth. novo jure C. de pœn. judic. qu. mal. ju-

dic. gloss. in l. 1. vers. non occidendi. C. ad l. Cornel. de sicar. Idem habetur quoque in constitut. Elect. Saxoniæ p. 1. c 22. Ob wol das juramentum purgationis fürnemlich in peinlichen und in Ehesachen / auß richterlichem Ampt / da es gleich nicht gebeten / dem Beklagten / wo eine rechtliche Verdacht wider ihnen außgeführet / kan aufferleget werden / so hat es doch Zweiffel / ob solches auß beweglichen Ursachen / auch in causis civilibus geschehen könne. Man hat sich aber verglichen / daß justa ex causa in civilibus solches juramentum ex officio ein Richter befügt seyn soll zu erkennen / als wenn der Kläger hätte eine grosse Verdacht bewiesen / und es weren grössere Ursachen / das juramentun purgatorium deñ suppletorium zu sprechen / so solte dem Beklagten dieser Eyd in solchen und dergleichen Fällen zuerkannt werden / dabey wir es auch bleiben lassen.

15. Hac juratoria defensione in causis tàm civilibus, quàm criminalibus frequenter hodiè septentrionales populi, Dani, Holsati, Sueci, ad lites celeriter dirimendas utuntur, & ita conceditur, ut vel solus is juret cui defertur, vel cum 6. 8. vel 12. compurgatoribus, qui ex alterius animi sententia & conscientia jurant, reum vera jurasse.

16. Quartò in feudalibus quoque defensio juratoria locum habet. Nam si quis dixerit, feudum ad se per successionem pertinere, asserendo, illud esse paternum, si aliis justis rationibus probare non potuerit, dabitur ei defensio

fio cum 12. Sacramentalibus c. unico. §. 2. in fine, si de investitu. Feudi controv. 5. fuerit in usibus feudo. Et hanc defensionem authores feudorum purgationem Sacramentalem vocant, quæ fiebat per Sacramentum, id est, per juramentum, ita enim Sacramentum ibidem accipitur, quemadmodum & in l. 8. C. de legatis, & in l. ult. D. de re milit.

17. Aliàs Sacramentum dicitur pecunia, quam litigantes in sacro solebant deponere, ut qui vinceret, suum Sacrumentum reciperet, victi ad ærarium perveniret. Varro lib. 4 de lingua Latina. Sex. Fest. lib. 17. & Borcholten de feudis cap. 2. num. 19. ubi ait: Ita frequenter apud Ciceronem accipitur, & inter cætera in illo eleganti joco ad Volumnium: Pugna, si me amas, nisi ridiculum παρὰ προσδοκίαν, nisi cætera, quæ sunt à me in secundo de Oratore per Anthonii personam disputata de ridiculis, ἄτεχνα & arguta apparebunt, ut Sacramento contendas meas non esse.

18. Et jurat reus, ut dixi, non solus, sed cum duodecim Sacramentalibus, id est, cognatis, vel adfinibus, vel clientulis, vel extraneis, qui rerum nostrarum instructi peritia, de probitate & religione nostra, ita confidunt, ut non dubitent, idem jurare, quod is, cui defensio incumbit, jurat, ut notavit Jacobus Cujacius dicto capite unico, de Feudis libro primo.

19. Hactenus de defensione juratoria di-

ctum est: nunc videamus, quæ sit defensio armata, quam scriptores duellum nominant.

20. Duellum autem veteri Latina lingua idem quod bellum erat, ut scribit Varro libro de lingua VI. ex eo, dictum, quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicetur.

21. Hinc illud Caji JC. l. quos nos, 274. de verb. signif. Quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles dicebant: Sed barbaricis temporibus, hoc est, post Gothorum eluviones depravata sermonis consuetudine, duellum pro duorum certamine, quam μονομαχίαν Græci vocant, usurpari cepit.

22. Hoc genere purgationis diu sunt usi veteres, tam in causis publicis, quam privatis criminalibus & civilibus. Jacob. Cujacius allegato loco. In causis publicis pro suis regibus singulare certamen invenit David & Goliath, 1. Samuel. 17. ubi Goliathus legem hanc nominatim dicit: Si ipse vincatur, Philistinos Israëlitis servituros: sin ipse vincat, dominaturos. Ejusmodi nobile illud certamen fuit Menelai & Paridis apud Hom. Iliad. γ. inter duas acies Græcorum & Trojanorum, universis hinc atq; hinc inspectantibus: nam inter Agamemnonem Græcorum & Priamum Trojanorum Reges lex pacta erat, ut si Paris vinceret, Helenam sibi haberet: sin Menelaus, eam Trojani redderent. Eadem Tergeminorum Horatiorum & Curiatiorum ratio fuit. Atque ea pactione inter utramque aciem commissi sunt, ut suæ quis-

quique Reipublicæ aleam ſubirent, utri utris ſine alterutrius populi internecione imperarent. Hinc Plautus in Amphitrione.

Deinde utriq; Imperatores in medium exeunt,
Extra turbam ordinum colloquuntur ſimul,
Convenit, victi utri ſint eo prælio,
Urbem, agrum, aras, focos dederent.

Ex eodem genere illud eſt, quod ſcribit Polyd. Verg. lib. hiſt. Angl. 7. inter Edmundum Anglorum, & Canutum Danorum Reges interceſſiſſe. Ratio, inquit, inita eſt, ut reges inter ſe ferro contenderent, & qui viciſſet, huic alter victus regni poſſeſſiones cederet. Inſpectantibus utriusque copiis atque acie utrinque ordinata datur ſignum, infeſtisque armis Reges concurrunt. Poſt diuturnum certamen convenit inter illos, ut regnum inter ſe æquis ex partibus dividerent. Item, illud, de quo Albertus Kranzius in Saxonia, lib. 1. cap. 4. inter Hundjugum Saxoniæ, & Roheum Daniæ Reges, qui ſpectantibus exercitibus duello dimicarunt, ea lege, ut qui viciſſet, Jutia terra potiretur. Ejusdem modi fuit illud apud eundem Kranzium, lib. Dan. 1. cap. 22. Inter Atiſſum Sueciæ, & Frowinum Jutiæ Reges, qui cum aliquandiu copiis omnibus ancipiti prælio decertaſſent, tandem cum in acie alter alteri occurriſſet, ſingulari certamine negotium inter ſe tranſegerunt.

23. Porrò defenſio hæc armata, locum quoque obtinebat in criminalibus & civilibus.

De criminibus pleni sunt Longobardorum libri. Imperator Fridericus II in tribus solis criminibus duellum permisit, in reliquis interdixit, læsæ majestatis, cædis & veneficii. Neap. const.l.2.tit. 33. Quod verò ad res civiles attinet, exemplum est de deposito abnegato, lib.2. tit.54. in l. si quis per scriptum: quæ tamen lex à Friderico II. abrogata est. Neapol. constitut. lib. 2. tit. 34. item, de venditione, vi aut metu exorta, l. sequent. item, de paterno debito, l. si quis post mortem: item, de re mobili vel immobili malo ordine possessa, in l. 2. tit. de præscription.

24. Quin etiam de regiarum & nobilium puellarum nuptiis complures historiæ extant apud Albertum Kranzium, veluti lib. Dan. 2. cap. 2. ubi Norwegiæ Rex filiam ei suam despondet, qui duello vicerit, & Norwegiæ l. 1. 22. ubi Starcuterus novem fratres duello pro Regis filia pugnantes interfecit.

25. Indeque fabularum Amadisicarum & aliarum consimilium argumenta sumpta videntur.

26. In Gallia lege Philippi Pulchri constitutum est, ne duello certare, nisi ob capitales accusationes, liceat: & eo demum casu, quo commissum facinus fuisse constat, cujus tamen probatio nulla extat. Verba constitutionis referuntur à Guido Papio decis. 617.

27. Forma duelli hæc erat: Primò à summo magistratu duelli inferendi potestas petebatur: deinde

deinde calumniæ juramentum præstabatur: tertio aderat judex tanquam præses duelli, qui in consilio suos assessores habuit: quartò pignoris loco ab utraque parte aliquid offerebatur, quantumvis leve illud fuerit: nam jure Gallico Chirothecam solam loco pignoris dari posse, pragmaticorum & historicorum omnium consensu constat. Atque hoc fidei pignus apud Germanos fuisse, sicut annulum apud Romanos, patet ex Speculo Saxonico lib.2.articul.2. Quintò de armis & telis, item, de campo, per utriusque amicos, singulos ab illis nominatos, quos Galli patronos nominant, conveniebatur. Saxo Grammat. lib. histor. Dan. 2. scribit, veterum duellorum institutum hoc fuisse, ut priusquam adversarii decertarent, constitueretur, utri priùs & quoties utrique feriendi potestas fieret. Non enim, inquit, antiquitus in edendis agonibus crebræ ictuum vicissitudines petebantur, sed erat cum intervallo temporis etiam feriendi distincta successio: rarisque sed atrocibus plagis certamina gerebantur, ut gloria potiùs percussionum magnitudini, quàm numero deferretur. Ubi in campum ventum est, alter alterum manu præhendit, atque iterum de calumnia in hæc verba jurant: Se solius Dei armorumque suorum præsidio, & æquitati causæ confidere, magicis omnibus artibus, ut libellis, herbis & lapillis repudiatis, legibus Langob. tit. 112. Ad extre-

extremum, silentio per præconem imperato, potestas eis decertandi permittitur.

28. Superest ut de jure videamus. Primum igitur, qui provocatus duellum detrectat, pro convicto & confesso habendus est. Nam apud Abbatem Ursperg. in hist. Henrici IV. cùm Eguino quidam mediocri loco natus Orthonem Bajoariæ Ducem apud Imper. læsæ majestatis accusasset, eumque ad duellum provocasset, quod Dux cum latrone, inquit, Primas cum ignobili congredi contemsit, majestatis damnatus, & Ducatu suo privatus est. Sic apud eund. in hist. Fridr. I. cum ambigeretur, an jus esset Imperatori, judicium capitis exercere in principes Germaniæ extra ipsius principis, qui reus factus esset, ditionem ac fines, extitit, qui pro Imperatoris jure sese ad duellum offerret, quia nemo conditionem accepit, secundùm Imperatorē pronunciatum est. Alterum jus est, ut qui ex vadatis sive adversariis ad diē duello constitutam non affuerit, & vadimonium non deseruerit, pro confesso & convicto damnetur. Tertium jus est, ut si in pugna satisfactum Regi videatur, tùm si jus sit, finem pugnæ per præconem indicere. Quartum jus est, ut qui duello superabitur, eo supplicii genere afficiatur, quo, si judicum sententia damnatus fuisset, legibus afficiendus ac mulctandus esset. Quintum jus est, ut procurator, qui vincere non potuerit, pœna legibus imposita calumniatoribus afficiatur, Lomb. l. 1. t. 1. l. si quis qualemcunque, 7.

in illis

in illis verbis. Et si probare non potuerit, & cognoscatur dolo se amisisse, tunc guidrigilt suum componat, medietatem Regi & medietatem ei, cui crimen injecit. Franc. Hotom. de disp. feudali c.45.

29. Sed tandem quæritur, utrum defensio hæc armata hodiè indifferenter sit sublata? Resp. quantum ad probationem rei occultæ, vel purgationem criminis defensio armata de sententia Theologorum & Jurisconsultorum est prohibita, quia per eam multoties condemnatur absolvendus, & Deus tentari videtur, tot. tit. Extr. de purg. vulg. & ibi Canonistę. Cagnolus de Reg. Juris n. 17. Joan. Oldendorp. de sup. allegato loco.

30. Franc. Hotom. de loco, ubi furiosum probationis genus duellum nominat. Venatorius Extr. de purgat. vulgari. Wesenbec. de feud. c. 17. n. 13.

31. Lambert. Dan. de Monomachia in Ethica sua Christiana, lib. 2, c. 13. sic scribit: Quæsitum est de Monomachia sive duello, utrum, qui ex consensu principis duello pugnat, & adversarium occidit, non pertineat ad hoc præceptum? Et certum est pertinere, neque propter principis concessionem excusari; quia hæc non est justa, & à Deo concessa litium & controversiarum nostrarum finiendarum ratio, neque etiam nostræ innocentiæ probatio, cùm in duello possit adversarium superare, qui re ipsa, & coram DEO reus est, can. Monomach.

mach.2.qu.4. multò igitur minus, qui ſine decreto principis pugnat, excuſatur ab hoc præcepto. P. Martyr in 1. Sam. Bernhard. Epiſt. 39.

32. Imò & ipſa vetita ſunt torneamenta, quæ tamen non ita ſunt periculoſa, & fato ſubjecta, c.1. & 2. de Torneamentis.

33. Sanè principes inter ſe de regno, principatu, territorioque litigantes, duelli hunc conflictum ad cauſam ſopiendam poſſe ſuſcipere, poſt Alciatum in tractat. de ſingul. certamine, c. 3. notarunt quoque Ferdinandus Vaſquius Illuſtr. quæſt. lib. 1. c. 49. Cephalus conſ. 57. lib. 1. Borcholt. de Feudis, cap. 7. n. 51. Nam cum bellum non niſi maxima humani generis calamitate & ſtrage conficitur, quid juſtius excogitari poſſet, quàm ut tanta noxa è medio ſublata, hi ſoli potiſſimum armis decernant, ad quos ea res pertinet, victoremque res ſequatur? Franciſcus Sonsbechius in uſu Feudorum, p. 15. n. 89.

CAPUT V.

DE EXPLORATIONE PER AQUAM FRIGIDAM.

SUMMÆ.

1. *Exploratio per aquam frigidam quomodo fiat?*
2. *De hoc inquiſitionis modo varia ſunt hominum judicia.*

3. Ex-

3. *Explorationum sex genera.*
4. *Quare hæ species purgationes vulgares nominentur?*
5. *Primum explorationis genus olim erat per flammam.*
6. *Historia de orthodoxo quodam Episcopo.*
7. *Historia de Albanensi Episcopo.*
8. *Historia de Monacho Dominicano Florentino.*
9. *Secundum explorationis genus est per indicium crucis.*
10. *Tertium explorationis genus per sortes.*
11. *Quartum per corpus Domini.*
12. *Quintum per ferrum candens.*
13. *Historia de nobili quadam muliere.*
14. *Versus Sophoclis.*
15. *Formula hujus devotionis.*
16. *Historia ex Joanne Tritemio.*
17. *Historia ex Alberto Cranzio.*
18. *Lex Gallorum & Lombardorum, quando alicui de libertate lis est mota.*
19. *Historia ex Cranzio.*
20. *Sextum genus per aquam ferventem aut frigidam.*
21. *Hæc explorationum genera de jure sunt prohibita.*
22. *Aquæ frigidæ examinationem nominatim sustulit Imperator Lotharius.*
23. *Communis est sententia Doctorum, quod hæc exploratio sit prohibita.*
24. *Francisci Hottomanni verba.*
25. *Oldendorpii verba.*
26. *Andreæ Alciati & Bodini verba.*
27. *Facultates juridicæ in Academiis Germaniæ exploratio-*

plorationem per aquam frigidam rejiciunt & improbant.

28. *A communi Doctorum sententia non est recedendum, & quare?*

29. *Cum Jurisconsultis conveniunt quoque Medici & Philosophi.*

30. *Judex, qui hac furiosa probatione utitur, conveniri potest actione injuriarum.*

31. *Scribonii argumentum refutatur.*

32. *Indicium tantum est verisimile, si cadaver emittit sanguinem.*

33. *An ex indicio isto quis possit condemnari & torqueri?*

34. *Verba Scribonii de experientia ipsa in hoc explorationis genere recensentur.*

35. *Contrarium exemplum de submersione veneficarum refertur.*

1. REstat ut de alio inquisitionis modo, qui sumitur ex injectione veneficarum in aquas frigidas, aliquid dicamus. Hæc exploratio sic se habet. Fœminas quas fama vel etiam confessio veneficarum suspectas reddidit, quidam imperiti Germaniæ Judices statim absque ulteriori inquisitione capiunt, captasque extra urbem deducunt, & in aquam frigidam ita conjiciunt, ut dextra manus sinistro pedi, sinistra verò dextro pedi sit alligata, & si supernatant, veneficas, sin submerguntur, innocentes credunt.

2. De hoc inquisitionis modo varia sunt docti-

ctissimorum virorum judicia. Guilielmus Adolphus Scribonius, Philosophus aliàs doctissimus, in sua Physiologia sagarum, contra Joannem Evvichium & Hermannum Nevaldum, medicos Saxoniæ celeberrimos, hanc explorationem ut naturalem & veram defendit. Nos præmissa prius origine explorationis hujus & aliarum, quæ verior & receptior sit sententia, ostendemus.

3. Olim suspecti de crimine aliquo purgare solebant se, 1. per flammam, 2. per crucem, 3. per sortes, 4. per corpus Domini, 5. per ferrum candens, 6. per aquam ferventem vel frigidam.

4. Et hæ purgationes vel explorationes à Canonistis & Legistis vulgares dicuntur propterea, quòd vulgus eas contra leges tàm divinas, quàm humanas, ex mera superstitione introduxit c. consuluisti 2. q. 4.

5. Primum explorationis genus erat per flammam.

6. Orthodoxus quidam Episcopus, cum Arriano contendens, eam conditionem proposuit, ut, verborum aucupiis relictis, ignem ingrederentur, & sic ostenderent, utra sententia magis pia esset? Arrianus conditionem detrectavit accipere. Sed Orthodoxus ignem ingressus è rogo disputavit, & illæsus servatus est. Theodorus lector lib. 2.

7. Abbas Ursperg. Petrus (inquit) Albanensis Episcopus obiit, iste per indicium ignis im-

Z mensam

mensam pertransiens illæsus pyram, vestimentis etiam per flammam volitantibus, sed in nullo læsis, Petrum Florentinum Episcopum declaravit Simoniacum: undè & ipse posteà Igneus est appellatus.

8. Ex eodem genere est, quod Philippus Comineus commemorat lib. Gallic. hist. 8. c. 19. ubi scribit; Hieronymum Savaranollam, Monachum Dominicanum Florentinum, quòd in suis concionibus vehementius in Italorum mores inveheretur, & Caroli Franco-Galliæ Regis adventum infestis in Italiam signis assiduè in concionibus suis denunciaret, à Franciscano quodam in crimen hæreseos vocatum fuisse: tanta contentione, ut sponsione illum flammæ subeundæ provocaret, ni hæreticus & veterator esset. Pro Hieronymo alter quidam sui sodalitii atque ordinis Dominicanus conditionem accepit. Die constituta, cùm uterque magna sodalium suorum caterva stipatus in forum, multis hominum millibus inspectantibus, venisset, Dominicanus (inquit Comineus) corpus Domini manu tenens, progredi ad rogum cepit. Adversus eam gestationem, cujus præsidio Dominicanus confidebat, Franciscanus reclamare, atque acriter adversari cepit. Itaq; Senatus Florentinus intercessit, qua de causa re infecta utrinque discessum est.

9. Secundum explorationis genus est, per judicium crucis, ut in testamento Caroli Magni apud Nauclerum: Si causa controversiæ inter

inter partes orta fuerit, quæ hominum testimonio definiri non potest, volumus, quòd ad declarationem rei dubiæ judicio crucis DEI voluntas, & rerum veritas inquiratur. Et in Capitulari: Quòd si accusator contendere voluerit, de ipso perjurio, stent ad crucem: &, si jurator vicerit, lege sua accusator emendetur. Et alio loco: Campo vel cruce contendant. Et Carolus Magnus in suis Constitutionibus mihi fol.62.l.3. Homo ingenuus, inquit, qui mulctam solvere non potest, & fidejussores non habet, licet ei semetipsum in vadium mittere donec persoluat, aut 12. juret, aut, si ille, qui causam quærit, 12. hominum Sacramentum recipere noluerit, aut cruce, aut scuto, & fuste contra eum decertet. Existimat Vitus Amerbachius in annotatione ad constitutiones Carolinas constitut. 34. fol. mihi 64. campum & cruce fuisse armorum genera. Sic enim scribit: Porrò campum & cruce videntur, esse armorum genera, à nostris Kampff / Kämpffen/ veteres Germani Kamp & Kämpen/ dixerunt, sicuti Saxones adhuc dicunt, & à Kruke. Semper enim veteres C. extulerunt sono K.

10. Tertium explorationis genus est, per sortes. Quarum formula in legibus Frisionum titulo 14. his extat verbis: Sortes tales esse debent: Duo tali de virga præcisi, quos tenos vocant, quorum unus signo crucis innotatur: alius purus dimittitur, & lana munda obvoluti, super altare, ceu reliquias mittuntur, &

præsbyter, si adfuerit, vel, si præsbyter deest, puer quilibet, unum de ipsis sortibus de altari tollere debet, & interim Deus exorandus, si illi septem, qui de homicidio commisso juraverunt, verum jurassent, evidenti signo ostendat. Si illum, qui cruce signatus est, sustulit, innocentes erunt, qui juraverunt: sin verò alterum sustulit, tunc unusquisque illorum septem faciat suam sortem, id est, tenum de virga, & signet signo suo, ut eum, tàm ille, quàm cæteri, qui circumstant, cognoscere possint, & obvolvantur lana munda, & altari seu reliquiis imponantur, & presbyter, si adfuerit, si verò non, ut superius, puer innocens, unumquenque eorum singillatim de altari tollat, & ei, qui suam sortem esse cognoverit, rogat, cujus sortem extremam esse contigerit, ille homicidii compositionem persolvere cogatur, cæteris, quorum sortes prius levatæ sunt, absolutis.

11. Quartum per corpus Domini. Cujusmodi fuit illud, de quo commemorat Gregorius Turon. lib. 10. cap. 8. Tu verò, si idoneus es, ut adseris, accede propius, & sume tibi Eucharistiæ particulam, atque impone ori tuo, erit enim Deus respector conscientiæ tuæ. At ille, accepta Eucharistia, communicans abscessit. Ex eodem genere illud est Benonis Cardinalis in vita Hildebrandi Papæ Gregorii VII. Joannes, inquit, Portuensis Episcopus, qui intimus fuerat à secretis Hildebrandi, ascendit in ambonem B. Petri, & inter multa, audiente clero

clero & populo, ait: Tale quid fecit Hildebrandus & nos, undè deberemus vivi incendi: ſignificans de Sacramento corporis Domini, quod Hildebrandus, reſponſa divina quærens contra Imperatorem, fertur injeciſſe igni, contradicentibus Cardinalibus, qui aſſiſtebant ei. Item, illud, de quo eſt apud Joannem Tritemium in Chronic. cap. 15. conſilio habito Epiſcopus probationem revelationum ſuarum Abbati ſub præceptione dominici corporis & ſanguinis indixit. Itaque celebratione miſſarum peracta, Epiſcopus corpus Domini præbens in manum ſic jurare cepit: Ego Rupertus dico & juro ſuper hoc corpus & ſanguinem Domini, quod revelationes iſtæ non ſunt fictæ, &c. Si aliter eſt, quàm dixi, corpus non pertranſeat corpus meum, ſed hærèat in faucibus meis, ſtrangulet & ſuffocet me. Sigebert. in Chron. anni 870. Lotharius Rex Romam ad Adrianum Papam ſe excuſatum vadit. A quo dum pro comprobatione innocentiæ ſuæ ad examinationem corporis & ſanguinis Domini tàm ipſe, quàm optimates regni invitati fuiſſent: & ipſe & omnes, qui corpus Domini cum eo temerè accipere præſumpſerant, infrà annum perierunt.

12. Quintum explorationis furioſæ genus eſt per ferrum candens vel ignitum, introductum ad exemplum potionis illius, quæ ſtupri inſimulatis mulieribus exhiberi ſolebat: illa potione ſumpta, ſi mulier rea erat ſtupri, pertranſi-

transſibant illam aquæ maledictionis, & inflato ventre computreſcebat femur ejus, eratque in exemplum omni populo. Si verò ſtupro polluta non erat, nihil ei potio ſumpta nocebat, ut prolixè Numerorum c. 5. & in c. in lib. 2. quæſt. 4. traditum eſt.

13. Sic mulier nobilis cujusdam viri, quem Maria conjunx Otthonis tertii falsò accuſaverat, quòd ſe de ſtupro ſollicitaſſet, ignitum ferrum in conſpectu omnium illæſa pertulit. Cranzius in Saxonia lib. 4. c. 26.

14. Hujus vetuſtiſſimi mentio fit apud Sophoclem: cum enim ibi Creon publico decreto, mortisque pœna indicta, corpus Polynicis ſepeliri prohibuiſſet, & Antigone clàm fratrem ſepulchro tradidiſſet, cuſtodes regii nuncium Creonti miſerunt, qui præter alia & hæc in eorum excuſationem dixit:

Sumus parati & candens ferrum manibus tollere,
Et per ignem ſerpere, Deosq; adjurare,
Nec feciſſe, nec fuiſſe conſcios ejus,
Qui hac de re conſilium habuerit,
Nec ejus, qui eam fecerit.

Coverr. lib. 4. variar. reſolution. cap. 23. Joan. Borcholt. de feudis cap. 7. n. 52.

15. Hujus devotionis formulam Joannes Aventinus lib. Annal. 4. hanc profert: Deus judex juſtus, qui auctor pacis es, & judicas æquitatem, te ſupplicer rogamus, ut hoc ferrum ordinatum ad juſtam examinationem cujuslibet dubietatis faciendam, benedicere & ſanctificare

ctificare. Ita si innocens (de prænominata causa undè purgatio quærenda est) hoc ignitum in manus acceperit, illæsus adpareat. Et si culpabilis atque reus, justissima sit ad hoc virtus tua, in eo cum virtute declarandum: quatenus justitiæ non dominetur iniquitas, subdatur falsitas æquitati, per Dominum nostrum, &c.

16. Exemplum autem inquisitionis fidei memorabile commemorat Joannes Tritemius in Chron. cap. 22. His temporibus circiter annum 1215. multi fuerunt hæretici. Hos frater Conradus de Marpurg, inquisitor Apostolicus judicio ferri candentis, si negassent hæresin, probare consuevit, & quos ferrum exussisset, velut hæreticos judicio seculari tradere comburendos. Unde paucis exceptis, omnes, qui semel essent accusati, & ad ejus examen perducti, per eum condemnabantur ad incendiũ. Fuerunt, qui crederent, eum plures innocenter damnavisse, propterea quòd candens ferrum à peccatis nullum reperisset immunem, etiamsi nullius hæresi macula unquam infectus extitisset. Hæc inquisitor Apostolicus, cui prægustatoris honos debebatur: præsertim cùm in c. dilecti, Extr. de purgatione vulgari. Papa Honorius tertius istos livaniorum mores damnat, qui criminis alicujus insimulatos ferri candentis judicium subire jubebant: & si qua exindè sequebatur adustio, civilem pœnam infligebant.

17. Ex eodem genere eſt, quod Albertus Kranzius lib. Daniæ 4. cap. 24. ſcribit: Cùm Dani ad Chriſtianam religionem adduci non poſſent, veniſſe Romam Popponem quendam, qui diu, inquit, in Italia & apud ſummum Pontificem peregrinatus fuerat, populumq́ue his affatum eſſe verbis: Quid ſi ad candentis ferri tactum manus ejus cernerent intactas? vellentné ſubire, quæ hortaretur, cunctis ſucclamantibus, velle: in Chirotecæ formam juſſit ferrum aptari, idque ignitum afferri. Rubuit igne ferrum, ille tamen intrepidus manum immiſit ad cubitum deportavitq́ue ad locum conſtitutum. Ibi cùm ad pedes Regis projeciſſet, victas manus dedit concio, ſpontè ſubiens lavacrum regenerationis.

18. Huc pertinet lex Franciæ lib. 4. cap. 57. Si cui de libertate lis mota ſit, & cognatum interfecerit, ſi negaverit, ſe illum occidiſſe, per novem vomeres ignitos judicio Domini examinandus accedat. Quæ lex extat etiam in Lombard. lib. 1. titul. 11. de parricidio. Item, illa lex militaris apud Radevicum lib. 1. cap. 26. Si ſervus aliquis culpatus non in furto fuerit deprehenſus, ſequenti die expurgabit ſe judicio igniti ferri, vel Dominus juramentum pro eo præſtabit. Hanc autem conſuetudinem in regno Neapolitano Imperator Fridericus II. ſuſtulit: Neapol. Conſtit. lib. 2. titul. 31. Eorum, inquit, ridendum ſenſum duximus, qui naturalem candentis ferri calorem tepeſcere, imò

(quod

(quodeſt ſtultius) frigeſcere, nulla juſta cauſa ſuperveniente, confidunt.

19. Ac memorabile eſt hujus furioſæ probationis miraculum, quod Albertus Kranzius memoriæ prodidit lib. Vandaliæ 8. cap. 30. his verbis: Incendium ædium furtim procuratum imponebatur in eo oppido innocenti: ille quàm ſanctè jurans, ejus ſe culpæ non eſſe affinem, purgationem afferebat vulgarem de ignito ferro: quam juribus interdictam, aut ignoravêre, aut contempsêre, qui judicio præerant laici. Ferrum ergò ignitum ille deportat, itinere non parvo: tùm manibus excutiens, nihil læſionis præferebat. Evanuit ferrum ex oculis mirantium omnium. Annus penè totus interceſſerat, cùm alius jam ſilicibus viam ſtraturus in oppido publicam, in arena loci manum vertit, & invento ferro, adhuc igneſcente, dextram [illegible]urit, mirati, qui adſtitêre, rem, referunt loci præfecto: illi mox incidit ſuſpicio, illum eſſe hominem criminis reum, quod innoxio imponebatur, mox jubet ad quæſtionem abripi: confitetur crimen, & ultimo ſupplicio fractis rota cruribus interimitur: ita divino judicio eſt proditus noxius.

20. Sextum explorationis furioſæ genus fuit per aquam ferventem vel frigidam. Calidæ conſecrandæ formulam Joannes Aventinus lib. 4. hanc profert: Deus judex juſtus, fortis & patiens, qui es autor & amator juſtitiæ, qui judicas æquitatem, judica Domine, quod juſtum

est: quia recta judicia sunt. Qui respicis super terram, & facis eam tremere. Tu Domine omnipotens, qui per adventum filii tui Domini nostri Jesu Christi mundum salvasti, & per ejus passionem genus humanum redemisti. Tu hanc aquam per ignem ferventem sanctifica, qui tres pueros, id est, Sidrac, Misach, Abdenago, jussione regis Babylonis missos in caminum ignis, servasti. Tu clementissime præsta, ut si quis innocens in hanc aquam ferventem manum mittat, sicut tres pueros supradictos de camino ignis eripuisti: & Susannam de falso crimine liberasti, ita Domine manum illius salvam & illæsam perducas. At si quis culpabilis, vel incrassante Diabolo cor induratum, præsumpserit manum mittere, tua justissima pietas hoc declarare dignetur, ut in ejus corpore tua virtute manifestetur, & anima illius per pœnitentiam salvetur.

Hinc illud in lege Frisionum titul. 3. Si res grandis erat, servum ad judicium Dei in aqua ferventi examinet. Item, & ad examinationem ferventis aquæ judicio Dei probandus accedat. Et tit. 14. Et se per Sacramentum judicio Dei examinandum ferventi aqua innocentem ostendat. Item, in Lombard. lib. 1. tit. 10. Si cujuslibet servus hominem interfecerit, judicio aquæ ferventis examinetur, utrum hoc sponte an se defendendo fecisset. Et ibidem: Si proprius servus hoc admiserit, judicio aquæ ferventis examinetur, &c. Item, in Neapolitano regno,

regno, ut in Neapol. Constit. lib.2.tit.31. Eorum, inquit, sensum ridendum duximus, qui reum criminis constitutũ, ob conscientiam læsam tantum asserunt ab aqua frigida frigidè elemento non recidi: quem submergi potius aëris competentis retentio non permittit, ubi glossa: Submergebantur, inquit, in aqua frigida tribus vicibus. Item, in Specul. Saxon. lib. 1. articul. 39. Sed ex his tribus unum magis eligant congruentem: vel ferrum candens manibus portent, vel in aquam bullientem brachium usque ad cubitum imponant, aut ab incursu in area contra certantem se defendant. Atque hæc quidem de aquæ ferventis cruciatu hactenus.

Deinceps de aqua frigida videamus Aimoin. lib. 5. cap. 34. Ludovicus autem, Ludovici regis filius, decem homines cum aqua calida, & decem cum ferro calido, & decem cum aqua frigida ad judicium misit coram eis, qui cum illo erant, petentibus omnibus, ut DEUS in illo judicio declararet, si per jus & æquum ille habere deberet portionem de regno, quam pater suus illi dimisit, ex ea parte, quam cum fratre suo Carolo per consensionem illius, & per Sacramentum accepit. Qui omnes illæsi reperti sunt. Item, in formula Pacis Alsatiæ apud beatum Rhenanum, Germanic. rer. lib. 2. Plebeius autem & minoris testimonii rusticus, aquæ frigidæ se expurget judicio.

21. Hæc explorationum genera omnia cum Diabo-

Diabolico instinctu sunt excogitata, & ad divinæ potentiæ tentamenta vergunt, ideò rectè de jure sunt prohibita & abolita. Tot. tit. Extra de purgatione vulgari, & præsertim in c. dilecti. Ubi pontifex refert, in magistratū politicū Livonia de crimine aliquo suspectos, ut ferri candentis judicium subirent, coëgisse, sumsisseque supplicium de iis, si qua exinde secuta esset adustio Et mandat Pontifex, ut magistratus ab hujusmodi gravaminibus in posterum desistat. Sic hoc defensionis genus sublatum est, in c. consf. 2. q. 4. Ibi Pontifex jubet, ne quis parentes, si filii in lecto cum ipsis dormientes mortui reperiantur, cogat, ut se ferro candente, aut aqua fervente purgent: nam inquit, Pontifex, ferri candentis, vel aquæ ferventis examinatione confessionem extorqueri à quoquam, sacri non censent Canones, & quòd sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinventione non est præsumendum.

22. Et nominatim aquæ frigidæ examinationem sustulit Imper. Lothar. in Lomb. jure lib. 2. t. 54. Ut examen aquæ frigidæ à missis (per missos intelligit Imper. commissarios aut legatos, gl. in c. 1. de imm. Eccles. dicit esse vulgare Italicum) omnibus interdicatur, vel ulteriùs non fiat.

23. Et quòd exploratio hæc per aquas frigidas hodiè sit prohibita, est com. Doct. conclusio & opinio.

24. Franciscus Hottomannus de Disput. Feud.

Feud.c.44.n.6. Ubi furiosum hoc probationis genus, sicut & prædicta, nominat.

25. Et Joan. Oldend. cla. 7. Olim, inquit, purgare se solebant suspecti de crimine: Aliàs duello c.2 de purgat. vulg. Aliàs aqua frigida vel fervente, in quam nudi mittebantur, c. ex tuarum, de purg. can. Aliàs ferro candenti, ut vocat c. fin. de purg. vulg. vel ignito, ut rectius in c. Mennem. 2. q. 5. Et quanquam exemplum duelli legatur de Davide & Goliath. 1. Reg. 17. Non admittitur tamen hodiè talis Monomach. l. 1. de gladiat. c. 2. de purg. vulg. Quum enim istis cruciatuum adflictionibus Deus tentaretur: meritò fuerunt abrogatæ, & introducta est purgandi formula talis, ut delatus apud magistratum adhibeat septem, vel pro qualitate rei pauciores, qui testimonium innocentiæ illius ideò præstare possint, quia & fide sint digni, & propter vicinitatem compertam habere possunt veritatem c. ex tuarum & c. cum dilectus, de purg. can. Tum ipse suspectus jurabit, se non admisisse tale crimen, quòd objicitur. Compurgatores autem jurabunt, se credere, quòd principalis jurans dicat veritatem c. de test. & c. ult. de purg. can.

26. Et Joan. Bodin. de Dæmon. l. 4. c. 4. Sapiens, inquit, judex ad consequendum veritatem omneis præsumptiones comportaturus est: modò ne id faciat, quod multi judices in Germania solent. Hi enim aut Magos alios conquirunt, ut per eos ad saltum cribri rescifcant, an

reus

reus ſortes exerceat? aut puerulis templum adeuntibus novos calceos axungia ſuilla perunctos curant indui, ut Magæ indè nequeant egredi, niſi eis viſum fuerit, qui pingues calceos ferunt: *aut ambos pedes Sagæ & manus colligantes eam imponunt aquæ leniter, eamq́, ſi Saga fuerit, in fundo mergi non poſſe putant.* Andreas Alciatus quoq; in compendio judiciarii proceſſus, hanc conſuetudinem propter tres cauſas condemnat. 1. Quòd ex diabolica invidia ſit excogitata. 2. Quòd Deus tentetur. 3. Quòd multi innocentes hac ratione condemnentur. Hos Dd. ſequuntur Jodocus Damhouderius in Pract. Crim. c. 43. Joan. Borcholt. de Feudis c. 7. n. 52. Daniel Venatorius in Analyſi Pontificia lib. 5. tit. 35. ubi Canoniſtæ omnes, Joachimus à Beuſt ſuper Rubr. de Jurejur. n. 204.

27. Hanc Doctorum communem ſententiam approbant quoque omnes facultates Juridicæ in Academiis Germaniæ.

28. Perperam igitur agunt hi judices, qui ab hac ſententia communi diſcedunt. A communi enim ſententia in judicando vel reſpondendo haudquaquam eſt recedendum l. 1. verſ. & ſanè crebrior. De offic. quæſt. c. 1. c. Ne immutaris, 5. ubi Panor. & reliqui Doct. De Conſtit. c. Prudentiam 21. & ibid. Panorm. in 3. notab. De offi. & poteſt. jud. delegat. & ſcribit prolixè Jaſ. in Auth. Noviſſima, n. 22. C. de inoff. teſt. Et meritò quidem. Quod enim à pluribus ſapientibus quæritur, id faciliùs invenitur, ut dicit

Bald.

Bald. Et acrius eſt multorum, quàm unius vel alterius cujuſpiam de quaque re judicium. Ariſtot.lib.3.c.7.& 11.Ut non immeritò ſummus etiam Pontifex ſcriptum reliquiſſe videatur: Integrum eſſe judicium, quod plurimorum ſententiis comprobatur. Cler. 1. ver. Quod etiam, De Sentent. excommunic. usque adeò, ut ii, qui contra communem opinionem reſpondere præſumpſerint, eo nomine pœna ſint afficiendi, quemadmodum latè perſequitur Anton. Marian. corat. in tractat. de comm. D.opin. l.3. inſpect. 1. & 2.

29. Huic communi Juriſconſultorum ſententiæ ſubſcribunt quoque Medici & Philoſophi doctiſſimi: Wierus, Ewichius, Newaldus, Auguſtinus Lerchemer, aliique complures, qui omnes unanimiter furioſum hoc explorationis genus rejiciunt. Et ſuperſtitioſum inventum, à Satana & credulis ejus auditoribus invectum appellant. Item, ludibrium Satanæ, Tragœdiæ periculoſæ & ſcandaloſæ initium. Admiratione itaque dignum eſt, Scribonium contra jura manifeſta, & communem Juriſconſultorum, Medicorum & Philoſophorum ſententiam, hanc abrogatam conſuetudinem in lucem revocare, & imperitis judicibus eandem inculcare, eosque in diſcrimen adducere.

30. Dubium enim non eſt, judicem, qui hac exploratione furioſa, diabolica & prohibita utitur, conveniri poſſe actione injuriarum, non minùs, quàm ſi aliquem iniuſtè in carcerem

rem conjeciſſet, l. nec magiſtratibus 32. D. de Injur. Mynſinger. cent. 5. obſerv. 69. Laurentius Kirchovius commun. opinion. cent. 5. concluſ. 30.

31. Sed videamus Scribonii rationes. Quòd veneficæ conjectæ in aquam non demergantur, ſcribit cauſam eſſe levitatem in corpore Sagarum & quidem Satanicam. Verba ejus ſunt fol. 115. Nempè, inquit, levitas non inſita illa & naturalis à materia & forma corporis dependens, ſed externa quædam ſeu adventitia aut aliundè accedens erit. Quænam, quæſo, iſta? Dixeram in Epiſtola mea, eam eſſe Satanicam. At quomodo, quo ſenſu? Satanicam ſcilicet appellavi à cauſa efficiente, quòd Satanas juſtiſſimo & imperſcrutabili Dei judicio ſua levitate attrahat, tollat, retineatque Sagas in alto aut ſuperficie aquarum. Eſt enim natura ejus, quàm leviſſima, quemadmodum in parte priore oſtendimus, eum homines quoq; per aërem ad loca remotiſſima ferre & impellere. Cùm verò in aëre ſuperiore homines retinere queat, ubi aliàs ſecundum ſuam naturam non vivunt: quid impediet, quò minus in aqua, velut elemento graviore craſſioreq; Sagas elevet atque ſuſtentet, illis ſubjacens & eas quaſi in dorſo geſtans? Vel etiam, ſi dicerem eas ob inhabitantem illum corporibus ſuis ſpiritum leviſſimum non ſubmergi. Utrùm hoc tàm abſurdè dictum? utrùm, quæſo, grande peccatum foret? Annon ſues Gargaſarena-

rum

rum irruens, eos in mare omnes præcipitabat? quod alioqùin illi non intrassent. Hactenus Scribonius.

Si hæc vera sunt, quæ Scribonius scribit, quomodo Diabolus veneficis tot & tàm variis speciebus dicitur apparere, quod ab illo ipso affertur, externum opus esset, quomodo poterit illis inservire vel afferendo, quæ petunt, vel inferendo aliis, quæ exoptant? Forsitan egreditur & ingreditur quando vult, & janua ipsi semper est aperta? Credendum foret, si afferri possit ratio & causa, quæ factum probet. Nulla enim sensit, nulla dixit se obsideri à Diabolo. Sed esto, obsideat illas, an propterea leviora redduntur illarum corpora? Cui hoc credibile est, qui obsessos omnes omni seculo sibi ob oculos ponit? Annon sues Gargasarenarum obsidens, eos omnes in marè præcipitavit? undè, quæso, hæc demersio, nisi à gravitate Diaboli. Deinde si levitas est qualitas naturæ materiatæ, Diabolus non inerit, nam ille, juxta Scribonii physicam doctrinam est spiritus naturæ tantum formatæ: levitatem autem esse tantum naturarum materiatarum ead. Physica Scribonii dicit. Quapropter concludere eum oportet, Diabolum levem non esse, nec quicquam levitatis habere, & ita per consequens Sagis levitatem, qua supernatant, communicare non posse. Nec obstat ἀντιπάθεια aquę cum Sagis, ubi Scribonius scribit: Aquam Sagas in suum alveum recipere nolle, propter

quod illa in Baptiſmo abuſæ ſunt. Ratiocinatio quidem eſt & opinio, ſed nullis nixa fundamentis. Quod ſic probo: Omnis ἀντιπάθεια eſt à prima creatione indita, ſed hæc repulſio non fuit indita à prima creatione. Quare, &c. Major conſtat omnium ſpecierum ἀντιπαθείας inductione: Minor manifeſta eſt ita, ut probatione non indigeat. Nam Baptismi uſus tantum poſt Chriſtum natum cepit. Sed hæc refutata ſatis ſunt ab aliis.

32. Nihil huc facit, indicium illud homicidii, ſi cadaver coram homicida emittit ſanguinem, quod Scribonius ad ſtabiliendam ſuam ſententiam adfert. Nam illud indicium eſt incertiſſimum, prout ſcripſit magni nominis Jurisconſultus Anto. Gomez. variar. reſol. tom. 3. c 13. n. 15. ubi ſcribit:

33. Sed ſalvo meliori judicio, ego teneo contrarium, & nullo modo practicarem, quia hoc indicium eſt nobis incertiſſimum, & ex cauſis nobis incognitis & valdè remotis, ideò non eſſet practicandum. Item, quia tortura eſt actus graviſſimi præjudicii, ex quo faciliter poſſet ſequi mors, ideò in dubio ſanctius eſſet, nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare, ut in l. abſentem ff. de pœnis, item, quia licet indicia ſint arbitraria, tamen intelligo, quando jure probantur ex aliqua extrinſeca & nobis cognita præſumtione, ſed iſtud indicium, de quo loquimur, nullo jure, vel cauſa, quæ juridicè concludat, nobis con-

constat, ergò non valet, nec ex eo reus veniret torquendus. Hactenus Gomez. Jacob. quidem Menoch. de arb. jud. q. lib. 2. cent. 3. casu 270. & de præsumt. lib. 1. q. 89. scribit indicium hoc esse sufficiens ad torturam & capturam: tamen, quia nulla mentio hujus indicii in Const. Crim. Caroli V. c. 32. & 33. Von gnugsamb Anzeigung deß Mordts extat, mihi Gomezii sententia placet, in qua fuit quoque Hippolytus Marsilius Bononiensis Jurisconsultus celeberrimus, in Pract. sua Crim. §. diligenter num. 181.

34. Ultimò adducit Scribonius ipsam experientiam, sic enim fol. 130. in sua Physiologia scriptum reliquit: Plurimis autem exemplis testata est, Sagas aquis non submergi: ita certò, ut compertum observatumque sit, omnes, quæ aquis hoc modo innatassent & submergi non potuissent, vel suo ipsarum testimonio deinceps prolato reas fuisse. Et exempla alia, quibus contrarium demonstretur, proferri nequeunt. Neque Wierus, neque Bodinus, neque alii, qui huic purgationi contradicere cogitant, vel unum saltem adversum exemplum annotârunt. Hactenus Scribonius.

35. Sed ei hoc exemplum, quod ego meis oculis vidi, oppono: Cùm anno 1588. ex Borussia in Livoniam proficiscerer, invitavit me in via quidam prædives & opulentus nobilis in suam arcem. Hic cum veneficam sequente die, propter enormia delicta, quæ sua magica

& diabolica arte commiserat, jam ad ignem condemnasset. Quæsivi num illam quoq; priùs in aquam, more solito, conjecisset, ad experidum, utrùm rea esset? eo negante, monui, ut id tentaret, (volui enim eâ ratione inquirere, num hæc exploratio per aquam frigidam vera esset, nec ne?) sed ecce! postquā venefica à carnifice in aquam gelidam colligatis artubus fuit projecta, statim submersa fuit. Is posteà ad me scripsit, se cum sex veneficis captivis idem tentasse, at omnes fuisse submersas, & in fine literarum scribit: Jam demùm tibi credo, signum hoc falsum, diabolicum & furiosum esse, & magistratum incautum decipere posse. Quapropter non dubito, Scribonium virum aliàs doctissimum, tandem sponte veritati locum daturum, & tot testimoniis Jurisconsultorum, Medicorum & Philosophorum veritatis patronorum non contradicturum, sed illud Democriti consideraturum: ἀρχὴ μεγάλης ἀρετῆς ὠνῆσαι ἀλήθειαν, id est, Principum magnæ virtutis esse tueri veritatem.

CAPUT VI.

DE CAPTURA VENEFICARUM.

SUMMÆ.

1. *Post accusationem & inquisitionem institutam reus in custodiam conjicitur.*

2. Qui

2. *Quidam Dd. existimant, in causis criminalibus semper incipi posse à captura.*
3. *Communi est Dd. opinio, incarcerationem in criminalibus tunc demum admittendam, quando priùs legitima præcesserint indicia.*
4. *Verba Constitutionis Carolinæ in cap. 6. & 219. referuntur.*
5. *Mariani Socini sententia.*
6. *Hippolyti de Marsiliis sententia.*
7. *Accusator crimen cum argumentis suspicionis judici exponere debet, antequàm venefica custodiæ traditur.*
8. *Merito hi judices puniuntur, qui statim ad nudam delationem veneficarum personas capiunt.*
9. *Carcer, quomodo custodia, quomodo pœna?*
10. *Veneficæ & Lamiæ sæpiùs in carcerum squalore mori malunt, quam diutius in speluncis illis inhærere.*
11. *An persona ex nobili & honesta familia, pro venefica ab aliis incantatricibus delata, sit sub cautione juratoria?*
12. *In atrocibus delictis Rei non fidejussoribus, sed custodiæ committuntur.*
13. *Fallit hæc regula.*
14. *Fidejussoribus enim relinqui etiam in capitalibus causis personas honestas & in dignitate constitutas, usitatum est.*
15. *Incarceratus indebitè, si aufugiat, non punitur.*
16. *Nec ad carcerem redire obligatur.*

17. *Quare venefica, quamprimum in carcerem conjiciuntur, intoxicare amplius non possint?*

1. POst accusationem & inquisitionem institutam ordinarium est, ut venefica in vincula conjiciatur, ne elabi possit. Textus elegans in l. 2. C. de custodia Reorum, ubi Imperator: Si quis in ea culpa vel crimine fuerit deprehensus, quo dignus claustris carceris & custodiæ squalore videatur: auditus apud acta, cùm de admisso constiterit, pœnam carceris sustineat: atque in postmodum eductus apud acta audiatur. Et Geil. de pace publica lib. 1. c. 9. n. 5.

2. Quamvis autem multi juris interpretes existiment in caussis criminalibus, in peinlichen Sachen/ semper incipi posse à captura, Bartolus in l. Sacrilegii. §. Labeo, num. 2. D. ad l. Jul. pecul. Baldus in l. consentaneum C. de his, qui lat. vel alim. crim. re. ac. Et Paris de Puteo in tractat. de Synd. §. captura, num. 13. & verbo, Quia plerunque num. 1. ubi plures ejusdem farinæ refert: quod plerique etiam intelligunt, judici licere, indiciis non præcedentibus.

3. Sanior tamen magis pia & crebriùs recepta est sententia eorum, qui incarcerationem sive capturam tùm demùm in criminalibus admittunt, quando priùs legitima præcesserint judicia, & cõstiterit, delictum esse commissum; aliàs sunt ligatæ manus judici ad procedendũ. Angelus Aretinus in tractat. malefic. in 5. Fama publica. Mynsing. obs. cent. 5. obs. 69. Joann. Fichar-

Fichardus consil. 113. vol. 2. Hartm. Hartmanni in Pract. Form. lib. 2. obs. 2. Brunorius Sol JC. Venetus in suo eleganti consilio criminali nu. 13. Antonius Gomezius, variarum resolutionum, cap. 8. Tom. 3. De captura reorum, num. 1. ubi dicit: quod judex contra aliquem ex officio suo vel ad petitionem partis non possit ad capturam procedere, nisi constet delictum illud verè ac realiter esse commissum. Et concludit ibidem his verbis: Et istud est capitale fundamentum totius judicii.

4. Idem expressè quoque vult constitutio criminalis Caroli V. c. 6. So jemand einer Ubelthat durch gemeinen Leumuth berüchtigt / oder ander glaubwürdiger Anzeigung/Verdacht und Argwöhnig / und derhalben durch die Obrigkeit von Ampts wegen angenommen würde. Si quis alicujus maleficii vulgò diffamatus, vel per alia verisimilia indicia suspectus, idcirco à magistratu apprehensus fuerit. Et c. 219. Item / daß durch die Obrigkeit etwann leichtlich / auch erbahre Personen/ohne vorgehend/berüchtig bösen Leumut und andere gnugsam Anzeigung angegriffen / und in Gefängnüß bracht werden / und in solchem Angrieff etwann durch die Obrigkeit geschwindiglich und unbedächtlich gehandelt / dadurch der Angegrieffen an seinen Ehren-Nachtheil erleidet. Item, quòd per magistratum quandoque ex facili etiam honestæ personæ, absque infamia aliqua & malo nomine, reliquisque sufficientibus indiciis, apprehenduntur, & incarcerantur, atq;

in ejusmodi apprehensione interdum à magistratu atrociter ac temerè agitur, ob quæ apprehensus captivusque sui honoris ac famæ præjudicium jacturamque patitur ac sustinet.

5. Imò secundum Marianum Socinum in tractatu de Citat. in 2. Articul. prin. in 24. quæst. etiam plenè de delicto constare debet ante capturam, ut refert ac testatur Ægidius Bossius in tractatu Criminal. in titul. de Captura, colum. 1. & 2.

6. Hanc conclusionem ampliat Hippolytus Marsilius in l. 1. constante, vers. 12. D. quæstionibus, ut etiam præcedat in crimine læsæ majestatis, in quo captura & tortura non sit concedenda, nisi præcedentibus indiciis.

7. Hoc quoque obtinet in accusatione. Antequàm enim reus custodiæ traditur, accusator crimen cum argumentis suspicionis judici exponere debet cap. 11. So der Kläger die Obrigkeit oder Richter anrüfft / jemand zu strengen / peinlichen Rechten zu Gefängnuß zu legen / so soll derselbig Ankläger die Ubelthat / und derselbigen redlichen Argwohn und Verdacht / so die peinlich Straff auff sich tragen / zuförderst anzeigen. Accusator magistratum interpellans, ut quis publico & pœnali judicio subdatur & vinciatur, debet initio maleficium & legitimas suspiciones & præsumptiones, quæ publicam pœnam continent ac merentur, indicare.

8. Quapropter meritò sunt puniendi hi maleferiati & imperiti judices, qui statim ad delationem

tionem Magi vel Veneficæ, aut ex nuda saltem suspicione sine legitimis præcedentibus indiciis ex vento (ut dicitur) personas delatas capiunt, & in carceres atrocissimos & squalidissimos conjiciunt. Vide Sprengerum pag. 3. quæst. 8.

9. Quoniam carcer licet respectu causæ finalis pœna non est, quia à judice vel lege ad custodiam, non vindictam imponitur, l. 8. §. solent. D. de pœn. sicut pœna, quæ est legitima delictorum ultio, coërtio l. aliud. D. de verb. sign. quo ad materiam tamen, hoc est ipsi perpetienti, magnum est sæpè supplicium, quia mala mansio. l. si hominem in princ. D. depos. propter squalorem, inediam, frigus, tenebras, & inprimis diuturnitatem, ut in l. 2 circa fin. C. de custodia reorum. l. 3. eodem titul. Menoch. consil. 94. num. 39. adeò, ut vel ipsi comparetur morti. Boss. cap. de carcer. in princ. c. quamvis, de pœn. lib. 6. Bartolus l. 2. num. 9. de publ. jud. Baldus Salicetus l. incredibile, C. de pœn. Wesenbecius consil. 43. num. 173. p. 1. Imò carceratio est species torturæ, & mortuus in carcere, dicitur mortuus in cruciatu. Baldus in l. 2. C. Epis. aud. Sichardus in l. 12. num. 4. C. de Actione & Obligatione. Ideoque Constantinus Imperatorum humanissimus sua lege constituit, carceres tales esse debere, ut præter fidam custodiam nihil habeant l. 1. C. de custodia reorum. Constantinum secutus est Carolus Quintus Imperator in Constitutionibus Criminalibus

cap.11. Die Gefängnuß sollen zu Behaltung/und nicht zu schwerer/gefährlicher Peinigung der Gefangenen gemacht und zugericht seyn. Captura seu apprehensio, custodia potiùs sit, quàm atrox aut periculosus carcer.

10. Hinc sæpè fit, ut solitudine diuturna, carcerum squalore, caligine tetra, variis Dæmonum spectris exhorrescentes misellæ DEI creaturæ, veneficæ vel Lamiæ, anteà nonnihil Diaboli assidua suggestione vexatæ, & torturis variis excarnificatæ, malunt potiùs mori, quàm ferociùs in easdem putidissimorum carcerum speluncas & equleos præcipites retrudi.

11. Sed quæro: Si persona pro venefica delata sit ex nobili familia oriunda, vel consulis aut senatoris alicujus uxor vel filia, & interrogata negaret prorsus veneficium, relaxandáne erit sub juratoria sua cautione & pœna, ut putà mille aureorum de se præsentando, aut fidejussoribus committenda?

12. Respondeo: Licet in atrocibus delictis, quale est veneficium, ubi pœna corporalis venit infligenda, non fidejussoribus, sed custodiæ Rei committantur, Bartolus & Dd. in l. 1. D. de custodia Reorum.

13. Tamen fit, ut interdum propter amplissimas facultates dignitatemque ejus, qui accusatur, fidejussoribus committatur; latè Bossius in Pract. Criminal. tit. de carc. fidei, aut sibi, hoc est nudæ suæ promissioni l. 1. D. de custodia Reorum.

14. Fi-

14. Fidejussoribus enim relinqui etiam in capitalibus causis personas honestas & in dignitate constitutas, usitatum est, latè Jacobus Menochius de arbit. judic. quæst. lib. 2. cent. 4. cas. 303. Wesenbec. in parat. D. de custodia Reorum, num. 5. Paulus Grillandus in tract. de relaxat. carcer. in Rubr. de fidejuss. num. 8. Nicol. Vigelius in Constitution. Crimin. c. 3. Lancellottus de Offic. Prætoris in caus. Criminal. de carceratis num. 15. Et si judex omissa talium circumstantiarum consideratione aliquem carceri mancipârit, quem non debet, cõtra ipsum injuriarum agi potest l. Nec magistratibus D. de injur. per quam consequitur damnum & recompensam injuriarum l. pen. C. qui bon. ced. poss. l. si creditores, in fin. de privil. cred. Hier. Schurpff. cons. 87. in princ. & cons. 98. cent. 3. 6. Laurent. Kirchovius cent. 5. obs. 30. Ita olim in Camera judicatum, & Senatum Coloniensem cuidam Petro Quittinck propter injustæ incarcerationis injuriam in 600. aureos condemnatum fuisse, meminit Frid. à Tautemb. in suo Virid. concl. Jurisd. conclus. 98. Myns. obs. 69. cent. 5. num. 5. 6.

15. Item, quæritur: Si quis pro Mago vel venefica innocenter fuit delatus, aut indebitè incarceratus, an, si ex carcere aufugiat, pro confesso habeatur? Et respondetur. Quod non. Nam indebitè, & non servato juris ordine, carceri mancipatus etsi aufugiat, propter talem fugam etiam cum fractione carceris, non

non punitur, neque pro confesso habetur, ut probat Rolan. à Valle conf. 7. num. 47. lib. 1. Potestque talis carceratus licitè aufugere: & hoc frequentius receptum esse Did. Covarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 11. expressè fatetur.

16. Sed neque ad carceres redire obnoxius est, etiam jurasset se rediturum: quæ est elegans doctrina gloss. verb. per violent. in clem. pastoralis de re judic. quam ab omnibus adprobatam testatur idem Covarr. in d c. 2. num. 7. quæ veluti singularia, diligenter observare admonet Mynsing. observ. 98. cent. 6. numer. 5. & 6.

17. Quamobrem veneficæ incarceratæ intoxicare ampliùs non possint, duæ à Lamberto Danæo de Sortiariis cap. 4. enumerantur causæ. Prima, quòd commodè illic venena sua habere non possunt. Secunda, quòd liberè cum suo artifice & doctore Satana communicare non audent. Se enim putant observari, & vincti sunt, & nō nisi per carceris custodem, id est, testem adhibitum, sua venena habere possunt. Id quod maximè timent, ne à judice deprehendantur. Quare ferè non solent, dùm sunt in carcere, quenquam lædere Sortiarii. Unde prudentes & seduli judices maximè dant operam, ut dùm ab iis non sperantur aut expectantur, adsint tamen, ut eos observent. Denique verentur Sortiarii, ne jam vincti convincantur, uti venenis, quod facilè fieret. Est enim homi-

hominum genus & timidissimum & ignavissimum Sortiariorum, quod Deum rejecit, itaque plurimùm sibi prospicit & cavet.

CAPUT VII.

DE CONFESSIONE MAGORUM ET VENEFICARUM SPONTANEA.

SUMMÆ.

1. *Venefica, si delictum fatetur, condemnatur ex sua confessione.*
2. *Nulla est firmior probatio, quàm proprii oris confessio.*
3. *Confessio est plenissima probatio.*
4. *In confessum nulla alia sunt partes judicis, nisi in condemnando.*
5. *Quintiliani verba.*
6. *Ovidii versus.*
7. *Confessio plus operatur, quàm aliqua species probationis.*
8. *Confessio dicitur legitima probatio.*
9. *Confessio veneficarum spontanea quando sufficienter probet?*
10. *Confessio venefica, quæ fit metu carceris vel tormentorum, nil probat.*
11. *Sola Rei confessio non probat, nisi aliundè judex argumenta credendi habeat.*

12. Judex,

12. *Judex, qui confitentem ad mortem damnavit, absq; probatione alia delicti, punitur pœna mortis.*
13. *Volenti mori non est habenda fides.*
14. *Historia ex Valerio Maximo.*
15. *Judex ex officio Rei innocentiam quærere debet.*
16. *Judex tenetur testes recipere ad defensam, licet adsit vera & spontanea Rei confessio.*
17. *Venefica multa mortem avidè expetunt.*
18. *Crimen si quis confiteatur ultrò, cum eo mitiùs agendum.*
19. *Atheniensium leges veniam concedunt sese manifestanti.*
20. *Mosaica leges leniùs puniunt spontè confitentem delictum à se commissum, quàm convictum.*
21. *An confessio veneficarum extrajudicialis plenè probet?*
22. *An confessio veneficarum spontanea coram Sacerdote facta probet?*
23. *Pontifex clericum non potest cogere ad revelandam confessionem alterius.*
24. *Confessio venefica sub spe futura gratia sibi promissa per judicem non probat.*
25. *An judex, non obstante promissione, possit veneficam ad mortem condemnare?*
26. *Sed quæritur, an judex ad veritatem investigandam, promittendo Mago vel venefice impunitatem, possit uti cavillationibus?*
27. *Cautela pro judice, ad expiscandum, uter ex duobus correis veneficii sit verus reus?*

28. Con-

1. POstquam venefica in custodiam tradita est, vel alioquin copiam sui facit, tunc aut confitetur delictum, aut negat; si spontè confiteatur; tùm ex sua confessione condemnanda l. 5. D. de custodia & exhibitione Reorum.

2. Sin eat inficias, testibus erit convincenda. Inter omnes probationis species, quibus veneficium probatur, nulla est validior, quam spontanea confessio, quando proprio motu scelera sua Magi vel Veneficæ confitentur. Nulla enim firmior probatio, quàm proprij oris confessio.

3. Hinc Philippus Corneus consil. 261. confessio est plenissima probatio.

4. Et

4. Et in confessum nullæ sunt aliæ partes judicis, nisi in condemnando l. 25. in fin. D. ad l. Aquil.

5. Et ideò Quintil. lib. 7. c. 1. rectè scribit, quòd ibi non possit esse quæstio, ubi factum confessum est, secùs, si factū sit controversum.

6. Facit adhoc illud Ovidii:

Non est confessi causa tuenda Rei.

7. Hinc Marsil. consil. 94. num. 8. Confessio plus operatur, quàm aliqua species probationis. Et Innocent. in c. cum contingat 5. indigeat de offic. deleg. Illud verè dicitur apparere, quod constat per confessionem. Et illud dicitur sciri pro certo, quod scitur per confessionem, gloss. 1. junct. text. in c. Si Sacerd. ext. de offic. ord.

8. Et confessio æquipollet instrumento. Bald. in l. fin. C. de edict. Divi Adrian. toll. Et confessio nedum dicitur probatio, sed etiam dicitur legitima probatio gloss. in c. Ad abolendam in 5. Deprehensi. De Hæreticis.

9. Ut autem confessio veneficarum spontanea valeat, ut ex ea condemnari possint, requiritur, quòd sit facta in judicio extra carcerem, & nullo justi metus periculo facta. Franciscus Ponzinibius, De Lamiis, n. 62. Andreas Geil. de pace publica, lib. 1. cap. 15. num. 7. Joseph Mascardus de probat. vol. 1. conclus. 348.

10. Primò enim confessio veneficæ, quæ fit metu carceris vel tormentorum, non inducit notorium, ut dicit Benedictus Capra, in tractat. de notor. membr. 1. num. 35. Nec processus aliàs ullus

ullus juvatur ab hujusmodi confessione sic extorta, ut per Hippol. in praxi Crim. §. constante n. 31. & consil. 51. incip. licet nedum plenè & in prax. 1. postquam n. 31. Carrer. in prax. Crim. §. Circa me 387.

11. Imò etiamsi confessio esset spontè facta, non tamen ei statur, quando indicia verisimilia & probabilia, vel ipsa innocentiæ substantia in contrarium appareret l. 1. §. si quis ultro, ff. de quæst. ubi text. clarus. Si quis ultrò de maleficio fateatur, non semper ei fides habenda est, nonnunquam enim aut metu, aut aliqua alia de causa in se confitentur. Spontanea enim delicti confessio non sufficit ad condemnandum aliquem pœna capitali, nisi etiam constet delictum fuisse commissum, l. 1. §. 17. ubi Ulpianus ait: Divus Severus rescripsit, confessiones reorum pro exploratis criminibus haberi non oportere, nisi nulla probatio religionem cognoscentis instruat.

12. Imò judex, qui confitentem ad mortem damnavit absque probatione alia delicti, pariter mortis pœna plecti debet, si occisus nemo fuit. Quapropter diligenter inquirere debet, an veneficæ juxta confessionem propriam etiam homines & jumenta suis veneficiis & magica arte interfecerint, nec ne? Propterea, quod multi sunt confessi delictum, & posteà reperti fuerunt innocentes, ut dicit Franciscus Ponzinibus Italus.

13. Volenti enim mori non est habenda fides, nec auditur periri volens l. 1. §. si quis ultrò D. de quæstionibus.

14. Exemplum esto ex Valerii Maximi lib. 8. Servus ultrò confessus hominem, qui aberat, à se fuisse interfectum, supplicio ultimo affectus est: ille verò posteà domum rediit incolumis. Ideoque Piso Consul non levem subiit permagnæ crudelitatis notam, severitatis militaris specie. Nam cùm militem, in castra sine contubernali revertentem, ut cædis illius reum, adjudicavisset morti, quamvis, eũ sequi & mox venturum esse, miles exponeret, Centurioni Proconsul mandat, ut eum damnatum necet. Cùm jam propè esset, ut plecteretur morte, contubernalis advenit incolumis. Tùm Centurio, à sententiæ executione supersedẽs, utrumque militem sistit Proconsuli: hic autem indignè ferens, quòd adeò temerè hominem ad mortem damnasset, simul enecari jussit & Centurionem eò, quòd non paruisset, & damnatum militem, quòd esset damnatus, & militem alterum, quòd neci utriusque causam attulisset: ita ob unius innocentiam tres viri damnati & trucidati sunt, ut narrat Seneca in lib. de ira.

15. Nam judex debet, nedum parte petente, sed etiam ex officio suo, Rei innocẽtiam quærere, etiamsi se non defendat. Bartol. consl. 107.

16. Imò judex ex officio debet recipere testes ad defensam, licet adsit vera & spontanea Rei

Rei confeſſio, Bronorius à Sole in conſil. Criminal. 122.

17. Reperiuntur veneficæ, quæ mortem expetunt, non quòd honorem ſperent, ſed quia deſperant ſummoque dolore crucientur: atq; hi non ſunt audiendi, utcunque eos excuſet Lex, & Plato honeſtum judicet τὸ ἐξάγειν ἑαυτὸν & ſpiritum, antequàm extrudatur, emittere. Sprengerus ſcribit, ſe vidiſſe veneficas, quæ ſcelera ſua confeſſæ ultrò orabant judices, ut ſe morte plecterent, alioqui ſe ſibi ipſis conſcituras mortem, quia ſe à Diabolo, niſi parerent, vexari confirmabant. Qua in ſpecie legi dicenti: In confitentem nullæ ſunt partes judicis, niſi in condemando: locus non eſſe poteſt, nec tenetur judex iſtorum hominum voluntati obſequi. Cùm ſpes adſit, Veneficam, quam vexat Diabolus, reſipuiſſe, & in via ſalutis eſſe, eam itaque oportet in carcere contineri, inſtitui & modicis pœnis ſalutaribusque corrigi, ut Bodinus de Dæmonom. cap. 3. lib. 4. ait.

18. Quando enim quis confitetur crimen non convictus, tunc mitiùs cum eo agendum eſt, quàm ſi negans convinceretur. Authent. Sed novo jure C. de pœnis judicis, qui mal. judic. Follerius in Pract. Criminal. fol mihi 316. num. 82. ubi ait: Confeſſio operatur mirabilem effectum, nam confeſſus ſponte mitiùs debet puniri, ut eſt gloſſ. in c. ad hoc in verſ. confeſſion. de Simon. Weſenbecius in Parat. D. de pœnis num. 10.

19. Sed & secundum Atheniensium leges omnium optimas, & ex quibus maxima pars nostrarum deprompta est, teste Liv. 1. dec. lib. 1. manifestanti se ipsum etiam impunitas constituebatur.

20. Quin etiam, ex legibus Mosaicis, leviùs quoque puniebatur spontè confessus, quàm convictus. Quod hinc cuique manifestum est, quòd fur convictus puniebatur in duplum, vel quadruplum, vel quintuplum, secundum eam distinctionem, quæ traditur, Exod. 22. c. qui si fuisset sponte confessus, in id solùm puniebatur, quòd ultra rei ablatæ restitutionem quintam quoque partem ipsius rei reddere cogebatur, ut legitur Numer. 5. post princ. & ita intellexit ibi Nicol. de Lyra, interpres Bibliorum optimus, & ante eum Divus Augustinus, cùm dicit, quia annunciavit, non eo damno plectendus fuit, quo furem convictum plecti oportet.

21. Secundò confessio Veneficarum extrajudicialis spontanea non plenè probat. Wesenb. in Parat. D. de Confessis.

22. Non incommodè hic quæritur, an confessio Veneficæ spontanea coram Sacerdote in templo facta, in dem Beichtstuel/ probet in judicio? Et respondetur: Quod non. Ratio est: Quia Clericus secreta, non ut homo, sed tanquam Dei Vicarius, scire intelligitur C. si Sacerdos, de off. ord. Ideòque à judice compelli non potest, ut secreta confessionis revelet.

23. Qui-

23. Quin imò dicit Abbas in c. dilectus, de except. Prælat. quod etiam per Papam non possit quis cogi ad revelandam confessionem alterius. Interrogatus enim sine mendacio rectè respondet de sua ignorantia, nam ut homo & testis ignorat factum, super quo interrogatur c. omnis utriusque, de Pœnit. Angelus de maleficiis in v. Hai tradito. Francisc. Ponzinibius de Lamiis n. 73. Mynsing cent 5. obs. 41. Geil. lib. 1. obs. C n. 8. Joseph. Mascardus de Probat. vol. 1. concl. 377. Jacob. Menoch. de Arb. Jud. q. lib. 2. cent. 2. cas. 180. n. 21. ubi ait: Licet Clericus non possit revelare delictum perpetratū, potest tamen perpetrandum indicare. Idem affirmat Mynsinger. d. loco ubi ait: Si de delicto committendo ageretur posset confessor revelare saltem in genere, non nominando personam.

24. Tertiò non probat plenè Veneficæ confessio spontanea facta sub spe futuræ gratiæ sibi promissæ per judicem. Wesenb. in Parat. D. de conf. n. 10. Jul. Clar. q. 55. n. 7.

25. Disputant Dd. an judex, non obstante hujusmodi promissione, Magum vel Veneficam ad mortem condemnare possit? Cagnolus in l. ea est natura. 65. concludit, quod non. At communis sententia est in contrarium, quod sic. Alciat. in l. nat. 177. D. de verb. sig. Bossius In t. de conf. n. 12. Vide Eberhard. Speckhan cent. 1. quæst. 3.

26. Sed quæritur hîc, an judex ad veritatem

investigandam possit uti cavillationibus & simulatione, & Mago vel Veneficæ promittere impunitatem, modò ut veritatem confiteatur? Et est communis Dd. opinio, quod possit. Dec. & Cagn. in d.l.65. n. 6. Idque colligitur ex Salomonis exemplo, 1. Reg. 3. ubi cum probationibus non certo constare posset, utra mulierum alteri infantem vivum surripuisset, suffocatumque supposuisset, jussit adferri gladium, & vivum infantem bipartiri, ut per hoc eliceret στοργὴν maternam, per quam præsumtiva saltē veritas emergeret, (ut etiam consilium illud, vel simulatio optimè successit.) Hoc igitur exemplo, si duo Magi de uno aliquo homicidio simul accusentur, quorum uterque constantissimè negat, & tamen certò constat, solos illos duos interfuisse homicidio, ita, ut necesse sit, alterum illorum esse noxium.

27. Cautela datur judici, ut simulatè utrumque condemnet, si fortè conscientiæ (quæ mille testibus æqui paratur) stimulis atque morsibus convictus, pro ea exoneranda (si quidem videat, nullam spem vitæ superesse) fateatur delictum, memor salutis æternæ, & ne animam simul cum corpore perdat, ut quidem nemo præsumitur immemor propriæ salutis, & hac ratione, nempe per spontaneam confessionem unius, liberabitur alter, qui revocata illa simulata sententia, statim absolvendus, confessus verò solus executioni mandandus erit. Tali cautela usum esse Imperatorem Carolum Magnum,

gnum, refert And. de Isern. in c. 1. §. publici latrones, in fine de pace tenen. & ejus violat. quam cautelam commendat etiam Paris de Put. de Syndic. in verb. tortura, vers. sequitur modò. ubi ponit simile exemplum de rege quodam Ladislao. Eam quoque probat Andr. Barb. in l. Cum acutissimi. colum. 24. versic. nec obstat. C. de fideicommiss. Jaso. in l. si is, qui pro empt. colum. 1. in fine, cum sequent. ff. de usucap. Hippolyt. de Mars. in l. de minore, colum. 3. num. 19. ff. de quæst. Sylva nupt. fol. 54. colum. 1. versic. hinc sumpsit bonam cautelam. Si tamen post talem simulatam sententiam uterque reus persisteret in sua negatione, etiam usque ad locum executionis, tunc omnino præstaret utrumque dimittere, quia satius est nocentem absolvere, quàm innocentem condemnare, ut ait JC. in l. absentem, in princ. ff. de pœnis. Hæc refert Raymundus Pius Fichardus in tractatu cautelarum cautel. 41. ubi concludit: Possent tamen tales Rei in casu homicidii relegari, vel simili pœna aliqua leviore puniri, ne delictum, quod simul commiserunt, maneret impunitum, secundum dict. l. ita vulneratus, §. quòd si quis, ff. ad legem Aquil.

28. Quartò confessio veneficarum, quæ est impossibilis, & non verisimilis, nil probat, nec nocet confitenti l. 13. & 14. ibi in fine. In totum autem confessiones iteratæ sunt, si id, quod in confessionem venit, & jus & naturam recipere potest, D. de interrogatoriis actioni-

 bus.

bus. Foller. in Pract. Criminal. fol. mihi 303. num.36. Ut quando veneficæ vel Lamiæ fatentur, eas per aërem volasse in montem Blocksberg/& ibi totam noctem ludendo, edendo, bibendo consumpsisse, in bestias fuisse transmutatas, cum Diabolo Venerem exercuisse,& quæ horum sunt similia.

29. Huc referendum, quod Joannes Franciscus Ponzinibius Jurisconsultus Placentinus de Lamiarum confessione scripsit in suo tractatu de Lamiis num.52. ubi ita argumentatur: Cum tales personæ sint illusæ, Ergo dici debet, earum confessionem etiam esse erroneam, nec admittendam l. error l. de ætate ff. de interrogat. act. Confessio enim debet continere verum & possibile, ut per gloss. in l. 1. C. de confess. per gloss. in c. fin. de confess. lib. 6. l. inde Neratius §. fin. D. ad l. Aquil. Ergo non sequitur: Istæ mulieres sic confitentur. Ergo sic est. Nam confessio longè distat ab actu, (vel actus possibilitate) & quidquid est contra naturam, deficit in suis principiis. Ergo, naturaliter est impossibile. Præterea in criminalibus non est standum soli confessioni Rei, ut per Bald. in l. 1. C. de confess.

30. Et Joannes Fichardus consil. 124. num. 2. Denn das übrig/so sie bekennen / und so sie vielleicht groß achten möchten/ als mit dem nächtlichen Fahren zu den Täntzen/und mit den Gemeinsamen mit den bösen Geistern / achten wir für lauter Phantasmata, Triegerey und Gespenst / damit der Teuf-

Teuffel solche arme Leute einnimpt und verblendet/ da es doch im Grund lauter Traumwerck ist.

31. Lamiis itaq; ejusmodi impossibilia confitentibus, judex fidem adhibere non debet, quicquid dicat Bodinus. Nam ne verbum quidem in Constitutionibus Criminalibus, de nocturnis conviviis & transmutationibus in bestias, ac in c. 44. Von Anzeigung der Zauberey/ Constitut Crimin. Caroli V. mentio fit, & illorum omnium eas reas argui non posse in lib. 2. firmissimè demonstratum esse puto. Et scribit Ponzinibius d. loco, judices debere adjurare illam opinionem, quòd Lamiæ portentur de loco in locum in corpore, & verè ad convivia ludorum, &c. Cùm talis opinio sit reprobata. Qua de causa nullus prudens Advocatus in hoc Veneficii crimine tales articulos concipere solet. Item wahr/ daß Angeklagtin auff den Blocksberg mit andern Unholden gefahren/ daselbst getantzet? Item wahr/ daß Angeklagtin sich in Hund und Katzen verändert? Ideoque tales utpotè impertinentes à judice rejiciuntur.

32. Sed pone. Quòd Venefica velit confessionem à se sponte factam revocare & probare, fuisse erroneam, nunquid erit audienda? Respondetur, quod sic. Si velit docere confessionem ipsam fuisse erroneam, & de errore probare. Et hæc est communis Dd. opinio. Julius Clarus d. loco num. 18. Josephus Mascardus de Probat. conclus. 378.

33. Et ad probandum errorem confessionis

admittuntur consanguinei illius confitentis secundum Follerium in Pract. Criminal. p. 3. p. num. 50. fol. mihi 308. vel etiam vicini, ut si deponunt, quòd persona, quæ pro incantatrice vel Venefica est delata, semper fuerit bonæ famæ. Nam probata bona fama præsumptio delicti tollitur. Bald. l. fin. C. de probat. Alexand. cons. 113. vol. 1. Et hæc procedunt primò non solùm ante, sed etiam post sententiam latam. Hippolytus Marsilius in l. 1. §. fin. num. 61. D. de quæstionibus.

34. Ea ratione, Quia non fatetur, qui erravit, l. 2. ubi Bartolus D. de confessis. Secundò hæc etiam in confessione reiterata & jurata procedunt. Grammaticus. Voto 10. num. 33. cum sequentibus.

35. Sed quæro, an in casu, ubi confessio Veneficæ non potest revocari, saltem possit excusari, declarari, vel interpretari? Et respondetur, quod sic. Textus in c. dilecti, de accus. & ibi per Innoc. Abb. & Felin. & sequitur Baldus in margarita in verbo, confessi, idem Baldus in L1 §. Item, si Vasallus de controv. invest. 3. col. & Baldus in additio. Specul. in tit. de position. 5. col. ver. Potest quis interpretari. Vide & Alciatum in tractatu de præsumpt. 25. præsumpt. num. 10.

36. Sextò & ultimò confessio Veneficæ æquivoca nil probat. Confessio enim sui similis, sibique constans, & minimè æquivoca esse debet, ut per Joannem Franciscum Ponzinibium in tra-

in tractatu de Lamiis, versic. 2. declaratur, & per concordantia ibidem allegata: maximè Cæpol. in consilio 77. dicentem: si inquisitio confessata potest interpretari in diversos sensus, præsumitur in benigniorem partem pro confitente l. si quis intentione 66. D. de judic. Cæterum supra dicta vera sunt, nisi ultra confessionem adessent indicia indubitata, quæ conjuncta cum confessione indubitabiliter indicant veritatem, secundum Baldum in l. fin. D. de quæst. & Franciscum Brunum in tractatu de judiciis & tortura 4. q. 1. p. num. 4. nam tunc non prodest revocatio.

CAPUT. VIII.

DE PROBATIONE VENEFICII PER TESTES.

SUMMÆ.

1. *Nemo ex præsumptionibus damnandus.*
2. *Sufficiens probatio in crimine Veneficii, quæ dicatur?*
3. *Testes omni exceptione majores, qui dicantur?*
4. *Ad unius testimonium nemo condemnabitur.*
5. *Depositiones testium in crimine Veneficii, num. 6. 7. 8. & 9.*
10. *Firma est probatio, quando contestes consenserint.*

11. Sin-

11. *Singulares testes integrè non probant.*
12. *Quando diversitas vel singularitas testium jungi potest, tunc etiam singulares probant.*
13. *Singularitas adminiculativa quæ sit?*
14. *Singularitas obstativa quæ?*
15. *Julii Clari opinio de singularitate adminiculativa*
16. *An testimonium duorum ad damnandam veneficam sufficiat?*
17. *An judex possit testes compellere?*
18. *An examen testium delegato sive commissario possit committi?*
19. *An in criminalibus, & sic in crimine veneficii copia articulorum reo sit communicanda, ut interrogatoria sua exhibere possit.*
20. *In maleficiis inauditus condemnari debet nemo.*
21. *Judex advocatos disputantes audire debet, utrum indicia procedant nec ne.*
22. *Judex si denegat copiam judiciorum reo, reddit processum nullum.*
23. *Usus Judiciorum Germaniæ.*
24. *Exceptiones contra personam testium.*
25. *An inhabiles in hoc crimine testes esse possint.*
26. *In capitalibus causis major solet esse penuria testium.*
27. *Explicatur regula, quòd testes inhabiles admittuntur, si veritas aliter haberi non posſit.*
28. *Testes inhabiles non admittuntur, nisi cum tortura.*
29. *Exceptiones contra dicta testium.*
30. *Exceptiones contra formam examinationis.*
31. *Forma commissionis in crimine veneficii.*

32. For-

32. *Forma citationis ad testes.*
33. *Forma denuntiationis ad Reum.*
34. *Forma articulorum accusatoris.*
35. *Forma interrogatoriorum Rei.*

1. QUando venefica spontè in judicio veneficium confiteri non vult, sed delictum negat ab ipsa patratum, tunc testibus erit convincenda. Nemo enim ex præsumptionibus damnandus, sed vel ex propria confessione, vel ex sufficiente probatione, ut cavetur cap. 22. De probatione his verbis: Es ist auch zu mercken / daß niemand auff einiger Anzeigung / Argwohns / Wahrzeichen oder Verdacht / endlich zu peinlicher Straff soll verurtheilt werden.

2. Videndum est, ne quisquam super alio indicio, suspicione, signo, aut præsumptione tantum pœnali judicio damnetur. Sufficiens autem probatio censetur in crimine veneficii & quolibet delicto testimonium duorum omni exceptione majorum. Tales enim plenam fidem faciunt, quia in ore duorum stat omne verbum, c. licet universis, c. Quotiens. De testibus l. 3. §. 1. D. de testibus c. 67. in Constitut. Criminali. So ein Missethat zum wenigsten mit zweyen oder dreyen glaubhafftigen guten Zeugen / die von einem wahren Wissen sagen / bewiesen wird / darauff soll nach Gestalt der Handlung mit peinlichem Rechten vollnfahren und geurtheilt werden. Si quod maleficium seu delictum ad minùs

minus duobus aut tribus fide dignis testibus, qui de vera scientia deponunt, probatum fuerit, debet utique, juxta conditionem ac statum facti, publico & pœnali judicio procedi judicarique.

3. Testes autem omni exceptione majores sunt, quibus nulla exceptio potest objici c. 66. cujus hæc verba sunt: Gnugsame Zeugen seynd die/ die unbeleumbd / und sonst mit keiner rechtmässigen Ursach zuverwerfen seynd. Sufficientes testes hi sunt, qui neque infamia laborant, neque ex ulla legitima causa rejici possunt.

4. Ad unius verò testimonium nullus condemnabitur, Deuter. 17. Et in hac re Doctores omnes tàm civilis juris, quàm Canonici consentiunt, quacunque dignitate, sanctimonia & existimatione testis ille fuerit.

5. Quapropter, si duo testes deposuerint, quòd invenerint apud Veneficam diffamatam & suspectam ollam (quod commune est instrumentum omnium Veneficarum) repletam bufonibus, hostiis, membris humanis, imaginibus cereis, quæ acubus transfixæ sunt, depositio ejusmodi plenissimam fidem facit.

6. Item, si deprehendatur Venefica, quòd infantem occiderit, hoc factum dici potest evidens ad convincendam Veneficam. Nihil enim Veneficæ tàm habent in more, quàm infantum cædes.

7. Item, si testes viderint, quòd Venefica limen stabuli vel domus effoderit, sortilegia in

olla

olla submiserit, unde postea pecudes mortuæ sunt.

8. Item, si testes viderint instrumentum obligationis mutuique inter Magum & Diabolum pacti ac subsignatum in scrinio ejus.

9. Item, si testes viderint Veneficam cum Diabolo sermones habere, & eum invocare. Depositiones hæ plenam faciunt fidem, & evidentes sunt probationes. Evidens quoque probatio est, si testes viderint, quod Magus homines, pecora incantaverit, in aërem ascenderit, cani sermonem protulerit.

10. Cæterum eò firmior probatio futura est, si testes actiones complures testificati de tempore, loco, hominibus, & aliis circumstantiis consenserint. Et hos Dd. contestes nominant Innocentius in c. qualiter de Accus. Anthon. Gomez. variar. resolutionum, T.3, c. 12. n. 10.

11. Singulares enim testes, qui separata ac diversa dicunt, ita ut eorum dicta conjungi nequeant, integrè non probant. Et habentur singuli pro teste unico. Vox autem unius, vox nullius est, & unus testis, ut dicitur, proficit (scilicet ad cumulandam probationem vel juramenti delationem in supplementum probationis impetrandum) sed non sufficit, Wesenb. in par. D. de testib. n. 6. Anton. Gomezius allegato loco. Sed hæc ita sunt intelligenda, quando diversitas vel singularitas testium jungi nequit.

12. Secùs si probationes imperfectæ conjungi

jungi possunt, ut quando tendunt ad unum eundemque finem Mynsing. obs. 100. cent. 2. Geil. lib. 2. obs. 66. num. 10. & 11. Ut si tres testes tria diversa facta pro testimonio dixerint. Putà, si hic dixerit, se vidisse Magum sub limen januæ aut in compito fodientem, (nam in hæc ferè loca jaciuntur sortes) deinde homines aut pecora moriantur; alter: quendam à Mago eodem tactum subitò morte oppressum esse; tertius: vicinum elanguisse, ex quo idem fuerat comminatus. Certè hi tres testes adjecta aliqua præsumptione plenè delictum probant. Etsi enim horum singularia sunt de singulis factis testimonia: tamen omnes in sortilegii crimine consentiunt. Inter omnes namque Dd. convenit, probationem istam sufficere, quando de delicto aliquo in genere probando agitur, quod comprehendit sub se differentes species sive actus particulares, ut hæresis, Magia vel Veneficium, adulterium. Baldus in l. Actor. C. de probat. & in l. 1. D. de Testam. Alexander cons. 13. lib. 7. num. 24. & consil. 72. ubi dicitur, hanc esse communem Dd. opinionem. Idem attestatur Abbas consil. 25. num. 1. Gomezius allegato loco num. 12.

13. Hoc probationis genus singularitatem adminiculativam, ein zubehülffliche Singularität/ vocavit Baldus in Rubr. de controv. invest. in usib. Feud. & in Authen. Rogati, C. de testibus.

14. Plurimum differentem à singularitate contradictoria & sibi ipsi repugnante, quam obsta-

obstativam, ein hinderliche Singularität nominat, cùm videlicet testis unus probationem alterius evertit, loco, tempore, similibusvé circumstantiis ab eo diffidens, tunc enim probatio est insufficiens, maximè ubi de vita & pœna corporali agitur, quo in genere firmior probatio requiritur, quàm in causis civilibus.

15. Julius Clarus in Pract. Criminal. quæst. 53. istam singularitatem adminiculativam scribit tantum hoc operari, ut reus acriùs torqueri possit, vide ibidem.

16. Jam quæritur: An testimonium duorum ad damnandum Magum sufficiat, quamvis ille crimen confessus non sit? Et respondetur, quòd sufficiat: c.6. Constitut. Carolinæ, ibi: So ein Missethat mit zweyen Zeugen bewiesen wird / darauff soll geurtheilt werden. Sufficit ergò crimen probatum esse, quamvis reus illud confessus non sit: quemadmodum etiam contra sufficit, reum crimen esse confessum, quamvis illud non sit probatum, cap. 22. Constitut. Carolinæ. So jemand endlich zu peinlicher Straf verurtheilt / das muß auß eigen Bekennen oder Beweisung geschehen. Hac igitur constitutione dirimitur controversia Doctorum, & rejicitur sententia eorum, qui putabant ad damnationem requiri utrunque & reum de crimine convictum, & illud confessum esse. Baptista à Villa, in litera A. num. 114. Vigelius in explicatione Constit. Carolinæ cap. 3.4. Reg. 2. Si crimen fuerit probatum: hoc reo indicandum est ad eliciendam

ejus confessionem, ut habetur in Constitut. Criminal. c.69 his verbis: So der Beklagte.

17. Sed quæro, utrum judex possit testes idoneos compellere ad jurandum, de dicenda eidem in causa Veneficarum veritatem? Respondeo: In causis civilibus, in quibus turpe est celare veritatem, faciliùs cogi possunt, quàm in criminalibus, quo in genere occultare alterius dedecus non est reprehendendum. Nemo enim legibus tenetur, cujusque crimen denudare. Wesenb. in parat. D. de testibus num. 5. Hodiè tamen indistinctè compelli possunt, quando veritas aliter haberi nequit, tot. tit. Extr. de testibus cogendis vel non. & ibi Daniel Venatorius, Julius Clarus §. fin. quæst. 24. num. 12. Modus autem testium cogendorum hic est, non ut incarcerentur, sed ut præstito jurejurando caveant, se testimonium dicturos l. si quando, 15. in princ. C. de testibus. Sed & indicta mulcta & captis pignoribus cogi possunt. Francisc. Viv. verbo testis citatus. Item, per excommunicationem possunt cogi c 1. in fine, cum c sequente, & c. ult. in fine extr. de testibus cogendis. Nec distinguitur, utrum testis privatus sit, an in magistratu positus l. ob carmen 21. §. 1. ff de testibus, & c. ult. § si res exigat 4. quæst 2. Quamvis item testis juraverit, se non revelaturum, quod vidit vel audivit, nihilominùs ad dicendum testimonium cogi potest c. intimavit, 18. extr. de testibus, c. ult. De testibus cogendis. Accedit Francisc. Viv. lib. 2. in

in verbo confeſſionem, num. 3. Cæterum teſtimonia horum teſtium ad condemnationem non ſufficiunt, ſed tantum ad torturam, quia, cum ſit contra eos exceptio exceptio aliqua, non ſunt tantæ fidei, ut quis poſſit ex eorum dictis condemnari. Ad condemnandum enim requiruntur probationes luce meridiana clariores, ad inquirendam verò veritatem per torturam, minores ſufficiunt probationes. Et hæc eſt communis Dd. concluſ. Anthon. Gab. Rom. lib. 1. Com. concluſ. concl. 7. num. 7. Julius Clarus lib. 5. §. fin. quæſt. 21. verſic. Sed pone, quod non unus tantum. Chaſſan. ſuper conſuetud. Burgundiæ. Rubr. 1. §. 5. num. 123. Hippolytus Marſilius in Practic. Criminal. §. Diligenter. num. 3.

18. Ulterius quæro: An examen teſtium in hoc maleficii genere delegato ſive commiſſario poſſit committi? Reſpondeo. In criminalibus teſtium receptio committi nequit, ſed in præſentia judicis fieri debet. Authent. apud Eloquentiſſ. C. de fide inſtrumentorum l. 3. §. ibi Divus, ff. de teſtibus, ibi nam ipſos interrogare ſoleo. At Doctores in d. Authentica, exiſtimant etiam in criminalibus commiſſionem fieri poſſe, publicæ utilitatis gratia, ne delicta maneant impunita. Quorum opinionem quoque Conſiſtorium ſupremum Germaniæ in decernendis commiſſionibus quotidiè in cauſis fractæ pacis ſequitur, quas criminales eſſe conſtat. Geil. 1. obſervat. 96. num. 10. & 11. Atque

que ita hodiè quilibet magistratus juxta Constitutionem Carolinam cap. 72. & 73. alteri examen testium potest committere.

19. Copia quoque articulorum reo judex communicare debet, ut interrogatoria suá exhibere possit, prout in civilibus usitatum, l. 27. §. 7. ibi interrogandique facultas datur. D. ad l. Jul. de Adulter. Estque communis opinio. Wesenbec. in Parat. D. de quæst. num. 11. Plancus in Pract. Criminal. num. 32. 33. 34. Quia reus ad probationem suæ defensionis est admittendus c. 74. Constitut. Carolinæ.

20. Cum in maleficiis inauditus nemo condemnari debeat l. 2. D. ad l. Cornel. de Sicar. Inauditus est autem, cujus defensiones priùs auditæ non sunt. Jacob. Cujac. observ. lib. 6. observ. 17 Et Bartol. in l. final. D. de quæst. inquit:

21. Audire judex debet advocatos disputantes, utrum indicia procedant nec ne?

22. Imò, si reo copia judiciorum vel articulorum denegetur, processus erit nullus, quia defensio nemini auferri debet, ne à principe quidem, imò prudens, æqui, justique observans judex, etiam ex officio, nemine rogante, hanc communicationem facere debet. Geil. de pace publica lib. 2. num. 8. Julius Clarus quæst. 23. in fine asserit, hodiè de consuetudine in criminalibus interrogatoria à parte diversa non exhiberi, sed ex arbitrio judicis in examinatione interrogatoria formari.

23. Verùm supra dicta ita passim in Judiciis Germa-

Germaniæ benè constitutis observantur. Inferuntur enim semper tenori commissionis etiam in criminalibus hæc verba: **Und werdet ihr dem beklagten Theil von den Indicional-Artickel Abschrifft zuschicken/damit er seine Interrogatoria und Fragstück zeitig verfertigen und übergeben kan.**

24. Sunt autem plurima, quæ testibus opponuntur, quorum alia sumuntur à circumstantiis personæ, aliâ à qualitate dictorum, alia à forma examinationis. A persona sumuntur exceptiones, ut si allegetur, testes esse ignotos cap. 63. **Unbekandte Zeugen sollen auff Anfechtung deß Gegentheils nicht zugelassen werden / es würde denn durch den / so die Zeugen stellet / stattlich fürbracht / daß sie redlich und unverleumbt weren.** Peregrini & ignoti testes non debent ex impulsione seu interpellatione partis adversæ admitti, nisi is, qui producit testes, proposuerit, integros ac fide dignos esse. Item, redemptos & corruptos cap. 64. **Belohnte Zeugen seynd auch verworffen/und nicht zulässig/sondern peinlich zu straffen.** Conducti testes etiam rejiciendi sunt & non admittendi, quin potiùs pœna adfligendi. Fassos cap. 68. in Constitutionibus Criminalibus. **Wo Zeugen erfunden oder überwunden werden/die durch falsche boßhafftige Zeugschafft jemand zu peinlicher Straff unschuldiglichen bringen / oder zu bringen unterstanden / die haben die Straff verwircket/ in welchen sie den Unschuldigen/ als obstehet/haben bezeugen wöllen.** Si qui testes falsi reperti fuerint, atque convicti, quod per

falsam & malignam testificationem, quem insontem pœnæ addixissent, vel addicere præsumpsissent, ii pœnam incurrunt eam, in quam innocentem conjicere voluerunt.

25. Inhabiles tamen in defectum aliarum probationum testes in hoc scelere atrocissimo esse possunt. Joannes Franciscus Ponzinibius de Lamiis num. 84.

26. In capitalibus enim caussis major solet esse penuria testium, quàm in civilibus & legitimis actionibus, quæ ut plurimum ex contractibus oriuntur, qui non fortuitò, sed consultò, testibus advocatis celebrari solent, quæ ratio in caussis criminalibus cessat. Accipiendus enim est unusquisque, ut se obtulit, cùm delictum admitteretur. Sprengerus p. 3. quæst. 4. Justus Reuberus de testibus p. 3. num. 10.

27. Generale quoque dogma est, & multum singulare, quando veritas aliter haberi non potest, admittendos esse testes etiam inhabiles, & minùs idoneos, quando ex natura facti, delicti seu negotii verisimiliter habita, & actu aliter evenire non potuerunt, aliàs secùs. Julius Clarus lib. 5. quæst. 24. numer. 19. Mynsinger. cent. 3. observat. 16. ubi ostendit, quòd is, qui inhabiles testes producit, asserendo, alios non reperiri, nec aliter veritatem cognosci posse, illud probare teneatur, propterea quod adversarius intentionem suam fundatam à jure communi habeat, nempe, testes inhabiles à testificando arcendos esse, nisi ex diverso, & sic per

pro-

producentem doceatur, veritatem aliter sciri non posse. Nam ex quo in certo casu excipit, tenetur exceptionem suam probare, prout istud in simili explicat Hieronymus Schurff. consil.69.num.14.& 15.cent.1.ubi multas concord.allegat: alioqui semper quis valeret producere testes inhabiles, dicendo, sese alios habere non posse. Mynsing. allegato loco.

28. Porrò testis inhabilis & infamis non admittitur, nisi cum tortura, talis enim tortura purgat defectum testis, adeò ut fidem faciat contra reum, licet aliàs sine tortura non probaret. Bossius in titul. de tortura test. num. 3. Julius Clarus quæst.25.num.1.2.3.4. Sed ad illam torturam testium non est descendendum, nisi aliæ probationes non sint in promptu, quia probatio, quæ per torturam fit, in subsidium est admissa. Sichardus in l.1.§. ne autem numero 3.& 4.C.de jurejurando propter calumniam.

29. Contra dicta & testimonia excipitur, dicta esse obscura, aut varia, ambigua, vacillantia, contraria, negativa, non congruentia neque verisimilia, falsa, præmeditata & composita, extra articulos & interrogata, absque idonea scientiæ causa c.71. Constitut.Crimin. Der Richter soll mit Fleiß verhören und sonderlich eigentlich auffmercken/ ob der Zeug in seiner Sag würde wanckelmütig und unbeständig erfunden/ solche Umbstände/ und wie er den Zeugen in eusserlichen Geberden vermerckt/ zu dem Handel auffschreiben. Judex diligenter audiat, ac studiosè

animadvertat, an fortaſsè teſtis in ſua depoſitione vacillet, aut inconſtans appareat: quæ circumſtantiæ, quomodoque ſe in eo negotio habuerit, geſſeritque teſtis, conſignentur.

30. Contra formam excipi poteſt, teſtem examinatum eſſe injuratum, non rogatum, neque citatum, aut parte adverſa non citata: aut ante litem conteſtatam, vel poſt publicationem aut renuntiationem, aut ſufficientem productionem receptum: non ſecretò neque ſigillatim, nec ad omnia interrogatoria diligenter interrogatum eſſe. Weſenbec. in Parat. D. de teſtibus num. 7. cum ibidem allegatis.

31.

Forma Commiſſionis.

Von GOttes Gnaden N. Hertzogen zu N. etc.

Erbahre und Erſahme liebe Getrewe/ demnach der auch Erbar/unſer lieber getrewer N. zu N. verſchiedener neulicher Zeit eine Weibsperſon N. die er etzlicher böſen zäuberiſchen Thaten halben / ſo ſie ihme zu Nachtheil und Schaden an den Seinen begangen haben ſoll/ verdächtlich hält / anhero in unſer Hafft und Gefängnuß von N. bringen laſſen/ und nun zu Erweiſung deſſen / auch zu Erforſchung und Erkundigung der Warheit/

etzliche

etzliche Zeugen abhören zu lassen willens ist/ zu dero Nothdurfft er euch zu Commissarien zu verordnen / uns unterthänig ersucht und gebethen: Als befehlen wir euch hiemit gnädig / ihr wollet die Zeugen / die er oder sein Vollmächtiger euch namhafft machen wird/ ungesäumt / und auff ihr erstes Ansuchen/ bey euch auf einen gewissen Tag anhero gegen N. citiren / sie auff inverschlossene deß Anklägers N. übergebene indicional-Articfel / vermittelst gewöhnlichen Zeugen Eyds / abhören/ auch ernannten N. ob er mehr indicionales einbringen / wie denn auch der gefangenen N. Ehemann / ob er solche Vereydung der Zeugen beywohnen/ auff die indicional Articfel/ davon ihr ihme Abschrifft zuschicken werdet/ interrogatoria und Fragstuck übergeben/ auch dem Examini einen in unserm Hoffgerichte immatriculirten Notarium adjungiren wolle/ solchen Tag zeitlich zuvor ankündigen/ und der Zeugen endliche Außsage durch unsern Secretarium N. den wir auff des Anklägers Unkosten hierzu zum Notario verordnet/ fleissig verzeichnen lassen / und uns dieselbige unter eweren Pittschafft verschlossen ungeseumt einschicken. Darauff wir die Billichkeit / und was dem Rechten gemeß/ ohne längern

gern Verzug zuvorabscheiden / und ergehen zulassen haben mögen / ist unsere gnädige zuverlässige Meynung. Datum N. Anno 90.

Dem Erbarn und Ersamen/unsern Amptmann und Stadtvogt zu N. und lieben Getrewen N. und N.

32.

Forma Citationis ad testes, wie die an die Zeugen mutatis mutandis abgangen.

Des Durchleuchtigen / Hochgebohrnen Fürsten und Herrn/ Herrn N. zu N. verordnete Commissarii, Wir N. zu N. geben euch/den Edlen und Ehrnvesten N. zu N. nebenst Zuerbietung unserer willigen Dienst/ hiemit zu erkennen / daß wir von hochgedachtem unserm gnädigen Herrn/befelcht seyn/die Zeugen / welche der Edel und Ehrnveste N. zu N. uns namhafft machen / und wider N. die er Zäuberey halben verdächtlich hält / und gefänglich alhier sitzen hat/procediret würde/zu Erkündigung der Warheit / für uns citiren/ und nach Inhalt der Commission, die euch zu seiner Zeit fürgelesen werden soll / abzuhören. Wann wir uns denn nu demselbigen zu gehorsa-

horsamen schüldig erkennen / als citiren und laden wir euch / als ernennte Zeugen / Krafft habender Commission, der Gestalt / daß ihr auff künfftigen Montag / zu früher Tagzeit/ umb 7. Uhr alhier auff dem Rahthause für uns ohne Außbleiben erscheinet / so wohl auff deß Klägers indicional-Artickel / alß auff die interrogatoria und Fragstücke / vermittelst gewöhnlichen Zeugen-Eydes/etwere Wissenschafft außsaget / damit hochgedachter unser gnädiger Fürst und Herr/nach auffgenommener beständiger und gewisser Kundschaft/ hierinn der Gebühr und dem Rechten nach / ohn längern Verzug zu verfahren haben möge. Das gereicht zu Beförderung der heilsamen Justitien/ und zu Erstattung unsers gnädigen Fürsten und Herrn gnädigen Willens und Begehren. Datum N. unter unsern Pittschafft/ den letzten Aprilis, Anno 90.

33.

Forma Denunciationis an den angeklagten Theil.

NAch dem der Durchleuchtige / Hochgeborne Fürst und Herr/ Herr N. &c. uns in einer Commission gnädig aufferlegt und befohlen/ daß wir die Zeugen / welche uns der Edle

Edle und Ehrnveste N. zu N. namkündig machen / und wider die allhier gefänglich enthaltene N. produciren würde / für uns förderlichst citiren / erfordern / und sie auff des Anklägers übergebene indicional-Artickel / wie denn auch auff die interrogatoria und Fragstücke / so deren einige übergeben würden / abhören / und durch den Notarium, von seiner F. G. hierzu verordnet / verzeichnen lassen sollen / und wir aber nu die Zeugen auf den 18. Tag dieses Monats / wird seyn der nechstkünfftige Montag / alhier auf dem Rahthause zu früher Zeit umb 7. Uhr zu erscheinen / citirt haben; Als thun wir euch N. als der Gefangenin N. Ehemann / so wohl auch ihren Söhnen / und andern ihr zugehörigen Freundschafft / solchen Tag hiemit verkünden / ob ihr für euch selbst in eigner Person / oder durch eweren Gevollmächtigen / alßdann alhier auch ankommen / solche Fürstellung und Vereydung der Zeugen ansehen und anhören / auch ewere Fragstücke auf die Indicional-Artickel darvon ihr Abschrifft hierbey zu befinden / übergeben / und dem Examini einen glaubwürdigen Notarium zu ordnen wollet / und wiewol wir für unsere Personen nicht gerne wolten diese Sachen auffgehalten sehen / so soll es euch doch frey stehen / da ihr nicht köntet also

gefast /

gefaſt / wie obſtehet / alßdann erſcheinen / uns daſſelbige zeitlich für dem angeſetzten Tag ſchrifftlich zu wiſſen zu thun / damit wir uns darnach zu richten wiſſen / und die Zeugen / wie denn auch den Ankläger / darauff zu verwarnen. Datum N. Anno 90.

34.

Indicional - Artickel deß Edlen und Ehrnveſten N. Anklägers / contra N. Angeklagte.

1. Ob nicht wahr / daß in dem göttlichen und algemeinen geſchriebenen Kayſer-Rechten bey höchſter Straff verbotten / daß niemand Zauberey gebrauchen / vielweniger Menſchen und Viehe damit tödten und Schaden zufügen ſoll?

2. Ob nicht wahr / daß N. Angeklagte von den Leuten dieſes Orts zu N. lange Zeit hero mit der Zauberey verdacht und berüchtiget geweſen / und für eine Zauberinne / gleich wie auch ihre Mutter / von N. und vielen Leuten gehalten worden?

3. Ob Zeugen nicht gehöret / was ſie begangen / und ſolches in ſpecie zu berichten un̄ zu vermelden.

4. Ob nicht wahr / daß gemelte N. vo: einem Jahr / auff Walpurgi Abend / für N. Thor unter ſeinem Viehe geſtanden / und über daſſelbige Sand Creutzweiß geworffen?

5. Ob nicht wahr / daß N. Angeklagtin ihme Anklägers Weyde und Trifft auff der Dummerßdörffer

dörffer Feldmarckt dermassen durch die ihre Zauberey und Teuffelskunst vergifftet / daß Anklägers Viehe mehrertheils davon abgegangen?

6. Ob nicht wahr/daß Angeklagtin N. von N. Anklägers abgegangenen Rind Haar abgeschnitten/und dasselbige in ihren Busen gestecket?

7. Ob nicht wahr / daß N. Angeklagtin im Geschrey gewesen / wie sie ihres Nachbarn N. Tochter durch ihre Zauberey / welche sie unter ihres Nachbarn Thür und Schwellen begraben / dermassen/ wie die Tochter hernacher darüber gegangen / bezäubert/daß sie darinn den Todt genommen?

8. Ob nicht wahr / daß N. der Jünger / vielgedachter N.Sohn/auff eine Zeit/ von wegen begangenen Ungehorsams/ gefänglich eingezogen?

9. Ob nicht wahr / daß derselbige sich bedräulich vernehmen lassen / es solte solches ihme dem jungen Junckern seine alte Mutter wol gedencken / und ihme übel bekommen?

10. Ob nicht wahr/ daß bald darauff gedachter N.mit schwerer schrecklicher Kranckheit angegriefsen und geplaget worden / also / daß er weder Tag noch Nacht hat ruhen können/und allezeit jämmerlich geruffen und geschrien / auch endlich daran gestorben?

11. Ob nicht wahr / daß auß allen Umbständen bey gedachtes N. Kranckheit so viel gespüret worden / daß seine Kranckheit übernatürlich gewesen/ auch kein Doctor der Artzney dieselbige hat curiren können?

12. Ob

12. Ob nicht wahr/ daß N. Angeklagtin/ so offt N. Ankläger sey gekommen/ flüchtig worden/ und nach N. und andere umbligende Dörffer gewichen?

13. Ob nicht wahr/ als N. Angeklagte gefänglich angegriffen worden/ daß sie unterschiedlichen mahlen gesagt: Jetzunder ist meine Straffe vorhanden?

14. Ob nicht wahr/ daß sie den Leuten/ die sie die Nacht über zu N. bewachet/ vermeldet/ daß sie nach N. zum Fenster geführet würde/ sie wolte ihrem Sohne N. anzeigen/ daß er auß dem Wege gehen/ und sich hinweg machen solte?

35.

Interrogatoria der Angeklagtin N. contra N. zu N. Erbgesessen/ zudringenden Anklägers Indicional-Articel.

Für deß Durchleuchtigen/ Hochgebornen Fürsten und Herrn/ Herrn N. Hertzogen zu N. verordneten Commissarien/ Euch den Edlen und Ehrnvesten/ Erbarn und Wohlweisen N. zu N. Rahtsverwandten zu N. erscheinet der gefangnen N. Ehemann für sich/ seine Söhne und Töchter/ sampt andern/ darzu gehörigen Freunden/ zu gehorsamer Folge deren von euch verordenten Fürstlichen Commissarien außgegangener Citation. Und nach dem erwehnter N. auß deß Edlen N. zudringenden Anklägers Indicional-Articel so viel vermercket/ daß er sich gegen und wider die zur Unschuld einge-

eingezogene und bezüchtigte N. einer Beweisung vermeyntlich unterstanden/auch darauff obgemeldte Articel übergeben lassen; Als thut demnach berührter N. darwider seine Interrogatoria und Fragstücke übergeben mit Bitte/wie sich auch nicht anders zu Recht gebühret/ die fürgestellten Zeugen/ nach geleistem Zeugen-Eyde/ auff alle und jede Fragstücke nicht weniger denn auff die Indicional-Articel fleissig zu verhören / und deren Außsage treulich verzeichnen und auffschreiben lassen. Sonsten aber/da solches nicht geschehen/sondern etwas übergangen würde/so will N. von der Nichtigkeit und Nullität deß Examinis & totius processus protestiret/und keines weges darinn bewilliget haben/sich auch über das/insonderheit wider der Zeugen Person und Außsage/nach Eröffnung deß Gezeugnüß/ seine rechtliche Nothdurfft nach zu excipiren und einzuwenden/fürbehalten haben/de quo iterum protestatur. Dem zu Folgen wolten die verordenten Fürstliche Commissarii, nebenst dem Notario, auch einen jeden Zeugen/ insonderheit ehe und zuvor/denn dieselbigen ihre Deposition und Außsage darthun/vorerst seines geleisteten Eyds/ wie auch deß ernstlichen göttlichen Gebotts: Du solt nicht falsch Zeugnüß geben/ und der grossen Gefahr eines Meineyds fleissig erinnern.

Zum Andern/wie ein falscher Zeuge drey Personen beleydige/ Erstlich GOtt den Allmächtigen schwerlich erzürne/und sich dem Teuffel/ welcher ein Vatter der Lügen und der ewigen Verdamnuß ist/ mit Leib und Seel ergebe/ zum andern den Richter betriege/

betriege / und zum falschen Urtheil verursache / und zum Dritten auch dem Part an seiner Ehre / Leib und Leben verletze / beschädige und das Seine abschwere.

Zum Dritten / daß auch seine Außsage hernachmahls gerichtlich eröffnet werde/und davon der gefangenen Frawen Ehemann und Freunden Abschrifft/ dawider zu reden und zu handeln/zugestellet und öffentlich an den Tag gebracht werde / und wo es da befunden/daß es wider die Warheit fälschlich gezeuget / daß er alsdann des Meineyds halben erschrecklich gestrafft und Ehrloß verurtheilt werde.

Zum Vierdten / den Zeugen auch mit allem Ernst und Fleiß zu erinnern/wie erschrecklich GOtt der Allmächtige durch den H. Apostel S. Paul denen mit seinem gestrengen Urtheil und Gericht dräwet / die wissentlich und fürsetzlich mit falscher Gezeugnüß sundigen/mit den Gedancken und gottloser Meynung / als wollen sie noch wol zur Zeit Reu und Leyd darüber haben/Busse thun/ und bey GOtt deßwegen widerumb zu Gnaden kommen/ und daß derowegen ein solcher Zeuge allhie zeitlich und hernacher von GOtt dem gestrengen Richter ewiglich gestraffet werde.

Gemeine Fragstücke.

1. Soll ein jeder Zeuge befragt werden / weß Namens / Stammes / auch wie Alt / Reich und Vermögend er sey?

2. Wo und unter welchem er wohne / und wohero Zeuge bürtig?

3. Wie er zu dieser Zeugnüß kommen? ob er sich selbst darzu erbotten / oder gebührlich darzu citiret worden sey?

4. Ob sich auch Zeuge als ein Christ verhalte / in die Kirche gehe / GOttes Wort höre / das hochwürdige Sacrament gebrauche? wie lange er sich dessen enthalten / und nicht gebraucht habe?

5. Ob Zeuge auch des Zeugenführers Unterthan / Vogt / Taglöhner / oder ihme sonst einige Dienst zu leisten schuldig sey?

6. Ob er auch dem Zeugenführer mit Schulden verhafft?

7. Ob Zeuge auch ein Todtschläger / Ehebrecher / Dieb / Hurer / Gotteslästerer / Wucherer / Schwermer und Vollsäuffer / oder sonsten sich jemahls mit dergleichen Lastern und Stücken befleckt habe / darumb zu rede gesetzt und besprochen worden sey / oder daß seine Mitgezeugen mit oberzehlten Lasterstücken und Unthaten berüchtiget worden seyn? ernstlich und fleissig zufragen / und wer die seyn / bey seinem Eyde anzeigen thue.

8. Ob Zeuge auch dieser Zeugnuß halben einigen Gewinn zuerlangen verhoffe / oder ob ihm auch etwas dafür verheissen / zugesagt und versprochen / oder sonst an der Sachen mit gelegen sey?

9. Ob Zeuge auch dem Zeugenführer mit Blutfreundschafft / Schwägerschafft / Gevatterschafft / oder sonsten in andere Wege mit geselliger Freundschafft verwandt und zugethan sey / wasserley Gestalt und wie nahe?

10. Ob

10. Ob Zeuge auch mit der gefangenen N. jemahls einige Feindschafft/ Groll / Neid / Haß oder Widerwillen gehabt oder noch hab?

11. Ob es nicht wahr / Zeuge auch bey seinem Eyde bekennen muß/daß er dem Zeugenführer mehr als der gefänglichen enthaltener Frawen gewogen sey?

12. Ob Zeuge auch albereits wisse / warumb er soll befragt werden? wer ihme das gesagt / oder wo er es sonsten erfahren habe? bey seinem Eyde zu fragen.

13. Ob Zeuge auch jemahls die Indicional-Artickel / darauff er jetzo verhöret werden soll / vor dieser seiner Außsage gesehen / gelesen / oder verlesen und fürgehalten gehöret? wer ihme davon gesagt/ an welchem Ort und auff was Zeit dasselbige geschehen sey? bey seinem Eyde gantz fleissig zu fragen.

14. Da Zeuge sagen und bekennen würde / daß ihme deß Anklägers Indicional-Artickel albereits fürgehalten und fürgelesen worden / vermittelst geleisteten Eyds ernstlich zu fragen / was Zeuge dem Ankläger darauff hinwider zur Antwort gegeben/ und für Außsage gethan habe?

15. Ob Zeuge auch vom Zeugenführer verwarnet / erinnert und unterrichtet worden sey / wie und was er auff die übergebene Indicional-Artickel/ so ihme wieder fürgehalten werden sollen / oder sonsten durch andere untersetzte Personen mit Zeugen dieser Sachen halben reden lassen / was dasselbige für Leute gewesen / und durch welchen es geschehen sey?

16. Ob Zeuge auch dem Zeugenführer und seinem Sohn etwas zu Beförderung dieser Sachen angegeben/ gerathen / sein Bedencken mitgetheilet/ und angeben lassen/oder sonsten auch mit im Rath gesessen / dabey an und über gewesen / als von dieser Sachen wider N. gerathschlaget worden ist?

17. So Zeuge sagen und bekennen wird/daß er etwas gerathen/angegeben/berichtet/ mit im Rath gesessen/und angeben lassen/ zufragen/was dasselbige gewesen sey?

18. Ob Zeuge auch für seine Person hiebevor jemahls in dieser Sache darzu gerathen / und seine Stimm gegeben/ daß N. gefänglich angenommen und verstrickt werden möchte.

19. Ob Zeuge auch dem Ankläger albereits etwas davon offenbahret / was er auff seine Indicional-Artickel / so ihme jetzo wieder fürgehalten werden sollen/von newem sagen und zeugen wolle?

20. Ob es nicht wahr/Zeuge auch vermittelst geleisteten Eyds bekennen / und darzu / so war er selig zu werden verhoffet/nicht anders zu sagen weiß / wo fern Zeugen Anklägers Artickel albereits nicht fürgehalten und fürgelesen / oder auch zuvor vom Ankläger allerseits nicht unterrichtet worden were / er zwar alßdañ auch für seine Person von Angeklagter N. Bezüchtigung weniger als nichts zu reden noch zu sagen würde gewust haben?

21. Ob Zeuge nicht dißfals / da er wider Zeugenführers Artickel zeugen würde / sich bey dem selbigen Ungunst zu befahren habe?

22. Ob Zeuge auch Lust darzu trage / daß Angeklagte

geklagte N. vom Leben zum Todt möcht verurtheilet werden?

23. Welchem Theil Zeuge den Gewinn und Sieg dieser Sachen am liebsten gönne? da er antworten würde: Der recht hat; zu fragen/ wer denn das beste Recht habe?

Solche und dergleichen nothdürfftige gemeine Fragstücke will N. der armen gefangenen Frawen Ehemann/der verordneten Fürstlichen Commissarien Legalität ferner zu verbessern und zu extendiren anheim gestellet haben. Mit Bitte/ da Zeuge nach Verlesung der Artickel ihme davon nicht bewust zu seyn/bekennen und sagen würde/ daß er alsdann auch weiters auf die Interrogatoria, zu Verhütung aller Nichtigkeit/nicht gefraget werden soll.

Andere Fragstücke auff die Indicional-Artickel.

Bey dem Ersten und andern Artickel.

1. Umb Ursach seines Wissens/und woher Zeuge solchen Artickel wahr seyn wisse? fleissig zu fragen.

2. Ob Zeuge bey seinem geschwornen Zeugen-Eyde eygentlich und für gewiß reden/ sagen und zeugen könne/auch daran im Wenigsten nicht zweifele/sondern auff sein Gewissen und Theil deß Himmelreichs wol nehmen könne und wolle/ daß die gefangene N. eine böse fürsetzliche Zäuberinne sey/und woher Zeuge solches wisse?

3. Ob Zeuge für Wahr sagen könne/daß die ge-

 fangene

fangene Frau oder ihre Mutter berüchtiget gewesen/daß sie an den Einwohnern zu N. Zäuberey begangen/ oder bewiesen haben / und an weme dasselbige des Orts geschehen sey?

4. Ob Zeuge bey seinem geleisteten Cörperlichen Eyde für gewiß sagen könne / daß einem Menschen durch N. begangener Zauberey zu N. oder andern Orthen jemahls etwas Böses widerfahren/und zugefügt worden sey / was daßselbige für Leute gewesen/wie sie geheissen/zu welcher Zeit es geschehen/ ob Zeuge dieselbigen gesehen/ und besprochen habe?

5. Ob Zeuge an Orthen und Städten / da die gefangene Fraw solche Artickulirte Zauberey an jemanden geübet und gebraucht/ mit darbey/ an und über gewesen/oder dieselbige sonsten darüber betroffen? zu welcher Zeit/Orth und Stelle dasselbige geschehen sey?

6. Ob Zeuge für Wahr sagen könne/daß N. jemahls mit Zäuberinnen conversirt, die gehauset/ sich zu denselbigen gesellet / Gemeinschafft und Freundschafft mit ihnen gehalten / oder auch sonsten mit verdächtigen Dingen/ Geberden/ Worten und Wercken umbgangen? wenn und zu welcher Zeit solches geschehen sey?

7. Ob Zeuge bey seinem geschwornen Zeugen-Eyde für gewiß sagen und zeugen könne/daß N. von seligem N. bey seinem Leben oder andern Leuten daselbst öffentlich ins Angesichte für eine Zauberinne gescholten worden sey/ob Zeugen dabey gestanden / und solches mit angehöret / was N. darzu gesaget/ auff welche Zeit in welchem Jahr dasselbige geschehen/

hen/auch was es zu dem für Leute mehr gewesen/ so N. für eine Zauberinnen gescholten und gehalten haben? mit Namen anzuzeigen.

8. Ob N. auch an Zeugen / den Seinen oder derselben Freundschafft einige Zäuberey bewiesen habe?

9. Ob Zeuge bey seinem geleitesten Eyde mit Warheit sagen und bezeugen/auch auff sein Gewissen wol nehmen könne und wolle/daß N. den Leuten zu N. oder sonsten einigen andern Menschen hohes oder niedriges Standts zu bezäubern solte bedräuwet haben/ welchem auch darauff alsofort etwas Böses begegnet und widerfahren seyn solte/ woher und zu welcher Zeit es geschehen / ob Zeuge darbey gewesen / und solche Bedräwung mit angehöret habe?

10. Ob es nicht wahr / und Zeuge bey seinem Eyde bekennen muß daß der gefangenen N. solcher Verdacht und Gerücht mehr auß Feindschafft und Mißgunst/denn einigem warhafftigen Grund von den Leuten hinterzück nachgesagt wird?

11. Ob es nicht wahr / und Zeuge bey seinem Eyde bekennen muß / daß die N. von den Leuten zu N. auch andern umbliegenden Dörffern mehr/lange zeithero alleine für eine Hebamme und Wehmutter/und nicht für eine Zäuberinne/bey den krancken Frawen in Kindsnöthen / hin und wider gebrauchet / berüchtiget / und darfür gehalten worden sey?

12. Ob Zeuge wisse / durch weme vorerst deß Orths zu N. solch zugemessener Verdacht und Ge-

rüchte der Zäuberey erschollen / und ob demselbigen auch also warhaftiglich zu gläuben und beyzupflichten sey?

13. Ob Zeuge auch wisse / was ein Verdacht und ein Gerüchte sey / und ob seine Außsage in diesem Fall alleine ein Verdacht machen könne?

14. Wie viel Leute ein glaubwürdig Gerücht und Verdacht machen können?

Bey dem dritten uñ vierdten Artickel.

1. Umb Ursach seines Wissens zu fragen / ob Zeuge bey seinem geschwornen Zeugen-Eyde mit Warheit sagen und bezeugen könne / daß N. bey N. Leben unter seinem Viehe gestanden / und über dasselbige Sand Creutzweiß geworffen habe / für welchem Hoff und Thor dasselbige geschehen sey?

2. Ob Zeuge mit darbey / an und über gewesen / oder sonsten gesehen / daß solch Sand übers Viehe geworffen worden / was für Wort sie gebrauchet / auch in welchem Jahr / umb welche Zeit und Stunde des Abends solchs geschehen sey / oder ob Zeugen nur solches von andern gesagt / und von welchem?

3. Ob Zeuge N. eygentlich gekandt / auch was sie für Kleider angehabt / gesehen?

4. Was N. zu Artickulirten Sandwerffen gebraucht / ob sie es mit der Faust oder sonsten anders wo mit gethan habe?

5. Was auch das Viehe / darunter N. gestanden haben soll / für Haar und Farbe gehabt?

Bey

Bey dem fünfften Artickel.

1. Umb Ursach seines Wissens zufragen.

2. Ob Zeuge bey seinem Eyde für gewiß sagen könne / daß N. Viehe der N. Bezauberung halben allein und keiner andern Ursach / auff der Dummerßdörffer Feldmarck abgangen sey?

3. Ob es sich nicht bißweilen begebe und zutrage / daß das Viehe auch wohl ohne Bezauberung umbkommen kan?

Bey dem sechsten Artickel.

1. Umb Ursach seines Wissens zu fragen.

2. Ob Zeuge darbey gestanden und angesehen / oder woher ers sonsten wisse / daß N. das Haar von N. todten Rinde abgeschnitten/und darnach in den Busem gesteckt?

3. Was Artickulirtes abgegangenes Rind für Farbe gehabt/womit das Haar abgeschnitten/und unter welche Seiten der Brust sie das Haar gestecket/zu welcher Zeit / an welchem Ort / auch in was Jahr es geschehen sey?

4. Ob Zeuge eigentlich gesehen/daß es N. gewesen/und was sie für Kleider angehabt habe?

Bey dem siebenden Artickel.

1. Umb Ursach seines Wissens/und woher Zeuge den Artickel wahr seyn wisse? fleissig zu fragen.

2. Ob Zeuge bey seinem geschwornen Zeugen-Eyde für gewiß sagen und zeugen könne/ daß die gefangene N. bey N. Leben im Geschrey gewesen sey/ daß sie ihres Nachbarn Tochter zu todte bezaubert haben solte/ und ob Zeuge solches von N. und seiner Haußfrawen selber gehöret habe / zu welcher Zeit und in welchem Jahr solches geschehen sey?

3. Ob nicht wahr / und Zeuge bey seinem Eyde bekennen muß / daß N. dessen vielmehr von seligen N. und desselben Haußfrau / so noch im Leben unschuldig gehalten / als daß sie mit solchen Dingen umbgangen haben solte? sonsten zwar nicht wohl vermuthlich / noch gläublich / daß N. so stille darzu gesessen / und der N. solches geschencket und nachgegeben / oder deßwegen zu Rechte nicht solte besprochen haben?

4. Ob nicht wahr / daß böse Leute auß Mißgunst/Neid und Haß allein das Geschrey gemacht/ als solte N. N. Kinder zu tode gezaubert haben?

5. Ob es nicht wahr / Zeuge auch bey seinem Eyde bekennen muß / daß seligen N. Kinder beyde natürliches Todes gestorben / und von Gott dem HErrn auß dieser Welt abgefordert worden seyn?

Bey dem 8.ten und 9.ten Artickel.

1. Umb Ursach seines Wissens / und woher Zeuge solches wisse? fleissig zu fragen.

2. Ob Zeuge darbey gewesen / gesehen und gehöret / daß N. N. dem Jüngern einigen Ungehorsam / dadurch er denselbigen gefänglich einzuziehen Ursach gehabt/bewiesen habe?

3. Was

3. Was es für ein Ungehorsam gewesen / und woher sich derselbige anfänglich verursachet habe?

4. Ob Zeuge mit Warheit sagen und bezeugen könne/ auch angehöret/daß N. Artickulirte Wort/ nach gefänglicher Erlassung / daß solches seine alte Mutter wohl gedencken solte/ gesagt habe? Zeugen mit allem Fleiß und Ernst zu fragen.

Bey dem zehenden Artickel.

1. Umb Ursach seines Wissens / und woher Zeuge den Artickel wahr seyn wisse? zu fragen.

2. Ob Zeuge eigentlich wisse / bey Theil deß Himmelreichs mit Warheit sagen und zeugen könne/daß N. der Jünger nach der Zeit/die N. Artickulirte Wort/daß solches seine alte Mutter wol gedencken soll / außgesaget / darauff als fort mit schwerer schrecklicher Kranckheit angegriffen und geplagt worden sey / dermassen und also / daß Zeuge auch darauß nicht anders abnehmen könte / denn daß es demselbigen angeklagte N. angethan haben müste?

3. Ob nicht wahr / und Zeugen bewust / auch bey seiner Seelen Seligkeit nicht anders sagen und zeugen könne / daß N. der Jünger allererst in die dritte Wochen nach N. gefänglicher Erlassung/ wie er von einer Hochzeit widerumb zu Hause gekommen/ mit einer beschwerlichen Hauptkranckheit befallen worden ist?

Bey dem eilfften Artickel.

1. Umb Ursach seines Wissens / und woher Zeuge

Zeuge den Artickel wahr seyn wisse bey seinem Eyde zu fragen?

2. Ob Zeuge bey seinem geschwornen Zeugen-Eyde sagen könne/ daß N. deß Jüngern gewesene Kranckheit keine natürliche Kranckheit gewesen sey/ sondern damit ein solche Gestalt und Gelegenheit gehabt habe/ daß es demselbigen von N. angethan seyn müste/ auß was Gründen/ Umbständen und Ursachen/ solches zu urtheilen/ schliessen und abzunehmen? Zeugen gantz ernstlich und fleissig zu fragen und fürzuhalten/ damit er sich seiner Seligkeit/ umb einiges Menschen Ansehung willen/ nicht verlustig mache/ und den Richter zu einem unrechten Urtheil verleite.

3. Ob Zeuge für seine Person wisse und verstehe/ auch bey seinem gethanen Eyde für gewiß wohl sagen und zeugen könne/ daß er eben an derselbigen übernatürlichen Kranckheit gestorben sey?

4. Ob Zeuge bey seinem geschwornen Zeugen-Eyde/ auch bey Verlust seiner Seligkeit/ für gewiß sagen und bezeugen könne/ daß der Medicus, welcher damahls zu deß Anklägers Sohn von N. geholet worden/ dahin geschlossen/ daß erwehntes Anklägers Sohn dieselbige Kranckheit von bösen Leuten/ insonderheit von Angeklagter N. angethan seyn solte?

5. Ob nicht wahr/ daß Anklägers N. deß Eltern Sohn vor der befallener Kranckheit eine zeitlang zu vielen Hochzeiten und andern Zusammenkünfften und Gastereyen hin und wieder bey denen vom Adel gewesen?

6. Ob

6. Ob nicht wahr / daß daselbst in solchen Versamlung- und Zusammenkünfften auch wol schwere Trüncke / damit Anklägers Sohne nicht weniger als andere vom Adel wird verschonet geblieben seyn / gefallen?

7. Ob nicht wahr / daß derowegen auß solchen schweren Trüncken sich endlich zuletzt auch wol eine schwere und tödtliche Kranckheit verursachet / erreget und zugetragen haben könne?

8. Ob nicht wahr / daß deß Anklägers Sohn N. der Jünger in wehrender Kranckheit daneben ferner auch auß grosser Haupts Wehetage nicht allewege bey einerley Rede und Meynung biß an sein Ende beständig geblieben und verharret / besondern von einer auff die andern / umb böser Bezüchtigung und Verdachts halben / die ihme solche Kranckheit angethan und schuldig daran seyn solte / gefallen?

9. Ob nicht wahr / Zeuge auch bekennen muß / daß man derhalben eygentlich nicht wissen könne / wen man damit beschüldigen kan?

10. Ob nicht wahr / daß man derowegen / auß ungewissem Grunde / auch unwarhafftigen Ursachen / auß Mißgunst / Haß und Feindseligkeit dahin geschlossen / daß man angeklagte N. darauff beschuldigen und bezüchtigen / auch endlich bey derselbigen bleiben und verharren wolte und solte?

11. Ob es nicht wahr / und Zeuge bekennen muß / daß demselbigen zu Folge die zur Unschuldt bezüchtigte und beargwohnete N. endlich auch Ankläger N. dem Eltern / in seines Sohnes wehrender Kranckheit / zweymal auf das Schloß geholet / und

daselbst /

daselbst/welches sich demnach nicht gebühret / beyde von Anklägers Sohn dem Krancken / und desselbigen Anklägers Tochter / unterm Angesichte und Leibe so gantz jämmerlich und unerbärmlich zerkretzet und geschlagen worden / daß sie fast keinem Menschen gleich gewesen / auch derowegen in die vierzehen Tage hernach zu Bette darnider liegen müssen?

Bey dem zwölfften Artickel.

1. Woher Zeuge solches wisse?

2. Ob er darbey gestanden/oder sonsten gesehen/ daß N. allwege / wenn die N. zu N. ankommen/ die Flucht genommen und davon gelauffen?

3. Ob nicht wahr / und Zeuge bey seinem Eyde bekennen muß/ ob gleich N. bißweilen ihres Ampts und Beruffs halben von den krancken Frawen in Kindsnöthen an Artickulirte / und andere umbliegende Dörffer mehr/auch von ihrer Schwester nach N. von N. abgefordert und geholet worden / daß doch dem allen unerwogen/die N. in Erkäntnüß ihrer Unschuld gleichwol nichts destoweniger sich nach ihrer Behausung widerumb begeben / und von N. niemahls einen Fuß verrücket / noch flüchtig worden / sondern daselbst neben andern allwege öffentlich zu Stege und Wege / auch zur Kirchen gegangen?

4. Ob nicht wahr / Zeuge auch bey seinem Eyde bekennen muß / wenn die N. sich etwann worin schuldig gewust hätte / daß sie zwar alßdann auff Anklä-

Anklägers Hoff so offt nicht würde gekommen/ sondern sich davon würde gemacht haben?

5. Ob nicht wahr / und Zeuge bekennen muß/ daß derowegen auß solchem allen viel mehr der angeklagten Frawen Unschuld / denn daß sie worinne schüldig seyn solte/zu spüren und abzunehmen sey?

Bey dem dreyzehenden und vierzehenden Artickel.

1. Auß was Ursache die N. Artickulirte Wort/ daß sie nicht davon kommen würde/gesagt/ und ob Zeuge solche Wort von ihr so eygentlich gehöret?

2. Ob es nicht wahr/und Zeuge bekennen muß/ daß N. nach deme sie gefänglich angenommen / danechst auß Anklägers Befelch zu N. unangesehen/ daß dieselbige eine alte und krancke Fraw gewesen/ gantz unerbärmlich mit Händ und Füssen zusammen in eysern Helden geschlossen?

3. Ob nicht wahr/auch wol gläublich/nach dem die alte Fraw also beschwerlich und unerbärmlich gesessen / derowegen zuofftermahlen / dessenhalben nicht unbillich / alß käme sie auß solcher harter Gefängnüß nicht davon / gesagt und darüber geklagt?

4. Ob Zeuge Artickulirte Wort von N. unschuldig Angeklagtin gehöret/und was dieselbige hinwider darauf zur Antwort gegeben?

CAP. IX.

CAPUT IX.

DE CONFESSIONE VENEFICARUM ET MAGORUM CONTRA CONSOCIOS EJUSDEM CRIMINIS.

SUMMÆ.

1. *Confessioni Magorum vel Veneficarum contra suorum scelerum socios sociasvé non semper credendum.*
2. *Socius criminis, nec pro socio, nec contra socium probat.*
3. *Socius criminis in criminibus exceptis de consociis potest interrogari.*
4. *Dictum socii criminis an faciat indicium ad inquisitionem?*
5. *Prima opinio est eorum, qui statuunt nominationem illam nec ad inquisitionem sufficere.*
6. *Secunda opinio est Julii Clari.*
7. *Tertia opinio est Josephi Mascardi.*
8. *Quarta opinio est Caroli Ruini & Rolandi à Valle.*
9. *An dictum socii faciat indicium ad torturam?*
10. *Judicis arbitrio relinquitur, qualia esse debent indicia, quæ debent concurrere cum nominatione facta à socio criminis, ut nominatus torqueri possit.*
11. *Quinta opinio Joannis Bodini.*

12. *Sexta*

12. *Sexta opinio verior & receptior est.*
13. *Nominatio socii criminis ut valeat, quid requiratur?*
14. *Infamis efficitur, qui delictum fatetur.*
15. *Infamis contra aliquem non auditur sine tortura.*
16. *Socius criminis de consociis debet interrogari generaliter & non particulariter.*
17. *Socius criminis cum omnibus circumstantiis de consociis interrogari debet.*
18. *Socius verisimilia dicere debet.*
19. *Socius criminis non debet esse inimicus nominati, aliàs non probat.*
20. *Nominata persona debet esse suspecta de crimine Veneficii.*
21. *Socius criminis in assertione constanter permanere debet.*
22. *An socius jurare debeat, quãdo complices nominat?*
23. *Veneficis & testibus in mutuis accusationibus & depositionibus discordantibus, quid judici faciendum?*
24. *Confrontatio quid?*
25. *Rei deposito supplicii tempore neminem onerat.*
26. *Moribundi sæpe sunt mendaces.*
27. *Neronis crudele factum.*
28. *Gomezii sententia.*
29. *Joachimi à Beust sententia.*
30. *Julii Clari sententia.*
31. *Auctoru sententia.*
32. *Objectio ex Constitutione Carolina 21.*

1. CUm multi hodiè imperiti judices Magorum & Veneficarum confessioni

contra suorum scelerum socios sociasvé fidem adhibeant, ut personas delatas absque ulla ulteriori inquisitione capiant, sique evestigio ad nutum tyrannorum confiteri nolunt, in carcerem detrudant, torturæ, & denique Vulcano subjiciant. Videbimus jam, quando Veneficæ alias indicant atque proclamant, vulgò, wenn sie andere besagen / quænam fides huic nominationi tribuenda sit? Judices enim cautè & circumspectè in his agere debent, ne si unus aliquis Magus aut Venefica una alios itidem suorum scelerum socios sociasvé confiteatur, ipse unius alicujus stans testimonio, absq; aliarum circumstantiarum consideratione, eos protinùs reos esse judicet atque condemnet. Qua in re graviter peccant, ut Joannes Sichardus, præcipuus quondam Germaniæ JC. in l. 10. numer. 3. scripsit, ubi ait: Et hoc notandum est contra judices maleficiorum, qui ubi audiunt nominari à quodam socios criminis, illicò plenam fidem adhibent, qua in re graviter peccant. Et testatur experientia, quòd multæ Veneficæ in confessionibus earum, illustres sæpè & innocentes personas, spe impunitatis, aut ex mero odio saltem indicaverint. Nam cùm ipsis propter atrocissima scelera moriendum sit, etiam aliorum perniciem quærunt. Sie sehen gern / wenn sie brennen müssen / daß auch die gantze Welt verbrennte. Diabolus siquidem, ad cujus nutum vivunt & cuncta faciunt, ab initio homicida & mendax est, nihil nisi interitum hominum quærens.

2. Ad

2. Ad quæstionem igitur principalem quod attinet, sciendum; sociũ criminis, nec pro socio, nec contra socium probare l. fin. ubi Honorius & Theod. Impp. Nemo tamen sibi blandiatur objectu cujuslibet criminis de se in quæstione confessus, veniam sperans propter flagitia adjuncti, vel pro communione criminis consortium personæ superioris optans, aut inimici supplicio in ipsa supremorum suorum forte satiandus, aut eripi se posse confidens, aut studio aut privilegio nominati: cum veteris juris authoritas de se confessos, ne interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem, super conscientia scrutetur aliena. Et l. 16. Modestinus inquit: Is, qui de se confessus est, in caput aliorum non torquebitur. D. de quæst. Speculator de teste. §. 1. num. 37. Oldendorpius de testibus regula 8. Josephus Mascardus de probat. vol. 3. concl. 1311. num. 1. ubi hanc communem Doctorum sententiam esse dicit, allegando ibidem ultra 50. Doctores. Justus Reuberus Cancellarius Electoris Palatini in tractatu de testibus num. 100. Bursatus cons. 239. volum. 3. Antonius Gomezius variarum resolutionum Tom. 3. cap. 11. num. 16. Adferri potest duplex ratio. Una, quia adest affectio erga socium ejusdem criminis. Secunda, quia jam est infamis, cum sit confessus delictum, ut Jacob. Men. de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cent. 5. casu 474. ait:

3. Porrò à supra dicta regula excipiuntur crimina excepta, in quibus socius criminis potest interrogari de consociis. Ut in crimine læsæ majestatis divinæ & humanæ, Simoniæ, conspirationis seu conjurationis, sacrilegii assassinii, falsæ monetæ, lenocinii, &c. Jacobus Menochius allegato loco à numero 27. usque ad 40. ubi vide: Et denique in veneficiis & magicis artibus l. fin. C. de malef. & math. Oldendorpius, Gomezius, Mascardus allegatis locis.

4. Sed jam quæritur: Quam fidem faciat nominatio Magi vel Veneficæ, an ad ulteriorem inquisitionem, an ad torturam? De hac quæstione variæ sunt Dd. opiniones & sententiæ.

5. Prima est eorum, qui existimant, nominationem socii criminis, nec ad inquisitionem formandam, multò minùs ad torturam, indicium facere Joan. de Amicis cons. 59. Ludovic. de Gozad. cons. 2. num. 21. Similiter etiam recentiores consulentes loquuntur Calæphatus consil. 93. num. 5. & 6. in 2. volum. cons. crim. Joannes Baptista de Plotis cons. 131. num. 3. in 1. Tom cons. ad cons. crim. Vide quoque Josephum Mascard. de probat. vol. 3. conclus. 1311. num. 9. ubi plures adducit.

6. Secunda opinio est eorum, qui dicunt, dictum Socii criminis sufficere ad inquirendum, id est, ad assumendum alias informationes contra eum, qui ab ipso nominatur. Jul. Clar. q. 2. ubi hanc conclusionem intelligendam esse voluit, ut procederet, sive talis delinquens

quens illum socium nominaverit ad interrogationem judicis, ipsum in genere interrogantis, an in maleficio committendo aliquis alius intervenerit, sive etiam illum sponte sua nominaverit, dum contra se examinaretur, putà, quia, postquam confessus est, se Titium occidisse, judex jubeat illum narrare, quomodo occiderit, & ipse dicat, tali die ipse & Petrus, tali & tali modo illum occiderunt. Nam utroque casu talis nominatio aperit viam judici ad inquirendum & assumendum alias informationes contra Petrum nominatum, etiamsi prius contra ipsum nihil aliud esset in processu. Neque putat Clarus faciendam esse aliquam differentiam, an simus in criminibus exceptis vel non. Nam etiam in criminibus non exceptis credit, quòd faciat indicium ad inquirendum.

7. Tertia opinio fuit Josephi Mascardi supra allegato loco n.14. ubi scribit: Verùm, ut in hac tota re meam sententiam proferam atque aperiam, sic distinguendum arbitrarer, ut in casibus non exceptis à regula & conclusione, quam supra posuimus, socius criminis nec indicium faciat ad inquisitionem, nullis aliis concurrentibus. Si verò alia indicia concurrant, animadverti oportere arbitror, cujusmodi tale indicium sit? Nam si leve sit, & parvi momenti ad inquisitionem, si levissimum, nec ad eam quidem, si urgens & magnum, etiam ad torturam sufficere dicendum est, sic, ut ex qua-

 litate

litate adjuncti judicii, fidem socii, vel augeamus, vel minuamus. Hactenus Mascardus.

8. Quarta opinio fuit eorum, qui scripserunt, socium criminis in culpando vel accusando socios ejusdem criminis nullum facere indicium, nisi in casibus exceptis, sive sponte deposuerint, sive à judice interrogati fuerint, cùm non debuerint interrogari. Et hanc tanquam magis communem approbat & amplectitur Carol. Ruin. consf. 147. n. 1. & 5. Roland. à Valle consf. 73. n. 2. t. 1. Cæterum Clarus existimavit, contrariam opinionem magis communiter approbari, eo enim casu dictum socii istius non esse tanquam dictum testis, sed tanquam denunciatoris vel notificantis, qui tantummodò aperit viam judici ad inquirendum, & Ruini sententiam procedere in casu suo, scil. ad formandam inquisitionem. Nam alia ratio est, secundum illum, inter fundandam vel inchoandã inquisitionem (in quo casu Ruini dictum non intelligeretur) & inter formandam & transmittendam inquisitionem, seu libellum criminalem contra socium nominatum, ita ut teneretur personaliter comparere & defensiones suas facere.

Propterea in casibus non exceptis, non esse sufficiens indicium ad formandam inquisitionem, in aliis verò exceptis esse sufficiens. Et hanc esse communem Doct. sententiam, nec Roland. clarè explicare, an simpliciter ad inquirendum, an autem ad transmittendam inquisitio-

quisitionem dictum socii ejusdem criminis sufficeret? Hæc Clarus. Sed Ruini & Rolandi opinionem tanquam magis communem sequitur Laurentius Kirchovius commun. conclus. centur. 7. conclus. 54. ubi ait: Hinc Ruinus & Rolandus videntur illam sententiam tanquam communiorem rectiùs sequi, quòd in casibus non exceptis nullum faciat confessio socii criminis indicium ad inquirendum, neque ad procedendum, sive sponte deposuerit, sive à judice rogatus fuerit, cùm non debuerit interrogari, non distinguendo inter illa capita, quòd ibi differentia esse debeat, inter fundandam vel inchoandam inquisitionem, & inter formandam & transmittendam inquisitionem cùm Dec. post alios expressè illis verbis (ad inquisitionem fundandam) usus fuerit, & nullam ubique distinctionem addiderit. Et in fine: Cùm igitur ipsi Doctores ubique sine distinctione locuti fuerint, putarem hanc sententiam generalem, communem admitti oportere sine distinctione, & Rolandum, quemadmodum nec Ruin. nec alii anteà distinxerunt, non oportuisse distinguere; de qua distinctione mentionem facit Clar. in d. quæst. 21. ver. retent & versic. Si verò quæris, & Ruinum, & Rolandum, benè locutos esse. Hactenus Kirchovius.

9. Sed dubium majus est, an nominatio Veneficæ faciat indicium & fidem, ut persona nominata possit subjici torturæ? Et prætermissa disputatione dicendum ex recepta Doctorum

ſententia, non facere ſufficiens indicium ad torturam, niſi alia concurrant indicia. Jacobus Menochius, Laurentius Kirchovius, Julius Clarus allegatis locis, Dionyſius Gothofredus in l. fin. C. de accuſat. ubi eruditè & rectè ſcribit: ut ut ſit, ſufficit criminis confeſſio ad majorem inquiſitionem ſociorum habendam, non ad diem præcisè eis dicendum aut quæſtionem habendam, niſi in caſibus & criminibus exceptis & aliis, concurrente tamen aliqua alia ſuſpicione.

10. Verum adhuc ſuboritur dubitatio, qualia hæc indicia eſſe debeant, quæ concurrere debent cum nominatione facta à ſocio criminis, ut nominatus poſſit torqueri? Jacobus Menochius num. 47. & Joſephus Maſcardus num. 53. allegatis locis, Judicis arbitrio relinquendum eſſe dicunt, quæ ſufficientia indicia cenſeantur ad torquendum?

11. Quinta opinio fuit Bodini, qui lib. 4. cap. 2. ita ſcribit: Magi tamen conrei ſocios ejuſdem criminis accuſantes aut dicentes in eos teſtimonium, maximè verò ſi plures fuerint, probationem ſatis firmam afferunt, ex qua damnentur rei. Nemo enim eſt, qui neſciat, non alios quàm Magos teſtari poſſe, ut illi cœtibus, quos adeunt de nocte, interfuerint.

12. Cæterum verior & receptior ſententia eſt, quam etiam communis Judiciorum Germaniæ uſus obſervat hodiè, nominationem conſocii criminis facere indicium & ad ulteriorem

rem

rem inquiſitionem, & ad torturam, præcedentibus quibusdam indiciis & circumſtantiis non tantùm in criminibus exceptis, ſed etiam in non exceptis, Carolus V. in Conſtitutionibus crimin. cap. 29. 30. & 31. ubi ad indicia communia ad torturam non tantum in criminibus exceptis, ſed etiam non exceptis, refert nominationem conſocii criminis ſub Rubr. Gemeine Anzeigung/ der jegliche allein zu peinlicher Frage gnugſam iſt. So ein überwundener Mißthäter/ der in ſeiner Miſſethat Helffer gehabt/ jemand in der Gefängnuß beſagt/ der ihm zu ſeiner geübten/ erfunden Mißthaten geholffen habe/ iſt auch ein Argwöhnigkeit wider den Beſagten/ ſo fern bey ſolcher Beſagung nachfolgende Umbſtände und Ding gehalten und erfunden werden.

Erſtlich/ daß dem Sager die beklagte Perſon in der Marter mit Namen nicht fürgehalten/ und alſo auff dieſelbige Perſon ſonderlich nicht gefragt oder gemartert worden ſey/ ſondern daß er in einer Gemein gefragt/ wer ihm zu ſeiner Mißthaten geholffen/ den Beſagten von ihm ſelbſt bedacht und benannt habe.

Zum Andern/ gebühre ſich/ daß derſelbige Sager gar eigentlich befragt werde/ wie/ wo und wenn ihm der Beſagte geholffen/ und was Geſellſchafft er mit ihm gehabt hab? und in ſolchem ſoll man den Sager fragen/ alle mögliche und nothdürfftige Umbſtände/ die nach Gelegenheit und Geſtalt jeder Sach/ allerbeſt zu nachfolgender Erfindung der Warheit dienſtlich ſeyn mögen/ die alhie nicht alle

geschrieben werden / aber ein jeder Fleissiger und Verständiger selbst wol bedencken kan.

Zum Dritten / gebühret sich zu erkunden / ob der Sager in sonderer Feindschafft / Unwillen oder Widerwertigkeit mit dem Besagten stehe? Denn wo solche Feindschafft / Unwillen oder Widerwertigkeit öffentlich wär oder erkündiget würde / so were dem Sager / solcher Sag / wider den Besagten nit zu glauben / er zeiget denn deßhalb sonst so glaublich / redlich Ursach und Wahrzeichen an / die man auch in Erkündigung erfünde / die ein redlich Anzeigung machen.

Zum Vierdten / daß die besagte Person also argwöhnig sey / daß man sich der besagten Missethat zu ihr versehen möge.

Zum Fünfften / so soll der Sager auff der Besagung beständig bleiben. Si quis convictus malefactor, qui delicti sui adjutores habuit, quempiam carceribus vinctus indicaverit ac diffamârit, cujus opera in admisso atque evicto delicto usus erat, suspicionem quidem & hoc parit adversus diffamatum, saltem ubi sequentes circumstantiæ & particulæ isti denunciationi conformes fuerint, adeoque constiterint.

Primò, ne delatori seu indici diffamata seu accusata persona, durante cruciatu, nominatim proponatur, aut de eadem privatim rogetur seu torqueatur, sed ut in genere interpellatus, quis nam sibi in delicto parando adjutor adminiculoque fuerit, sponte sua, quem velit, commemoret indicetque.

Deinde,

Deinde, par est ac convenit, ut ille idem index & delator, seu (ut nostri dicunt) inculpator accuratè interrogetur, quomodo, ubi & quando sibi notatus ac diffamatus ille adfuerit, & quos comites aut socios secum habuerit? Suntque in hoc à delatore circumstantiæ omnes & necessariæ, quàm diligentissimè exquirendæ, quæ pro conditione & qualitate cujuslibet causæ omnium maximè, dein ad eliciendam investigandamque veritatem conferunt, nec hoc loco omnes percenseri possunt, sed eas diligens quisque ac prudens magistratus seu judex apud se ipse expendat.

Tertiò convenit explorare, num indicans seu denuncians, vel inculpator in privata aliqua inimicitia, simultate aut dissidio cum delato existat. Nam si ejusmodi inimicitia, simultas aut discordia manifestaretur, aut ex investigatione seu inquisitione liqueret, esset quidem istiusmodi indicationi denunciatoris contra infamatum nequaquam adhibenda fides, præsertim ubi non probabiles alioqui legitimasq; rationes & argumenta propterea adduceret, quæ explorata, justa, legitimaque signa atque indicia constituerent.

Quartò, delata persona adeò suspecta sit oportet, ut de ea indicati delicti vehemens sit opinio.

Quintò, denunciator seu inculpator indicationi suæ inhæreat, & constans in eadem adserenda sit.

13. Ex hoc capitulo colligimus ſex requiſita adhoc,ut nominatio conſocii criminis fidem faciat. Primum eſt,ut nominatio illa facta ſit in tortura,verſ.ibi: In der Marter.

14. Ratio eſt, quia talis ſocius nominans alium conſocium jam eſt infamis propter delicti confeſſionem à ſe factam.

15. Sed infamis contra aliquem non auditur ſine tortura, c. Illi, qui, 5. q. 5. Menochius num.50. Maſcardus num.38. allegatis locis.

16. Secundum requiſitum eſt, quòd Veneficæ vel rei non debeant interrogari à judice de ſociis particulariter in ſpecie ſeu de individuo, de Cajo vel Sempronio, ſed generaliter, qui fuerunt ejus ſocii in delicto? Textus hic in verbis: Und alſo auff die Perſonen nicht gefragt/ ſondern daß er in einer Gemein gefragt. Ea eſt ratio, quia ſi individuo fieret interrogatio, eſſet potiùs quædam ſuggeſtio. Anthonius Gomezius variarum reſolutionum Tom. 3. cap. 11. num. 17. Weſenbecius de quæſt. num. 11. ubi ait: Itaque videre quotidiè licet, fures ac latrones, decreta hìs quæſtione, etſi non principaliter, tamen ſecundariò, & per conſequentiam de complicibus ſociiſque interrogari.

17. Tertium requiſitum eſt, ut inculpator accuratè cum omnibus circumſtantiis interrogetur, quo in loco, quo tempore, conſocius ſibi adfuerit, quos conſocios ſecum habuerit? verſic. Zum Andern gebühret ſich/ daß der Beſager gefragt werde/wie/wo und wenn ihme der Beſagte

Y 2 geholf-

geholffen ? In his omnibus ſagaci conjectura opus eſt, ac circumſtantię omnes ac ſingulæ diligenter expendendæ, ex quibus ſigna ſumuntur & indicia. Sunt autem, ut ſummatim dicam, circumſtantiæ,

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Commemorantur & aliæ à Placentino: Perſona, locus, tempus, qualitas: titulo ſeptimo libelli ſui de accuſationibus. Nam per ſigna his circumſtantiis implicita colligitur, num quis torqueri jure poſſit ac debeat, nec ne? idque fit per locum, quem Rhetores comprehenſionem vocant, ut videre eſt apud Zaſium in commentariis Rhetoricis ad Heren.

18. Requiritur enim, ut ſocius nominando conſocium dicat veriſimilia, poſſibilia & vera, alias ei fides nulla adhibetur. Maſcardus num. 45. & Menoch. num. 88.

19. Quartum requiſitum eſt, ut judex inquirat, num habeat inimicitiam vel privatam ſimultatem cum delato, & an ultionis ſtudio aliquem indicaverit? ibi in verbis: Ob der Sager in ſonderer Feindſchafft? Si enim reus inquiſitus eſſet inimicus conſocii, tunc fidem nullam penitus faceret. Grammaticus conſ. 38. nu. 3. & Gigas in tract. de crim. læſ. majeſt. cap. 7. nu. 6.

20. Quintum requiſitum eſt, ut judex inquirat, num delata Venefica fuerit ſuſpecta & diffamata de crimine Veneficii à vicinis & fide dignis viris? verſ. Und in ſolchen iſt ſonderlich auch

ein

ein Auffsehens zu haben / und zu erfahren den guten oder bösen Standt und Leumuth deß Besagten/ und was Gemeinschafft oder Gesellschafft er mit dem Besager gehabt habe?

21. Sextum requisitum est, ut Venefica constanter in sua assertione permaneat. vers. Auff der Besagung beständig bleiben. Nam perseverari in confessione opus est, ut necessaria fiat probatio.

22. Adhæc requisita Dd. addunt adhuc unum, quòd nimirum, qui nominat consocium criminis, jurare debeat, se vera fateri & nominare. Ita scripsit Marsilius in Pract. crimin. §. diligenter num. 62. & multis sequentibus, quo loci ait, hoc esse valdè singulare, & se aliàs obtinuisse. Concordat text. d. c. vers. Zum Sechsten ibi. Bey seinem Eyd betheuret. His requisitis concurrentibus, nominatio consocii criminis non solùm indicium facit ad inquisitionem, sed etiam ad torturam, non solùm in criminibus exceptis, sed etiam non exceptis.

23. Porrò notandum, quando Veneficæ in mutuis delationibus discordant, tunc poterit ambas de discordantiis primò separatim, mox conjunctim interrogare.

24. Et si eas in subdolis commentis sive fictionibus persistere comperiat, neque ullis aliis modis veritatem indagare potest, mandat simul utramque alterius in conspectu mutuò torqueri (quod nos recepto magis quàm Latino vocabulo confrontationem nominamus, quasi

quasi fronte ad frontem) similem quoque confrontationem exercet judex, quoties duo testes in materia criminali disconveniunt, ita ut alter suspectum accuset, alter excuset, Jodocus Damhouderius in Pract. crimin. cap. 47.

25. Pro conclusione notabitis, quòd Veneficæ depositio supplicii tempore, wenn die Zäuberin auff die Besagung bestirbt / neminem onerat; textus elegans in l. 3. §. 1. D. ad S.C. Syllejan. Ubi si quis moriens dixisset, à servo vim mortis illatam esse sibi, dicendum est, non esse credendum Domino, si moriens hoc dixit, nisi potuerit & probari. Nec obstat, si objiceretur: tamẽ, qui sunt moribundi, dicunt veritatem: nam respondetur, sæpè etiam moribundos esse mendaces. Sichardus in l. Auth. Sed novo jure l. 3. C. de servis fugit. num. 15.

26. Neque enim omnis moriens est Joannes Evangelista, secundum tritum apud Jureconsultos proverbium.

27. Sic Nero intimos & familiares quosque curavit interfici ex sermone morientium, qui tamen nihil aliud inter moriendum spectabant, quàm ut de adversariis ultionem sumerent. Disputant Dd. utrum hæc depositio indicium faciat ad inquisitionem vel ad torturam? Anthonius Gomezius variarum resolutionum Tom. 3. cap. 13. num. 17. existimat, non esse sufficiens indicium ad torturam. Verba ejus sunt:

28. Et hoc procedit, ut habeat locum, etiamsi defunctus, à quo emanat confessio, sit bonæ o-

næ opinionis & famæ, & ille, contra quem fit confeſſio, ſit viliſſimus & infamis, ut ſervus, ut apertè patet & probatur ex allegata l. 3. Item etiam in tantum hoc eſt verum, ut talis confeſſio defuncti non ſit ſufficiens indicium ad torturam.

29. In eadem quoque ſententia eſt Joachimus à Beuſt præceptor meus ſuper l. admonendi, de jurejurando, ubi ſic ſcribit: Sola confeſſio moribundi non eſt ſufficiens indicium ad torturam, etiamſi ἐυχαριςία, vel etiam juramento ſuam confeſſionem confirmaverit. Quia eſt teſtis in propria cauſa, & quidem inimicus & unicus, & facilè poteſt errare, præcipuè quando in rixa aliquid perpetratum eſt. Unde opinio Hippol. de Marſ. quod ſcilicet confeſſio vulnerati faciat indicium ad torturam; ſi talis in mortis articulo ſit in plenitudine ſui intellectus, & homo bonæ conditionis, vitæ & famæ, & tale delictum non poſſit per alios probari, ut per eum in 5. Pract. crim. §. diligenter numer. 131. hodiè reprobatur, ut multis argumentis oſtendit Blanc. in repetit l. fin. n. 393 cum ſeq. D. de quæſt. Julius Clarus q. 21. n. 14. concludit: Depoſitionem hanc nec ad capturam, nec ad torturam ſufficere, ſed ſolummodò ad inquiſitionem. Quanquam ad hoc controvertitur. Emanuel Suaretz in litera A. num. 278.

30. In hac opinionum diverſitate ego exiſtimo depoſitionem Veneficę vel Rei reſipiſcentis, ſupplicii tempore, concurrentibus aliis adminicu-

miniculis fidem facere, non solùm ad inquisitionem, sed etiam ad torturam, ne dicamus, resipiscentem immemorem esse æternæ salutis. c. 25. Von gemeinen Argwohnen und Anzeigungen/etc. vers. Zum Sechsten / so ein Verletzter oder Beschädigter auß etlichen Ursachen jemandt der Missethat selbst zeihet / darauff stirbt. Josephus Mascardus de probat. volum. 1. conclus. 144. num. 3. Jacobus Menochius de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. Quando verò indicia alia non adsunt, sed sola morientis resipiscentis assertio, tunc existimo, depositionem illam indicium tantum esse ad inquirendum. Si verò mortem obstinatus oppetat, ut multi faciunt, ab auditione verbi Dei abhorrentes, tunc statuo, illius dicto minimè adhærendum, sed omninò rejiciendum esse.

32. Sed obstat supradictis Carolina Constitutio 21. ubi expresè prohibetur, ne aliquis ex denunciatione Maleficorum & Magorum capiatur & torqueatur: imò ut tales, si quid præsumpserint, debitis pœnis subjiciantur, statuitur. Respondeo: In hac constitutione Imperator loquitur de illis Magis & Ariolis, qui ad quæsita auctores furti, vel maleficiorum indicant, ut ecce: Perdidit aliquis aureum annulum, vel alicui maleficio inficitur vacca, accedit is ariolum, ab eoque petit, indicari sibi auctorem furti vel maleficii, idque Ariolus facit. Jam quæritur: Utrum ex tali denunciatione Magi, nominatus capi & torqueri possit? & re-

 spondet

ſpondet Imperator, quod non; quæ deciſio juri communi conſona eſt l. 15. §. 13. D. de injuriis. At in noſtro caſu longè diverſa eſt ratio. Veneficæ enim denunciant facta complicum in eodem loco & tempore, ubi ſimul ſortilegium commiſerunt, & hominibus ac pecoribus ſuis veneficiis damnum intulerunt.

CAPUT X.

DE CONFESSIONE MAGORUM VEL VENEFICARUM IN TORTURA.

SUMMÆ.

1. *Omnes illud antiquum obſervant, ſi feciſti, nega.*
2. *Reipublicæ intereſt, ne delicta maneant impunita.*
3. *Quando aliæ probationes deſunt, tunc judex legitimis præcedentibus indiciis Veneficam torturæ ſubjicere poteſt.*
4. *Quæſtioni non ſemper nec tamen nunquam fides eſt adhibenda.*
5. *Hiſtoria de quodam ſacrificulo.*
6. *Verba Ciceronis.*
7. *Hiſtoria, quæ in Archiepiſcop. Bremenſi accidit.*
8. *Hiſtoria, quæ in civitate N. accidit.*
9. *Judex ad torturam procedere non debet, niſi reus multis indiciis ſit oneratus.*
10. *Indicium ad torturam ſufficiens, quomodo Germanicè nominetur?*

11. *Ju-*

11. *Judices in dubiis peritiores consulere debent.*
12. *Confessio metu tormentorum facta nullis praecedentibus indiciis confitenti non praejudicat.*
13. *Primum indicium ad torturam in hoc delicti genere recensetur.*
14. *Venefica fugiens ante inquisitionem vel accusationem, an de crimine sit suspecta?*
15. *Venefica fugiens post inquisitionem factam, metu carceris, non est suspecta.*
16. *Demosthenis verba.*
17. *Minae Veneficarum faciunt indicium ad torturam.*
18. *Conversatio frequens cum Magis facit indicium ad torturam.*
19. *Confessio Veneficarum extrajudicialis facit indicium ad torturam.*
20. *Error Joannis Bodini.*
21. *Communis Dd. opinio est, confessionem extrajudicialem tantum indicium facere ad torturam & non ad condemnationem.*
22. *Ut confessio Veneficae extrajudicialis valeat, requiritur primò, ut sit verisimilis.*
23. *Secundò requiritur, quòd facta sit seriò & non jocosè.*
24. *Tertiò, ut sit confessio specialis.*
25. *Quartò, ut sit probata testimonio duorum testium.*
26. *Si Venefica Diabolum invocavit, indicium est ad torturam.*
27. *Quando Venefica visa est pulverem vel sortem su-*

 per

per gregem pecorum injicere, indicium est ad torturam.

28. *Quando Venefica suspecta in domo alterius deprehenditur, & subitus morbus paulo post aliquem opprimit, indicium est ad torturam.*

29. *Quando in ædibus diffamatæ Veneficæ reperitur olla impleta bufonibus, indicium est ad torturam.*

30. *Testimonium unius testis omni exceptione majoris indicium est ad torturam.*

31. *Testis omni exceptione major quis dicatur?*

32. *Fama vehemens cur sit indicium ad torturam?*

33. *Verba Veneficæ suspectæ, dum comprehenditur, indicium faciunt ad torturam.*

34. *Historia de Besso parricida.*

35. *Lex naturæ de Regibus & Tyrannis sumit supplicium.*

36. *Modus torturæ arbitrio judicis permittitur.*

37. *Quidam Veneficis pilos ab omni parte corporis abradendos censent.*

38: *Historia mirabilis de quadam Venefica.*

39. *Quidam Rei, ne dolores torturæ sentiant, solent versus sacros pronuntiare.*

40. *Superstitiosum remedium Grillandi recensetur ad eruendam veritatem.*

41. *Tortus si crimen confessus fuerit, de ejus circumstantiis interrogatur.*

42. *Judex inquirere debet, utrum Venefica vera dixerit, nec ne?*

43. *Forma pronuntiandi, quando non certò constat de de delictis confessis.*

44. *Si*

44. *Si reus falsa dixerit, iterum torquendus.*
45. *Venefica si revocaverit confessionem factam in tortura, nec justas negandi causas habet, iterum torqueri debet.*
46. *Reus si probabilem errorem suæ confessionis allegaverit & probaverit, torturæ denuo subjici non debet.*
47. *Venefica si in confessione tormentis exorta perseverat, condemnabitur ex ista confessione.*
48. *Renovatio torturæ non sufficit, si tortura esset indebitè justeq; facta, vel confessio non est verisimilis.*
49. *Nulla dignitas Magos à tortura excusat.*
50. *Venefica si aliquoties fidibus examinata confiteatur, & posteà soluta revocet, absolvenda est.*
51. *Persona torta & in sua confessione innocentia perseverans absolvenda.*
52. *Utrum indicia ad torturam sufficientia sunt purgata, arbitrio judicis permittitur.*
53. *Pœna judicis indebitè torquentis.*
54. *Tortura quomodo probetur?*
55. *Forma libelli supplicis innocenter tortæ.*

1. EA est omnium hominum etiam infantium natura, ut cùm omnes norint, non peccandum; pœnam tamen peccati vel delicti nemo ferre, ideoque non, nisi convictus, delictum fateri velit, sed omnes antiquum illud observent: Si fecisti, nega: Ea spe freti, quòd, quia forte nemo perpetrato delicto interfuerit, qui contra illos testimonium ferre

 possit,

possit, per defectum probationis contra ipsos faciendæ, facilè possint evadere.

2. Cum verò Reipublicæ intersit, ne delicta maneant impunita:

3. Ideò pro eruenda & indaganda veritate, quando aliæ probationes desunt, & Veneficæ monitæ sponte peccata sua fateri nolunt, potest judex eas legitimis præcedentibus indiciis torturæ subjicere. At hic certè summa prudentia opus erit.

4. Quæstioni enim non semper, nec tamen nunquam fides adhibenda, etenim res est fragilis. Nam in torminibus mentitur, qui pati multa potest, mentitur, qui nihil pati potest: dum hic non vult fateri, quæ fecit, alter plura fatetur se perpetrasse, quàm unquam vel per somnium cogitavit l. 1. §. 23. D. de quæst. At quid sentiendum quæso de mulierculis illis, quas Lamias nominamus, quæ ea se fecisse ajunt, quæ in rerum natura sunt nusquam?

5. Refert Wierus hujus rei memorabile exemplum. In monasterio quodam omnes monachi ex vino pessimo & pendulo, quo nimium sese ingurgitaverant, ad unum infra annum ferè perierunt. Sacrificulus quidam persuasit prædecessori cuidam, in causa esse paupérculam quandam aniculam, quæ certis sub gradibus posuisset præsentissima Veneficia, ubi monachis semper esset in choro standum. Quid multa? Creditum est impostori, conjectaque est misera anicula, Vulcano litanda, in vincula.

Sta-

Statuit veterator ille civibus diem, quando locus esset ab omnibus perlustrandus. Convenerunt statuto die multi mortales: evolutoque lapide mira manuum celeritate è manicis ejus quædam emortuæ ranæ, lacertæ, quas è campis in hunc usum selegerat, ac limaces ceciderunt in foveam. Fuissentque hæc omnibus credita, condemnataque ad ignem fuisset anicula, nisi vir quidam acri judicio fucum ac stropham sagacibus oculis considerasset: qui tandem effecit, ut tota tragico-comœdia in fumum evanesceret: parumque abesset, quin præstigiator cum suis quisquiliis, putribus ovis, à pueris & colu à mulierculis impeteretur.

6. Hinc Cicero lib. 2. de inventione, Dolori, id est, quæstioni credi non oportet, quod alius alio sit reticentior in dolore, quòd ingeniosior ad comminiscendum. Author ad Herennium 2. Dolorem fugientes multi in tormentis ementiti persæpè sunt, morique maluerunt falsum fatendo, quàm inficiando dolere. Cicero in Partitionibus. Hinc illud Fabii, mentietur in tormentis, qui pati potest, mentietur etiam, qui pati onpotest.

7. Referam unum atque alterum exemplum. In Archiepiscop. Bremensi castello N. vidua adhuc juvencula cohabitabat filio suo in matrimonio jam viventi. Hęc cum aliquoties cum filii sui servo domestico consuesceret, filiusque eam instanter, sed frustrà admoneret, ut ab isto scelere desisteret. Redit aliquando filius ex tem-

plo domum, eum cùm famulus vidisset ex cubiculo, ubi cum matre fuerat, aufugit. In fuga Dominus eum persequitur, & flagello pileum servi de capite illius dejicit, at servus elapsus & 12. milliaribus à pago isto distantibus alteri Domino famulatur. Cùm autem parentes servi filium quærerent & Dominum propterea alloquerentur, hic rem gestam cum omnibus circumstantiis ordine narravit, addendo, pileum quidem ipsius adesse, ubi verò jam locorum filius vivat, se ignorare. Hoc responso pater non contentus eum propter suspicionem amissi pilei apud judicem homicidii accusat. Judex illicò absque ulteriori inquisitione statim Dominum innocentem torturæ subjicit, ubi præ nimio dolore & cruciatu fatetur, se servum interfecisse, & cadaver in Visurgim præterfluentem conjecisse. Tandem cùm ad locum supplicii deduceretur innocens, & à pastore, ut veritatem liberè profiteretur, admonitus fuisset, respondit, servum non interfeci: At quid juvat veritatem dicere? interfeci eum. Et ita sub Carnifice piè mortuus est, tandem servus & parens deprehensi pœnas vicissim meritas dederunt.

8. In civitate N. superioris Germaniæ, cùm duo adolescentes opifices peregrè proficiscerentur, redit unus brevi domum cum alterius vestitu invicem permutato. Parentes & amici absentis statim ex mutatione vestimentorum, filium à redeunte interfectum colligentes, il-

lum

lum apud ejus loci judicem homicidii accusant. Hic statim accusatum absque ulteriori inquisitione in custodiam conjicit. Et cùm factum accusatus constanter negaret, torturæ subjicitur, ubi præ nimio cruciatu se consocium interfecisse, vestimenta ejus abstulisse, suaque in hospitio consumpsisse confitetur. Quare tandem condemnatus rotæ imponitur, ubi vitam cum morte piè commutavit. Præteritis aliquot diebus socius itineris salvus & incolumis advenit. In hujus rei perpetuam memoriam & iniquissimæ condemnationis signum, ibidem in templo effigies hominis rotæ impositi saxo incisa est, quæ in hodiernum usque diem conspicitur.

9. Ad torturam enim non est procedendum, nisi multis indiciis oneratus, &, ut inquit Ulpianus, argumentis penè convictus sit reus, l. 1. §. 1. l. 18. §. 1. l. 20. l. fin. D. de quæst. In criminalibus enim apertissimæ & clarissimæ debent adesse probationes & luce meridiana clariores. L. Sciant cuncti, 25. C. de prob. Quæ lex verbotenus canonisata est, in c. Sciant cuncti, 2. quæst. 8. Concordat c. 6. Constitut. crimin. Darzu soll auch ein jeder Richter in diesen grossen Sachen/ vor der peinlichen Frage/ so viel möglich/ und nach Gestalt und Gelegenheit einer jeden Sachen beschehen kan/ sich erkundigen/ und fleissig Nachfragens haben/ ob die Missethat/ darumb er angenommen/ berüchtiget und verdacht/ auch beschehen sey oder nicht? wie hernach in dieser unser Ordnung ferner

ner erfunden wird. Debet autem quilibet judex in hujusmodi capitalibus causis, priusquam ad torturam procedat, quantum fieri potest, & pro conditione ac natura cujuslibet causæ, acrem & diligentem habere ac facere percunctationem & inquisitionem, an maleficium hoc, propter quod reus apprehensus, diffamatus, ac suspectus est, etiam admissum & patratum sit, nec ne? quemadmodum ex hac nostra constitutione infrà latiùs patebit. Concordat. c. 20. his verbis: Wo nicht zuvor redliche Anzeigung der Missethat/darnach man fragen wolt/vorhanden und beweist würde/ soll niemands gefragt werden. Torturam omnem præcedere debent legitima maleficii, de quo quæritur, indicia: quæ ubi defuerint, nemo torqueatur.

10. Indicium autem ad torturam sufficiens Germanicè dicitur redliche Anzeigung / quod comprehendit etiam redliche Wahrzeichen/Argwohn/Verdacht und Vermuthung/ quæ paria sunt artic. 19. cujus hæc sunt verba: Wo wir hernachmals redliche Anzeigung melden / da wöllen wir allewegen redliche Wahrzeichen/Argwohn/Verdacht und Vermuthung auch gemeynt haben/ und darmit die übrigen Wörter abschneiden. Ubicunque in sequentibus loquemur aut ponemus verbum hoc, legitima indicia, significare quoque volumus legitima signa, suspiciones, præsumptiones, resecatis reliquis dictionibus.

11. Laudanda est certè horum populorum consuetudo, qui sententias tàm in criminalibus,

bus,quàm civilibus,non nisi ex præscripto facultatis Juridicæ & Dd. ferunt. In dubiis namq; & obscuris quæstionibus judex peritiores consulere jubetur. Novel. 82. §. pen. & Nov. 113. §. 2. concordat. c. 7. Constit. Carol. So die Urtheiler in bestimter Erkändtnuß zweiffelich würden/ob deß fürbrachten Argwohns und Verdachts zu peinlicher Frage gnugsam were oder nicht/ so sollen sie deßhalben Raths bey der Obrigkeit suchen. Item judices ubi in declaratione sua dubitaverint, an suspiciones ejusmodi ac præsumptiones sufficiant ad tormenta, nec ne? consilium petant.

12. Quapropter confessio facta metu tormentorum, indebitè & nullis legitimis præcedentibus indiciis, confitenti non præjudicat, nec ex ea reus potest condemnari, etiamsi millies & judicialiter sit ratificata, l. pen. & ibi Bartol. D. de quæst. Rolandus à Valle cons. 31. num. 8. & 11. Bruno à Sole in cons. suo crimin. num. 158. 159. & 160. Mynsing. obs. cent. 5. obs. 23. ubi ait. Et prædicta observanda sunt diligenter nostro tempore adversus magistratus, qui sine præcedentibus indiciis contra captivos quandoque statim ad torturam properant, & si reus extra torturam ratificet id, quod metu tormentorum confessus, antea fuit, mox eum condemnant: imò tales judices puniendi sunt, cùm innocentes censeantur damnare. Concordat d. c. 20. Und ob auch gleich wol auß der Marter die Missethat befandt würde/ so soll doch der

der nicht glaubt / noch jemands darauff verurtheilt werden / wo nicht zuvor redliche Anzeigung verhanden. Et licet quoque propter cruciatum delictum confiteretur, tamen huic confessioni fides adhibenda non est, aut quisquam propterea condemnandus, nisi legitima præcesserint indicia. Porrò indicia in hoc crimine ad torturam sufficientia hæc sunt.

13. Primum est, si quis se offerret ad tradendum docendumque alios incantationes, cap. 44. versic. So sich jemand erbeut / andere Menschen Zauberey zu lernen. Plerunque enim Magi & Veneficæ liberos suos & alios in diabolica sua arte instituunt, & nullum est sacrificium, quod ab istis hominibus tantoperè Diabolus expetat, quàm ut suos ipsorum liberos, simul ac hauserunt lucem, voveant Diabolo ad cultum ipsius.

14. Secundum indicium est, si Venefica pollicetur curationem afflicto, & postea re infecta aufugit, cap. 25. versic. Zum Siebenden / so jemand einer Missethat halben flüchtig würde.

15. Sæpè dubitari solet, an fuga Veneficæ vel alterius delinquentis sufficiens indicium faciat ad torturam? Hic distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando persona pro incantatrice delata ante accusationem vel inquisitionem institutam aufugit, tunc talis fuga indicium ad torturam facit, quia ob talem fugam de conscientia sceleris suspecta efficitur, præsertim si sit homo nihili & improbatæ vitæ. Bartolus

tolus in l.fin.n.5.D.de quæst. Secus esset, si metu carceris post factam accusationem vel inquisitionem aufugiat, quo casu sola fuga non esset sufficiens indicium ad torturam. Ut si persona pro incantatrice accusata, vel à Sagis aliàs nominata, ex urbe discessit, metuens sævitiam & tyrannidem judicis, & qui ita in homines innocentes sævire consuevit, tunc fuga non facit indicium. Ratio est. Quia nemo tenetur se periculo exponere, & ex carcere innocentiam suam probare. Et unicuique licitum est sanguinem suum redimere quocunque modo potest, l. 1.D.de bonis eorum, qui ante sent. Hæc est communis Dd. sententia, Josephus Mascardus de probat. vol. 2. conclus. 818. Jacob. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n.38. Mynsing observ 98. cent. 5. Geil. 2. obs. 109. n. 6. 7 & 8. ubi ait: Imò fuga sola non facit indicium ad torturam, etiam eo casu, quo accusatio, vel inquisitio nondum instituta est, dummodò subsit justus timor, vel suspicio vehemens futuræ accusationis, vel inquisitionis, quia nemo tenetur se periculo exponere, & ex carcere innocentiam suam probare.

16. Hac ratione Demosth. sua in epist. 2. de suo reditu, se excusat, quòd judicium Athenienf. effugisset. Verba ejus hæc sunt: Jam ob discessum meum jure irasci mihi non potestis, neque enim ideo abii, quòd de vobis desperarem, aut uspiam aliò respicerem: sed primùm carceris ignominiam animo ferebam graviter, deinde

deinde propter ætatem, afflictionem illam corporis perpeti non poteram: deniq; & vos non nolle putabam, illam contumeliam me effugere, quæ neque vos quidquam juvabat, & me perdebat. Hæc ille.

17. Secundum indicium sufficiens ad torturam oritur ex præcedentibus minis d. c. 44. ibi. Oder jemand zu bezäubern bedräwet/und dem Bedräweten dergleichen geschicht. & 31. in fine: Oder aber gedräwet hätte. Sunt enim fœminæ natura vindictæ cupidæ, nec linguam à minis cohibere possunt, si quam nocendi facultatem habuerint, mors itaque si minas sequitur, indicium est sufficiens ad torturam. Baptista Ziletus cons. 79. cujusdam Germani Antonii Zund exemplum adducit, qui necis Valentino cuidam illatæ accusatus est, eò quod paulò ante mortem illius dixisset, non esse præteriturum annum, quin ille tanquam baculus exaresceret. Fuit autem Magus in quæstionem raptus ob comminationem istam. Ideoque advocatus inter reliquos & hunc ponit. Item wahr / daß N. Angeklagtin N. gedräwet/ es solte ihme übel bekommen / worauff er alsobald in ein übernatürliche Kranckheit gefallen. Minas autem indicium & præsumptionem facere ad torturam contra minantem, præsertim qui consuevit illas exequi, communis est Dd. conclus. Josephus Mascard. de probationibus volum. 2. concl. 1060. Aliàs minæ probatæ ab eo, qui non consuevit exequi, indicium non faciunt ad torturam. Anthonius

thonius Gomezius variarum resolutionum Tom.3.cap.13.num.11.

Ratio est: Quia sæpè multa verba proferuntur calore iracundiæ, quæ tamen executioni non mittuntur, argum. l. famosi. §. 1. ff. ad l. Jul. majest. ibi, nec lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum est. Quocirca Paris Puteus in tractatu de Syndicatu, in verbo, tortura, vers. an, si quis dixerit, scribit, mulierem quandam è specula minatam aliquando fuisse alicui, quem odio habebat, his verbis: Jo te farò, tagliar le gambe, non passarà troppo, (id est, crura tibi succidi curabo brevi) quæ verba audiens quidam alter, minati illius inimicus, cogitavit illum vulneribus afficere sub spe, quod illa mulier fuisset diffamata, id quod præstitit. Capta fuit mulier, & minis probatis, fuit quæstionibus supposita, quæ quidem asseruit, se id mandasse, & pœnis ob id affecta, deinde reperta fuit innocens. Et Paridem recenset Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. num. 65.

18. Tertium indicium est ad torturam frequens cum certis & convictis Magis consuetudo. Similis enim simili plerunque adhærescit. d. c. 44. Auch sonderliche Gemeinschafft mit Zäuberin und Zäuberern hat. Item cap. 25. ibi: Ob die verdachte Person bey solchen Leuten Wohnung oder Gesellschafft habe/ die dergleichen Missethat üben. Hinc illud:

Noscitur ex comite, qui non cognoscitur ex se.

Et ex mala conversatione quisque etiam bonus

nus efficitur vitiosus.l.25.§.6.ibi: Si imitatione conservorum aleator forte, vel vinarius vel erro evasit.D.de Ædilitio edicto. Quòd autem ex conversatione oriatur sufficiens indicium ad torturam latè scribit Jacobus Menochius de præsumpt.quæst.89.num.89.

19. Quartum indicium ad torturam est confessio Veneficarum extrajudicialis c. 32. cujus hæc verba sunt: **So einer / wie vor von gantzer Weisung gesagt ist/gnugsam überwiesen wird/daß er von ihm selbsts Ruhms oder ander Weiß / ungenöther Ding gesagt hät/daß er die beklagte oder verdachte Missethat gethan / oder solche Missethat vor der Geschicht zu thun gedräwet hätte/und die That auch darauf in kurtzer Zeit erfolgt were/und es were ein solche Person / daß man sich derselbigen That zu ihr versehen mag/wird auch für redliche Anzeigung der Missethat gehalten / und ist peinlich darauff zu fragen.** Si quis,velut suprà de plena indicatione narratum est,satis convictus fuerit,ita quòd ultrò jactatione quadam,aliasvé non coactus, aut compulsus protulerit,se delictum ejusmodi postulatum & suspectum perpetrasse,vel ante patrationem minatum , ipsumque facinus paulò post consecutum fuisse , proque tali ille haberetur , à quo ejusmodi facinus expectari possit ac debeat , id nimirum pro legitimo indicio delicti reputari , & tormentis ille subjici potest.

20. Errat igitur Bodinus qui cap. 4. lib. 5. scripsit: Confessionem extrajudicialem in aliis

crimi-

criminibus sufficere ad quæstionem, in hoc ad condemnationem.

21. Est enim communis Dd. conclusio, confessionem extrajudicialem in omnibus criminibus tantummodò indicium facere ad torturam. Julius Clarus d.q.21.num. 31. Anthonius Gomezius variar. Resolut. c. 13. num. 8. Josephus Mascardus de Probat. volum. 1. conclus. 349. Ut autem locus sit huic indicio plura requiruntur.

22. Primò requiritur, ut confessio Veneficæ sit verisimilis, & habeat causam præexistentem. Nam si nulla subesset causa, qua ita factum dici posset, indicium sumi non posset. Menochius de Præsumpt.q.89.lib.1.num.17. Quapropter si Venefica dixerit, se per fornacem, strictum vel aliud angustius foramen per aërem volasse, in bestias fuisse transmutatas, hęc certè non sunt verisimilia: Ideoque talis confessio tanquam erronea rejicienda est.

23. Secundò requiritur, quod hæc confessio facta fuerit seriò, non autem jocosè. Menoch.d.loco num.19.

24. Tertiò requiritur, quòd sit confessio specialis, non autem generalis. Non enim sufficit, si dixisset, se incantationes exercuisse, nisi etiam dixerit, se hunc vel illum suis Magicis & Diabolicis artibus interfecisse. Franciscus Brunus de Judiciis p. 1. q. 3. num. 16. Anthon. Gomezius d. loco num. 8. Menochius num. 20.

25. Quartò requiritur, quod hæc confessio

Gg sit

ſit probata teſtimonio duorum, quemadmodum & reliqua indicia ad torturam ſufficientia, Menoch.num.21.de loco. Idem habetur in cap.23. Ein jede gnugſame Anzeigung / darauff man peinlich fragen mag / ſoll mit zweyen guten Zeugen bewieſen werden. Plenum ac ſufficiens indicium, ob quod torquere liceat, duobus teſtibus integris probetur. Et cap.30. in fine. Aber ſo einer etliche Umbſtände / Wahrzeichen / Anzeigung / Argwohn oder Verdacht / beweiſen will / das ſoll er zum aller wenigſten mit zweyen guten / tüglichen und unverwerfflichen Zeugen thun. Verùm ſi quis circumſtantias quaſdam, ſigna, indicia, ſuſpiciones, aut præſumptiones rectè probare & confirmare intendit, id quidem ad omne minus duobus integris, incorruptis & fide dignis, adeoque, qui nullo pacto reprobari poſſint, teſtibus faciat, neceſſe eſt.

26. Quintum indicium ad torturam eſt, ſi Magus Diabolum invocaverit ad maleficia eximenda, & res perditas quis ſuffuratus ſit, aut, ubi reconditæ ſunt, manifeſtandas d. cap. 44. ibi: Oder mit verdächtlichen Worten umbgehet / und dieſelbigen Perſon der Zauberey berüchtiget / das gibt ein Anzeigung der Zauberey und peinlicher Frage.

27. Sextum indicium ad torturam eſt, ſi Venefica viſa ſit pulverem vel ſortem ſuper gregem pecorum injicere, & ſtatim pecora perierunt. d. cap.44. Oder mit verdächtlichen Dingen / Gebärden / und Weſen umbgehet / die Zauberey

auff

auff sich dringen/ das gibt eine Anzeigung der peinlichen Frage.

28. Septimum indicium, si Venefica suspecta in domo aut stabulo alterius deprehendatur, & mors aut subitus morbus aliquem paulò post opprimat. cap. 25. ibi: Ob die verdachte Person an gefährlichen Orthen zu der That verdächtlich gefunden oder betretten würde.

29. Octavum indicium ad torturam est, si in ædibus Veneficæ suspectæ & diffamatæ reperiatur olla impleta bufonibus aliisque instrumentis magicis. d. cap. 44. Oder mit verdächtlichen Dingen umbgehet.

30. Nonum indicium ad torturam est testimonium unius omni exceptione majoris testis de ipso crimine deponentis cap. 30. Ein halbe Beweisung/als / so einer in der Hauptsach die Missethat gründlich mit einem eintzigen / guten / thügentlichen Zeugen / alß hernach von guten Zeugen und Weisungen gesagt ist/ beweiset / das heist und ist eine halbe Beweisung / und solche halbe Beweisung machet auch eine redliche Anzeigung / Argwohn oder Verdacht der Missethat. Semiplena probatio ea appellatur, quum quis in principali negotio delictum seu maleficium unico, integro ac fide digno teste (veluti infrà de sufficientibus & idoneis testibus attestationibusque dicemus) confirmat Atque ista quidem semiplena probatio vocatur, quæ nimirum legitimam conjecturam, indicium, suspicionem,

aut præſumptionem maleficii parit atque conſtituit.

31. Idem tradidit Capicius Deciſ. 126. num. 1. Anthonius Gomezius d. loco num. 7. Menochius num. 5. Teſtis autem omni exceptione major dicitur ille, cui nulla exceptio objici poteſt, vel qui non poteſt rejici. Ein glaubhafftiger / guter und unverwerfflicher Zeuge / der unverleumdt / und ſonſten mit keiner rechtmäſſigen Urſach zu verwerffen iſt.

32. Decimum indicium ad torturam eſt fama vehemens, cum aliis adminiculis d. cap. 44. ibi. Und dieſelbige Perſon deſſen ſonſten auch berüchtiget. Bartolus conſ. 91. reſpondit, famam vehementem ſufficiens indicium ad torturam eſſe etiam absque adminiculis, quem ſequitur Brunus in tractatu de indiciis pag. 1. quæſt. 3. num. 32. Menochius ſæpè allegato num. 34. ſcribit: Famam ſolam in criminibus, quæ ſunt difficilis probationis, ſine aliis adminiculis indicium facere.

33. Undecimum indicium ad torturam eſt, ſi diffamata Venefica, dum comprehenditur, dicat: Actum eſt de me, & mea arte Magica, aut, ne morte afficiatis me, id, quod res eſt, enuntiabo, d. cap. 44. Oder mit ſolchen verdächtlichen Worten umbgehet / die Zäuberey auff ſich tragen / und dieſelbigen Perſohn deſſen ſonſten auch berüchtiget.

34. Certiſſimum autem indicium maleficii eſt, cum quis ſe ante condemnat, quàm accuſetur.

fetur. Ut fecit Bessus quidam, ut est apud Plutarchum, qui cùm patrem suum clàm necasset, vixissetque multos annos, postea sine ullius criminis suspicione, quadam fortè die proficiscens ad cœnam, quò fuerat ab amicis invitatus, nidum hirundinum, qui pendebat in via, baculo diruit, pullosque, qui inde exciderant, pedibus conterens, ad unum omnes occidit: de quo reprehensus ab iis, qui tum adstabant, vicinis, quòd crudele & inhumanum videretur, in innoxias animantes nulla de causa sævire: Nimium enim diu, inquit, falsò me accusant paterni parricidii. Quo audito illi deferunt ad regem, qui re, diligenter quæsita & probata, meritis Bessum suppliciis affecit. At non erant illæ hirundinum voces, sed naturæ, quæ instabat, quæ urgebat, quæ hæc illi duo verba suggerebat assiduè. Quid egisti? ut ne punctum quidem temporis respiraret à metu.

35. Hæc est natura, inquit Tullius, quæ ab injuria arcet, quę vel in maxima solitudine vexat tamen impios: quæ quamtumvis improbos & audaces, cogit ad negandum facinus, aut confessi causam aliquam fingendam, ut jure fecisse videantur. Hæc est natura, quæ de Regibus & Tyrannis sumit pœnas: quas, si quid peccarint, luunt ipsi: non tàm judiciis, quibus non tenentur, quàm vexatione mentis continua, quæ dies & noctes eos exagitat.

36. Modus torturæ permittitur arbitrio judicis, pro qualitate personæ & quantitate suspi-

cionis decernendus c. 58. Die peinliche Frag soll nach Gelegenheit deß Argwohns der Person / viel/ offt oder wenig / hart oder linder Ermessung eines guten vernünfftigen Richters fürgenommen werden. Quæstio seu tortura fieri debet juxta conditionem & qualitatem suspicionis ac præsumptionis personæ, plus aut minus, frequenter aut raro, duriùs seu diutiùs ac leviùs ex arbitrio æqui boniqúe ac prudentis judicis. Concordat l. 7. D. de quæst. ubi Ulpianus. Quæstionis modum magis est judices arbitrari oportere, itaqúe quæstionem habere oportet, ut salvus sit reus, vel innocentiæ vel supplicio. & l. 10. §. 3. Tormenta adhibenda sunt, non quanta accusator postulat, sed ut moderatæ rationis temperamenta desiderant.

37. Sunt, qui ad explorationem Veneficarum tormentis rectè faciendam specialiter in more positum habent, ut pilos ab omni corporis Veneficarum parte abradendos censeant, vestesqúe illarum mutandas esse, hac persuasione, quòd tùm demùm ea, quorum reæ habeantur, citiùs indicaturæ sint. Et hunc explorandæ confessionis morem Bodinus præ cæteris comprobare videtur. Quod si, inquiens, nihil fateantur Magi, tùm mutandæ vestes & pilus omnis radendus est: & ita ad interrogationem veniendum. Et paucis interjectis: Nam inter omnes convenit, Magis pharmaca taciturnitatis esse: & quamvis Diabolus eos confirmet, ipsi tamen omisso pharmaco quæstio-

nem

nem à se ferri non posse putantes, quadam desperatione plurimum ad dicendam veritatem sine tormento adducuntur. Idem approbat Sprengerus inquisitor: Si Magus, inquiens, penes se silentii sortem habuerit, eum ad tormenta nihil doloris experturum, neque veritatem unquam confessurum. Anni centum sunt, quando Cumanus inquisitor unam & 40. Sagas damnavit, quæ omnes, abrasis pilis & mutatis vestibus, absque ulla quæstione violenta confessæ fuerunt.

38. Idem observavit Jodoc. Damhoud. in Pract. Criminali c. 37. n. 21. ubi scribit: Quibusdam verò ad torturam applicandis, non temerè, priusquam dicta tormenta aut partim, aut collectim, omnia intentarentur, omnes capillos, crinesque omnes novacula abrasos conspexi, facto scilicet per hoc periculo, num qua adminicula haberent pro impassibilitate, qua nulla tormentorum genera persentiscerent: id enim magicis artibus, sortilegiis, incantationibus, aut execranda dirarum devotione, plerunque efficere solent, uti sæpe ipse vidi, quum Civitati Brugensi fueram à consiliis, potissimùm in muliercula admodum anu, quæ tùm habitu, tùm victu, tùm incessu, tùm moribus, & fucata sanctimoniæ specie ab omnibus venerabatur, habebatur in pretio, & plurimi fiebat, veluti vera Christi Apostola, quòd multarum matronarum filios ac filias, quasi miraculosè curaret, gibbos liberaret, crura tibiasque confractas

fractas illicò restitueret, idque non arte, aut externo medicamine aliquo adhibito. Verum (ut olim Apostoli) pietatis aliquo exercitamento injuncto: nempè, ut uno, duobus, aut tribus diebus jejunarent in pane & aqua, vel ut ter legerent orationem dominicam, aut inviserent Mariam Ardenburgensem, aut S. Arnoldus Audenburg. aut S. Jodoc. aut S. Hubertum in Ardenna, vel ut sacrum unum aut alterum religiosè audirent, aut aliquot preculas persoluerent ægri; his rebus injunctis, ritè expletis, illicò aut certè intra pauculos dies. ab incommodis & morbis liberabantur & firmæ valetudini restituebantur, ob eam, quam in ipsam, mulierculam spem conceperant.

Quum istius mulierculæ ea facta in vulgus latiùs spargerentur, à Senat. (quibus mens, ut æquum erat, fuit altior & sanior) intempesta nocte jussa fuit ex lecto comprehendi, & carceri mancipari. Postridiè quum ab iisdem Senatoribus in carcere leni, prævioque examine perquirereter, quomodo, quibus mediis, quo fœdere, quaque fiducia freta suas Curas perageret? Ea intrepidè semper respondit se piè cuncta exercuisse, & bonis, piisque rationibus, atque ideò sese non debuisse tàm ignominiosè comprehendi. His non obstantibus, ex certis manifestisque indiciis, per Senatum adjudicabatur torturæ, ad quam cum venisset, & verbis persuasoriis examinaretur, constanti vultu, & animo semper perduravit in ea sententia, qua asseve-

asseverabat, se nihil eorum, quæ fecerat, dæmonis alicujus ope peregisse: sed omnia pio & licito medio. Aderat hoc tempore ipse quoq; Burgimagister (ut dicunt) miserè tunc (nam podagricus fuit) afflictus, ut cruciatus podagrà, cujus gratia subinde inter examinandum tristia edidit suspiria, & singultus miserabiles. Ad quem hæc anicula conversa sic orsa est: Vis, inquit, mi D. Burgimagister, feliciter ab hoc podagræ cruciatu liberari? Ego hoc malum, si voles, illicò & feliciter in te curavero. Ad quam ille: Curares, inquit? Optarem ab hoc morbo, ait, penitus curari posse duobus millibus ducatorum, quos tibi jamiam etiam numeravero, si quod verbis promittis, re præstare poteris. Ad quem tùm graphiarii, & consiliarii præsentes: Domine (inquiunt) Burgimagister, etiam atque etiam dispice quid dicas, quidque facturus sis: Nobis quæsumus potius ausculta, & istam maleficam in aliam cameram seduci jube, nosque patienter audi. Et ita seorsum abducta rursum dicti iidem consiliarii in hunc modum Burgimagistrum alloquebantur: Ah inquiunt, Burgimagister, vide diligẽter, quid dicas, aut quid facias, quantoque periculo temet exponas, ex vana persuasione, qua arbitraris hanc, tanquam Christi quandam Apostolam, te ab hac tua podagra posse licitis modis curare, tametsi cuncta secundum speciem videantur pia & divina. Si enim penitùs ipsius potestatem perscrutari libeat, age, eandem denuò ad nos re-

voca: modum curandi perquiramus (non est abbreviata manus Domini) si Apostolico remedio te curaturum promiserit: ipsorumque viis & mediis institerit, non refragabimur. Sin aliis illicitis mediis utatur, quibus fidat, omnia ipsius & tibi & nobis omnibus meritò suspecta esse debent. Hæc itaque reducta ab uno consiliariorum rogabatur: Si, inquit, Burgimagistrum nostrum morbo, quo laborat, levare, curareque præsumas, quo, inquit, remedio adhibito, & quibus rationibus id præstabis? Tum illa, nullo (inquit) alio remedio, quàm hoc: Credat Burgimagister, & sibi persuadeat, me eam habere potestatem, ut ipsum curem, illicò sanus, & valens curabitur. Quibus auditis, & intellectis jussa est, denuò abduci, & in locum priorem seorsum recipi. Tùm uno ore pariq; consensu dicti consiliarii, vides, inquiunt, & audis, mi D. Burgimagister, vosq; omnes senatores præsentes, quid ista malefica responderit. Ex cujus verbis apertè constat, ipsam omnia perversè atque adeò diabolicè peragere, teque Burgimagistrum illicitè curare præsumpsisse, In sua enim cura Apostolorum vestigiis minimè insistit. Illi enim in fide & virtute Dei sanabant, dicentes Claudo: In nomine Domini nostri JEsu Christi surge & ambula. Cœco dicebant: In nomine Domini nostri JEsu Christi suspice. Ille ad gressum restitutus est, hic visum recepit: non quidem ope humana, sed potentia divina in nomine & fide Christi. Hæc autem male-

malefica se curaturam jactitat, si quis duntaxat ipsi fidat, ipsamque hoc facturam credat. Quæ quidem fides (imò perfidia) prorsus contraria est cum fide Apostolorum. Hac itaque responsione percepta, & rebus meliùs pensiculatis, Burgimagister pœnitudine ductus ab ea curari noluit, quem dum vixit ad supremum usque spiritum tàm facilis credulitatis non mediocriter pœnituit. Malefica interim isthæc ob constantem negationem eorum, quæ ipsi imponebantur, torturæ tradebatur, acriter autem contorta, nonnulla delicta confitebatur eaque leviuscula. Insignia verò maleficia fortiter negavit, ab hac itaque tortura levabatur, & utcunq; purgata rursum in carcerem recepta est. Postea novis indiciis gravata iterùm torturæ addicitur. In qua (ut prius) paucula quædam, eaque minutiora tantum confitebatur. Ob cruciatum tamen clamare cepit: Abripite me ex hoc torturæ scamno aut permerdabo vos, quotquot adestis, omnes, quæ diutiùs naturæ pondus continere non possum. Erant autem juxta torturæ locum latrinæ, ad quas adeundas quibusdam Senatorum eam relaxari placuit. Alii quibus mens erat sagacior nullo modo relaxandam esse statuerunt, ne fortassis hinc gravius quoddam incommodum oriri posset, verùm vicit hîc affirmantium major numerus, quorum judicio è scamno relaxatur, & ad latrinas deducitur. Ubi postquàm æquo diutiùs hæsisset, nempe ad semi horam, & amplius, neq; bis,

bis, tervé vocata rediret, tandem redire cogitur, ſcamno imponitur, novæque torturæ deſtinatur, ligatur & ex juſſu Prætoris, Conſulis & Senatorum torqueri occipit. Illa non lamentationes, aut clamores edidit, ſed horum loco ſubridere cepit, &, quamvis ligata, digitorum tamen comploſionibus, Judicibus ipſis inſultabat, dicens: Vos Prætor, Conſul, cæterique Domini, & tu quoque npharie tortor, agite, facite poſthac, quod vobis libitum fuerit, nihil nunc in mei tortura profeceritis, nihil in me valebit veſtra crudelitas. His auditis ſanior Senatorum pars exiſtimabat, illam Dæmonis ope factam impaſſibilem. Ex eo namque tempore nihil ferè fateri voluit ex iis, quæ ſecunda informatione producta fuerant, ſed ſcamno patienter innixa aut riſit, aut dormivit. Hinc factum, ut ſecundò è ſcamno & tortura relaxaretur & iterum in carcerem reciperetur. Poſteà alii quoque teſtes auditi ſunt, & nova judicia habita, ob quæ jam tertiò torturæ adjudicatur. Verùm priuſquam ſcamno imponeretur, totius corporis pilos & crines abradi curavimus; poſtea ſcamno imponitur, acerrimè torquetur, nihil tamen fateri voluit. Tandem quibusdam adſtantibus ſuccurrit, eam non eſſe tonſam in pudendis, ſub axillis & in culo: ubi per tonſtrices illi quoque crines abraſi fuerunt, & inter radendum reperta fuit pergamena culo cunnoque inſerta, cui inſcripta fuerunt aliquot peregrina vocabula dæmonum, crucibus aliquot

aliquot inter ſe diſtincta, hæc pergamena Senatoribus exhibita occaſionem præbuit, ut rurſum ſcamno torquenda traderetur, ubi facta planè paſſibilis, omnia nudè fatebatur, quæcunque tribus prioribus informationibus fuerant propoſita. Cùm autem rogaretur, cur priùs fateri noluit, ait: Niſi à me omnes crines, atque etiam hanc ſchedulam abſtuliſſetis, nunquam à me perquirere quicquam potuiſſetis, ut quæ per illa, ob maligni ſpiritus operam, facta eram impaſſibilis: quod haud dubiè veriſſimum fuerat. Poſtquam verò res eò perveniſſet, ut inter Senatores diſcuteretur, qua pœna hæc malefica plectenda foret? aliis placuit, eam igne plectendam & occidendam eſſe: alii (quibus animus ad ſexum muliebrem & ad ætatem tàm provectam fuit mitior) cenſuerunt, eam non igne, nec morte conficiendam, ſed puniendam pœna morti proxima: nempè ut in theatro conſuetis veſtibus omni populo oſtenderetur, deinde caput commodatitiis capillis veſtiretur, quos carnifex injecta flamma exureret. Hoc ſigno indicans, magiſtratum eam non punire juxta rigorem juris & pro conſuetudine patriæ (juxta quam deberet comburi viva) ſed in eam uſum fuiſſe ſumma clementia. Hoc facto cenſebant eam exilio damnandam eſſe ad annos perpetuos, ſub pœna ignis, etiamſi nihil ſimilium poſteà perpetraſſet: Et ſi banno ſuo obediens, extra Flandriam ſimilia perpetrare præſumeret, ob

ea, &

ea, & tunc etiam ob præcedentia omnia, tanquam ſuam ſecum ſententiam conferens, viva combureretur. Hæc itaque poſterior & etiam mitior ſententia pluralitate vocum prævaluit. Malefica igitur hæc ita punita, bannoque ſuo obedire ſe velle declarans, à duobus Senatoribus & Penſionario extra terminos territorii Brugenſis producta fuit. Unde ſtatim migravit in Zelandiam & aliquot hebdomatibus reſedit Middelburgi, ubi ſtatim ad intermiſſa maleficia redire non deſtitit. Prætor autem ibi Florentius Dammæus à nobis de hac muliercula edoctus, per exemplaria omnia noſtræ informationis Torturæ, & ſententiæ ad ipſum in favorem juſtitiæ transmiſſa, eam obſervare incepit, quam, ubi ad conſueta maleficia rediiſſe certò cognovit, eam comprehendit, & ob confeſſionem, & ſententiam præviam vivam incendi curavit, & hujus Juſtitiæ executionem Senatui Brugenſi illicò reſcripſit, mihiq; fideliter narravit. Hactenus Damhouderius.

39. Quidam, ne dolores ſentiant, ſolent hos verſus pronunciare:

Imparibus meritis tria pendent corpora ramis,
Diſmas & Geſtas in medio eſt divina poteſtas.
Diſmas damnatur, Geſtas ad aſtra levatur.

Item ex Pſalm. Eructavit cor meum verbum bonum, veritatem nunquam dicam Regi. Item, JEſus autem tranſiens, per medium illorum ibat.

40. Paulus Grillandus in Tractatu de Quæſtioni-

stionibus q.4.num.14.ubi superstitiosè scribit, inter reliqua remedia ad eruendam veritatem pronuncianda esse verba Prophetæ: Dominus labia mea aperiat, & os meum annunciabit veritatem. Item, Eructavit cor meum verbum bonum, dicam ego cuncta opera mea Regi, confundatur nequitia peccatoris, perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Verùm has superstitiones, utpote impias, prudens judex non observabit.

41. Porrò si tortus Magus crimen confessus fuerit, de ejus circumstantiis diligenter est interrogandus, capite quadragesimo octavo. Ubi Imperator: So der Gefragte der angezogenen Missethat durch die Marter/als vor stehet/bekändtlich ist / und sein Bekandnuß auffgeschrieben wird: So sollen ihnen die Verhörer seiner Bekandtnuß halber gar unterschiedlich / wie zum Theil hernach berührt wird / und dergleichen/ so zu Erfahrung der Warheit dienstlich/ fleissig fragen. Si tortus delictum in tortura, ut dictum est, confitetur, & confessio sua consignatur, debent auditores illum suæ confessionis ergo speciatim, &, ut in sequentibus nonnihil declaratur, in similibus iis, quæ ad expiscandam eruendamque veritatem conducunt, diligenter interrogare, & c.52. Und nemblich/ bekendt jemand Zauberey/soll man auch nach den Ursachen und Umbständen / als obstehet / fragen / und deß mehr / Wo mit/ Wie und Wann die Zauberey beschehen / mit was Worten oder Wercken. So dann die gefragte Person an-

zeiget

zeiget/daß sie etwas eingegraben / oder behalten hett/das zu solcher Zauberey dienstlich seyn solt/soll man darnach suchen/ob man solches finden köndte. Wer aber solches mit andern Dingen / durch Worte oder Wercke gethan/soll man dieselbe auch ermessen/ob sie Zauberey auff ihnen tragen. Sie soll auch zu fragen seyn / von wem sie solche Zauberey gelernet / und wie sie daran kommen sey / ob sie auch solche Zauberey gegen mehr Persohnen gebraucht/und gegen wem/was Schadens auch damit geschehen sey?

Porrò si quis incantationes fatetur,quærantur etiam causæ & circumstantiæ, ut supra dictum est: ac præterea, quo instrumento, quo modo,& quando incantatio contigerit,quibus verbis aut factis? Ac tunc quidem, si torta persona indicat,quòd aliquid defoderit aut absconderit, ad ejusmodi incantationes conferens faciensque, fiat scrutinium & inquisitio, an tale reperiatur: ac quis id cum aliis rebus verbo aut facto effecerit: quæ omnia expendenda sunt ac discernenda, ecquam fortè incantationem in se contineant. Idem quoque interrogetur,à quo ejusmodi magica didicerit, & qua via rationeque ad hoc pervenerit,an eadem incantatione quoq; in aliis personis usus sit, & contra quem, quidvé damni per hoc illis intulerit?

42. Non sufficit autem de circumstantiis interrogare Veneficam,sed inquirere diligenter debet, utrum vera sint, quæ in tortura dixit. Exem-

Exempli gratia: Si Venefica fatetur, quod homines & jumẽta, sua Magica arte interfecerit, judex diligenter inquirere debet, utrùm hoc verum sit? cap. 54. So obgemeldte Fragstück auf Bekandtnuß / die auß oder ohne Marter geschicht / gebraucht werden / so soll alsdann der Richter an die Ende schicken / und nach den Umbständen / so der Gefragte der bekandten Missethat halber erzehlet hat / so viel zu Gewißheit der Warheit dienstlich / mit allem Fleiß fragen lassen / ob die Bekandtnuß der obberührten Umbstände wahr sey oder nicht? dann so einer anzeigt die Maß und Form der Missethat / als vor zum Theil gemelt ist / und sich dieselbigen Umbstände also erfunden / so ist darauß wol zu mercken / daß der Gefragte die bekandte Missethat gethan hat / sonderlich so er solche Umbstände sagt / die sich in der Geschicht haben begeben / die kein Unschuldiger wissen kan.

Quum prædictis interrogatoriis super confessionibus, quæ extra torturam fiunt, utamur, judex in rem præsentem veniat, seu ad loca mittat, & de circumstantiis à reo in tortura prolatis enumeratisque, quantum ad explorandam veritatem profuerit, summo studio atque diligentia, nimirum an confessio dictarum circumstantiarum vera sit nec ne? inquiri investigarique faciat. Quippe quum quis indicat modum ac formam delicti, ut suprà aliqua ex parte meminimus, & eædem circumstantiæ sic constiterint, facilè conjectandum erit, totum confessatum facinus perpetrasse: præsertim

quando tales circumſtantias, quæ de facto contigerunt, neque inſons aliquis ſcire poteſt, profert.

43. Ideoque in his terris, quando non certò conſtat de delictis confeſſis, vulgò ita pronunciatur. Hat N. in der ſcharffen Frage bekandt und außgeſagt / daß er an dem und dem Ort N. und ſeinem Viehe durch Zauberey Schaden zugefügt. Da nun ſolcher Zauberey halben gebührliche und rechtmäſſige Erkündigung genommen / und es würde der Gefangene für dem Halßgericht nachmahls auff ſolchem ſeinem Bekandtnuſſe freywillig verharren / ſo ſoll er derentwegen mit dem Fewer vom Leben zum Tod gericht und geſtrafft werden.

44. Sanè ſi Magus falſus deprehendatur in circumſtantiis crimini adjectis, rurſus poteſt torqueri, cap. 55. cujus hæc ſunt verba: Erfindet ſich aber in obgemelter Erkundigung / daß die bekandten Umbſtände nicht wahr wären / ſolche Unwarheit ſoll man dem Gefangen fürhalten / ihn mit ernſtlichen Worten darumb ſtraffen / und mag ihn alßdann mit peinlicher Frag auch zum andernmal angreiffen / damit er die obgezeigten Umbſtände recht und mit der Warheit anzeige / dann je zu Zeiten die Schüldigen die Umbſtände der Miſſethat unwarlich anzeigen / und vermeynen / ſie wöllen ſich damit unſchuldig machen / ſo die Erkündigung nicht wahr erfunden werden. At ſi in prædicta inquiſitione ſeu percunctatione compertum fuerit, confeſſas circumſtantias non veras eſſe, id quidem mendacium ſeu falſitas captivo proponen-

ponenda, ac duris ille verbis acribusque propterea corripiendus est, adeoq; torturæ etiam subjiciendus denuò, quò præmonstratas circumstantias rectè vereque indicet, atque exponat: quandoquidem fit, ut non rarò sontes circumstantias maleficii falsò ac dolosè proferant, arbitrantes ita se, ubi in inquirendo seu exploratione mendaces reperti fuerint, innocentes fore, atque impunè abituros esse.

45. Quod si Venefica confessionem suam revocaverit, seu id, quod semel confessa est, postea rursus negaverit, nec justas negandi causas habet, facit ista negatio regulariter, quòd rursus torqueri possit. cap. 57. ibi: So der Gefangen der vorbekandten Missethat leugnet/und doch der Argwohn / als vor stehet / für Augen wer/ so soll man ihn wieder in Gefängnuß führen / und weiter mit peinlicher Frag gegen ihm handeln / und doch mit Erfahrung der Umbstände/ als vor stehet/ in allerwege fleissig seyn/ nach dem der Grund peinlicher Frag darauff stehet. Si captivus confessatum delictum inficiatus fuerit, ac recantaverit, & suspicio tamen, ut suprà ponitur, præ oculis quasi extiterit, reducatur in carcerem, ac torqueatur: ita tamen, ut circumstantiarum, quemadmodum anteà diximus, diligens habeatur ratio; quandoquidem fundamentum torturæ desuper extruitur.

46. Planè si reus probabiliter errorem suæ confessionis allegaverit, eumque probaverit tortura, repeti non debet. cap. 57. Es were

denn / daß der Gefangene solche Ursachen seines Leugnens fürwendet / dardurch der Richter bewegt würde / zu glauben / daß der Gefangene solche Bekändtnüsse auß Irꝛsall gethan / alßdenn mag der Richter denselbigen Gefangenen / zu Außführung und Beweisung solches Irꝛsals / zulassen. Nisi captivus tamen ejusmodi causas rationesque suæ negationis allegaret, ex quibus judex moveretur ad credendum illam confessionem captivi ex ore factam esse: tunc quidem poterit judex eundem captivum ad prosequendum & probandum talem errorem admittere. Accedit Julius Clarus quæst. 64. versic. ultimo 46. in fin. & §. fin. quæst. 21. versic. ulterius 36. Si autem errorem allegatum non probaverit, nihilominus vel denuò torquendus, vel si confessio aliis argumentis multum juvetur, damnandus est. Julius Clarus d. quæst. 64. versic. sin autem reus 44. ibi. Quinimò posset. Quo posteriore casu judex peritiores consulere jubetur, cap. 91. his verbis: Wird der Beklagte auff den endlichen Rechtstag der Missethat läugnen / die er doch vormahls ordentlicher / beständiger Weiß bekandt / der Richter auch auß solchem Bekändtnüß in Erfahrung allerhand Umbstände so viel befunden hätte / daß solch Leugnen von dem Beklagten allein zu Verhinderung deß Rechten wird fürgenommen / so soll der Richter in allewege bey den Rechtverständigen / oder sonst an Orthen und Enden / als hernachmals angezeigt / Raths pflegen. Si reus in determinato judicio facinus seu delictum, quod

quod anteà tamen ordinaria, firmaque ratione confessus fuerat, negaret, sed judex nihilominus ob ejusmodi confessionem factam investigando explorandoq; communes circumstantias comperiret, illam negationem accusati solùm ad remorandam impediendamque justitiam extrahi, prætexique: Judex quidem à Jureconsultis, vel aliàs, ut inferiùs dicetur, consilium petat.

47. Sed si tortus reiteraret, & geminaret istam confessionem in judicio, & in ea perseveraret, tunc faceret plenam probationem, ita ut ex ea per sententiam condemnari posset, cap. 60. his verbis: So auff erfundene / redliche Anzeigung einer Missethat halben / peinliche Frag fürgenommen / auch auf Bekändtnuß deß Gefragten / fleissige / mügliche Erkündigung und Nachfrage beschicht / und in derselben bekändter That halb solche Warheit befunden wird / die kein Unschüldiger also sagen und wissen kündt / alßdann ist derselben Bekändtnüß unzweiffelicher / beständiger Weise zu glauben / und nach Gestalt der Sachen peinliche Straff darauff zu urtheilen. Si propter comperta & rationabilia indicia cujusdam maleficii quæstio seu tortura suscepta, etiam ad confessionem torti, diligens ac possibilis exploratio inquisitioque facta fuerit, & in ea confessati delicti causa negotioq; ejusmodi veritas constiterit, quam insons hoc modo dicere aut scire possit: tali nimirùm confessioni sine dubio firmiter credendum, & juxta conditionem &

qualitatem causæ ad pœnam infligendam procedendum est. Nam etsi confessio in tormentis facta ad condemnationem non sufficiat, quasi metu extorta l.1.§.17.D. de quæst. tamen ea vis purgatur, quando posteà extra locum carceris, ejusmodi confessio liberè renovatur. Bartol. in l.1.§. si quis ultrò d. tit. Paris de Puteo in Tract. Synd. verbo Tortura num. 9.

48. Ea tamen renovatio non sufficeret, si tortura esset indebitè injusteque facta, vel confessio non verisimilis. Wesenbec. in Parat D. de quæst. num. 12. Ut si Venefica confiteretur, se per aërem volasse, in bestias fuisse transmutatas, & similia impossibilia & non verisimilia.

49. Nulla autem dignitas, ut obiter dicam, excusat Magos & Maleficos à tortura, sed indistinctè omnes torqueri possunt. l. 7. C. de Malef & Mathemat.

50. Quòd si pluries Venefica fidibus examinata confiteatur, postea verò soluta identidem revocet, necesse erit tandem ad absolutionem perveniri: quia satiùs est absolvi nocentem, quàm innocentem damnari, & sanè torturæ sæpius repetitæ non minor cruciatus est re ipsa, quàm cujuslibet pœnæ capitalis. l. unius c. 18 § 1. D. de quæst. Wesenb. allegato loco.

51. Idem dicendum est, si persona torta in sua inficiatione perstitit, nec crimen confessa est, & indicia adversus se producta purgaverit, tunc similiter absolvenda erit, Julius Clarus quæst. 64. num. 8.

52. Planè

52. Planè utrùm indicia ad torturam sufficientia sint purgata, judicis arbitrio relinquitur æstimandum: Franc. Vinc. lib.2. commun. opin. in v. arbitrio judicis num. 10.

53. Qua autem pœna judex sive magistratus, si personam innocentem torqueri curaverit, puniatur? Dd. inter se non conveniunt. Alii similitudine supplicii eum afficiendum censuerunt, alii actione injuriarum eum teneri voluerunt. Alii extraordinariè eum puniendum scripserunt. Vide Laurentium Kirchovium conclus. 66. cent. 4. Sed crebrior est Dd. sententia. Judicem, qui reum torturæ sine causa, sine indiciis, dolosè & malitiosè subjecit, & ita torsit, ut iste decesserit, capitali pœna: Si verò per imperitiam aut culpam id fecerit, extraordinariè tantùm puniri posse. Ægid. Bossius in tractatu caus. crimin. tit de tortura, num. 28. Julius Clarus in Pract. crim. §. fin. quæst. 64. num. 32. Jacobus Menochius de arbit. judic. lib. 2. cent. 4. cas. 40. Wesenbecius suprà d. loco, num. 9. Accedit Constitut. criminalis Caroli V. cap. 61. Wo peinliche Frag dieser und deß heiligen Reichs rechtmässigen Ordnung widerwärtig gebraucht würde / so weren dieselbigen Richter alß Ursacher solcher unbillicher peinlicher Frag sträfflich / und sollen darumb nach Gestalt und Gelegenheit der Uberfahrung / wie recht ist / Straff und Abtrag leyden / und mögen darumb für ihrem nechsten ordentlichen Obergericht gerechtfertiget werden. Si hac sacri Imperii constitutione torquendo abusi

usi fuerint judices, erunt ipsi quidem, ut qui iniquæ torturæ occasionem dederint, culpabiles: eruntque propterea juxta conditionem & qualitatem transgressionis atque excessus, ut æquum est, puniendi: ac coram proximiori ordinario judice justificandi.

54. Torturam autem factam esse, & quidem indebitè factam, facilè probari potest, nisi doceatur contrarium. Nam factum quidem ipsum torturæ ex solis indiciis levibus, putà, per incarcerationem, clamorem rei, livorem corporis, famam, & similes conjecturas plenè convincitur. Jus autem torturæ, videlicet injustè eam decretam esse, probatur eo ipso, quòd non ostendatur diversum. Stat enim pro reo juris præsumptio contra judicem: nisi ille, sufficientia indicia præstò fuisse, liquidò demonstret, Wesenbecius d. loco, cum allegatis ibidem.

55.

Sequitur Supplicatio pro Citatione, wider eine Stadt/ die unverschuldter Sachen peinlich gemartert.

Hochwürdiger Fürst/ Röm. Kays. Majestät Cammerrichter/ gnädiger Herr/ E. F. G. bringt die arme Fraw N. demütiglich klagend für/ wiewohl in gemein geschriebenen Rechten/ auch in Kayser Carol deß Fünfften/ und

und deß heyligen Römischen Reichs peinlicher Halßgerichts Ordnung heilsamlich geordnet und versehen / auch bey höchster Straff verbotten/daß niemandts / was Standts oder Wesens der sey/den andern unerfolgts Rechtens / eigens Gewalts und wider Recht vergewaltigen/ beleydigen / noch an seinem Leibe und Leben beschädigen/verletzen/oder auch einige Schmach und Schaden mit Worten oder Wercken zufügen / viel weniger ohne vorgehende beweißliche Indicia und zu Recht gnugsam Anzeigung und Verhörung torquirn oder peinigen lassen soll. Wiewol auch gantz ohne das gemelte N. ihr Lebenlang je und allewegen nie anders dann für unbeschreyt/ unverleumbt/ und fromme Frau geachtet und gehalten/noch einiger bösen Thaten oder Verbotten unziemlichen Handlung oder Laster beziegen / und mit Recht überwunden worden/ So sind doch ꝛc. hic narrandum factum ejusque circumstantiæ. Dieweil dann gnädiger Fürst und Herr erzehlte gewaltsame Handlung an der armen Frawen gantz frevendlicher Weiß begangen/nit allein gemeinen geschriebenen Rechten/und deß H. Reichs Ordnung/ sondern auch aller Erbar / Billigkeit und guten Sitten/menschlicher Barmhertzigkeit hoch

zu gegen / und obgedachte B. und R. umb ihr zugefügte Schand / Schmertzen und Schaden zu klagen / zu rechtlicher Hülff zu begehren zum höchsten gedrungen wird / und dann / ermelte R. und Rath dem heiligen Reich ohne Mittel unterworffen / und derwegen E. F. G. an statt Röm. Kays. Majest. ihr ordentlicher Richter seyn; So gelangt demnach an E. F. G. vielgenannter Frawen gantz demüthige Bitt / die wollen umb GOttes und der Gerechtigkeit willen / ihr widergedachte B. und R. zu prosequirung und Rechtfertigung oberzehlter gewaltsahmer Handlung und zugefügtes Schadens und Nachtheils / Ladung / in gewöhnlicher bester Form / gnädiglich erkennen / und obangeregten gezwungen Eydt und Verschreibung (dardurch ihr doch das Recht außdrücklich nicht verstrickt) von Rechtswegen für nichtig und unbündig achten. Damit sie auch an ihrem rechtlichen Fürnehmen und Klagen dardurch nicht verhindert werde / und in quolibet inferiori juramento Majestas Imperatoria außgeschlossen / und dann E. F. G. K. M. in deß heiligen Römischen Reichs Cammergericht repræsentiren; So ist weiters der armen Frawen demüthige Bitt / E. F. G. wollen solchen abgenöthigten Eyd /

Eyd/ und vermeynte nichtiger Weiß über sich gegebene Verschreibung/ in diesem Fall quo ad affectum agendj, ihr der Frawen relaxiren/ und folgends der gebetten Ladung/ oder was sonst nach Gestalt und Gelegenheit erzehlter Handlung/ von Rechts und Billigkeit wegen zu Gutem mitgetheilt und gebetten werden mag/ gnädiglich erkennen/ E.F.Gn. hochadelich richterlich Ampt hierinn unterthäniges Fleiß/ bester Form/ wie solches geschehen kan oder mag/ demütiglich anruffend. Auch übergibt die Fraw ein Urkund ihrer Armuth/ und bitt/ sich zum Eyd der Armut gnädiglich zuverhelffen/ E. F. G. abermahls anruffendt/ etc.

CAPUT XI.

DE POENA MAGORUM, VENEFICARUM, ET LAMIARUM.

SUMMÆ.

1. *Respublica duabus rebus conservatur.*
2. *Post confessionem delicti sequitur executio.*
3. *Aurea verba Constantini Imperatoris.*
4. *Executio triduo antè damnato est significanda.*

5. An

5. *An revocatio Venefica in extremis valeat?*
6. *Pœna Magorum & Veneficarum de jure divino.*
7. *Versiculum 18. Exodi 22. quomodo septuaginta interpretes intelligant?*
8. *Josephi testimonium.*
9. *Philonis Judaei testimonium.*
10. *Lamberti Danaei testimonium.*
11. *Verbo* φαρμακεία *utitur Paulus ad Galat. 5.*
12. *Qui dicantur* φαρμακευταὶ *&* φαρμακεύτριαι*;*
13. *Sub nomine Magorum intelliguntur quoq; Arioli, Praestigiatores & incantatores*
14. *Quantopere Deus à Magis abhorreat, ex sacris ostenditur.*
15. *Pœna Magorum de jure Persarum.*
16. *Pœna Magorum de jure civili.*
17. *Pœna Magorum juxta ordinationem criminalem Caroli V.*
18. *Pœna Magorum juxta constitutionem illustrissimorum Megapolensium principum.*
19. *Pœna Magorum & Veneficarum juxta constitutionem Saxonicam & Electoris Saxoniae.*
20. *Pœna Magorum juxta constitutionem illustrissimorum Principum Hassiae.*
21. *Pœna Magorum juxta constitutionem civitatis Wormatiensis.*
22. *An cadaver Magi, qui in carcere ante executionem conscientia perpetrati sceleris se interficit, aut aliàs mortuus reperitur, comburi possit?*
23. *Forma sententiae.*
24. *Pœna eorum, qui Magos consulunt.*

25. *Verba*

48. *Quando*

hæc revocatio in extremis elidat primam confessionem factam in tortura & judicio: ita ut prior amplius indicium non faciat. Ad hanc quæstionem Dd. variè respondent. Quidam scribunt, quòd per istam expurgationem prorsus indicia contra nominatas tollantur, propterea quòd confessio nulla & inconstans ejusdem sit efficaciæ: item quod nemo præsumatur in articulo mortis, ubi quis memor est salutis æternæ, mentiri. Follerius in pract. Crim. fol. mihi 659. num. 154. Quidam statuunt huic revocationi non esse standum propter l. 3. §. 1. D. Ad Sc. Sylleian: quæ vult, non esse standum tali confessioni, quæ in extremis fit. In hac opinione præter alios fuit Hippolytus à Marsiliis in Pract. crim. §. Restat, ubi Bartoli authoritatem adducit, qui in d. l. 3. §. 1. scribit. Judicis dicto non esse standum, qui in agone mortis dixit, se falsam tulisse sententiam. Et hanc opinionem pluribus confirmat Hippolytus ibidem, ubi vide. Ego in hac quæstione distinguo. Aut delata persona fuit bonæ famæ ac vitæ adsunt sufficientia indicia contra nominatam, tunc talis revocatio facta in extremis primam confessionem factam in tortura & judicio vel extra elidit. Secus si firmæ & indubitatæ præsumptiones, contra delatam adsunt, tunc eo in casu hæc revocatio & expurgatio facta in extremis nullius est momenti. Neque enim omnis moriens est Joannes Evangelista. Secundum tritum apud Jureconsultos proverbium. Et

hæc

hæc diſtinctio approbatur in Conſtitut. Carolina cap. 31. verſ. Zum Fünfften. Wo aber der Sager ſeine Beſagung oder Dargeben am Letzten widerrufft / die er doch mit guten / erzehlten Umbſtänden gethan hätt / und geacht möcht werden / er wölt ſeinen Helffern damit zu gut handeln / oder daß er vielleicht durch ſeinen Beichtvatter unterwieſen were / alßdann muß man anſehen deß Sagers angezeigte und andere erkündigte Umbſtände / und darauß ermeſſen / ob die Verſagung eine redliche Anzeigung der Miſſethat geb oder nicht? Und in ſolchem iſt ſonderlich auch ein Aufffehens zu haben / und zu erfahren / den guten oder böſen Stand und Leumuth deß Verſagten / und was Gemeinſchafft oder Geſellſchaft er mit dem Verſager gehabt hab?

6. Quod autem ad pœnam Magorum & Veneficarum attinet, ſciendum, quod hi de jure divino capitaliter puniantur, Exod. 22. verſ. 8. Maleficam non patieris vivere.

7. Nomen enim Mechaſchepha, quo lex ibidem utitur à Caſaph deflectitur, ut Wierus lib. 2. cap. 1. ait; poſitumque eſt in fœmino genere, non quòd viros impunes eſſe velit, ſed quia ille ſexus ob genuinam ſimplicitatem Dęmonum inſidiis frequentius patet. Græca translatio ſeptuaginta interpretum hæc eſt, φαρμάκυς ὐκ ἐπιβιώσετε, aliàs περιβιώσετε. Veneficos non retinebitis in vita, hoc eſt, eos, qui ſortilegiis & magicis artibus Veneficia in hominum & jumentorum perniciem exercent.

8. Cum ſeptuaginta ſenioribus convenit

Ii quoque

quoque Josephus, qui Antiquit. Judaic. libro quarto, cap. 8. Moisis mentem his explicat verbis: φάρμακον μήτε θανάσιμον, μήτε τὸ εἰς ἄλλας βλάβας πεποιημένον, ἰσραηλιτῶν ἐχέτω μηδὲ εἷς, ἐὰν δὲ κεκτημένος φωραθεὶν τεθνάτω, τοῦτο πάσχων ὃ διέθηκεν ἐκείνους καθ' οὓς τὸ φάρμακον ἂν παρεσκευασμένον: id est, venenum neque lethale, neque in alios noxios usus præparatum, Israëlitarum aliquis habeat: quod si habere deprehensus sit, morte mulctetur, & patiatur id, quod facturus erat illis, adversus quos venenum paraverat.

9. Philo quoque Hebræus, socius Josephi & familiaris, caput illud legis Dei, Hebreis verbis conscriptum, Græcè interpretans in libro de singularibus legibus, lex DEI, inquit lib. περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων, à Magis & Veneficis abhorret (μάγους καὶ φαρμακευτάς vocat) qui modis artibusque damnandis mille mala perpetrãt, & eos, quo die fuerint intercepti, morte mulctari jubet: quemadmodum sancit l. ultima de malefic. C. ut, qui Magum retexerit, illicò ad publicum pertrahat.

10. Ita quoque textum illum intelligit Lambertus Danæus ibi: Veneficum vivere non sines.

11. D. Paulus veneficia & cædes separat c. 5. ad Galatas, ubi inter carnis opera recensentur φαρμακεία & φόνοι· ibi reddiderunt nostrates Zäuberey.

12. Cùm itaque malefici seu maleficæ hominibus

minibus & jumentis mortem inferant cum venenatis materiis, pulveribus, ossibus, vel alios periculosos morbos excitant, in tantum, ut quidam in corporis extenuationem viriumque imbecillitatem inducantur, eos Græci φαρμακέας, φαρμάκυς & φαρμακευτὰς dixerunt, fœminas verò φαρμακίδας & φαρμακευτρίας.

13. Sub nomine Magorum intelliguntur quoque arioli, præstigiatores, incantatores, quos omnes lex quoque divina damnat Levit. 10. Vir & mulier, in quibus Pytho vel divinationis fuerit Spiritus, morte moriantur. Et Deutr. 18. Non inveniatur, qui divinando futura prædicit, nec maleficus, nec incantator, nec magus.

14. Et illud inprimis oportet observari, non homicidii, parricidii, incestus, tyrannidis, idololatriæ nomine, Deum dicere, populos illos à se exterminari, sed ob sortes magicas, &, quoniam populi suos liberos diabolo Moloch consecrabant ad facienda sortilegia sua, Deum præcipere, ut, quisquis rem istam abominandam commiserit, lapidibus obruatur, Lev. 20. morte omnium crudelissima, tùm verò DEum adjicere, se furorem suum immissurum contra populum, qui impunè scelera ista abire siverit. Itaque volens Samuel gravitatem peccati regi Sauli exponere, peccatum, inquit, tuum æquè magnum est ac magorum crimen: Similiter, ut demonstretur, quantopere Manassem Regem Deus exhorruerit, scriptum est, Manassem suis

execrandis sceleribus provocasse Deum, atq; subjicitur, eum fuisse Magum, & conventionem cum diabolis inivisse : itaque spoliatum fuisse regno, & numella in carcere fuisse coërcitum. Et quamvis eum posteà pœnituerit, eo tamen extincto, post annos quinquaginta Jeremiæ dixit Deus, Jerem. 19. & 15. igne & cædibus delebo istud oppidum propter execrabilia scelera Manassis Regis : de loco verò Topheth ubi Satanæ sacrificaverat, dicitur is fore locus cædium ad vindictam iræ divinæ (ut contigit) exercendam. Similiter libr. 4. Regum cap. 17. dicuntur decem tribus exterminatæ, & in exilium raptæ, quòd in res magicas & sortilegia incumberent. Atque hos quidem locos apprimè convenit observari : nititur enim hoc uno crimine decem tribuum captivitas : de duabus autem reliquis tribubus, dicitur Deus (qui ad ultiones est tardissimus) post annos quinquaginta sortilegia Manassis vindicasse, cum igne cædibusque permista fuerunt Hierosolyma & duæ tribus deportatæ : Alibi verò dicitur Jeremiæ 50. gladius ad divinos, gladius ad Chaldæos : & apud Micheam, Mich. 5. delebo è terra magos divinosque : Et cum Esaias eversionem Babyloni minatur, cædes & incendia; omnes hæ calamitates, inquit, evenient tibi propter amplitudinem scelerum tuorum execrabilium, quæ commisisti cum Magis tuis.

15. Plutarchus in Apophth. à Persis scribit supplicio omnium crudelissimo affectos fuisse

fuiſſe Magos, quorum caput inter duos lapides elidebant.

16. Jure Civili Romanorum hæc hominum genera graviſſimè puniuntur. Julius Paul. Recept. ſent. lib. 5. ad l. Corn. de ſicariis & venef. tit. 25. ubi ſic ait: Magicæ artis conſcios ſummo ſupplicio affici placuit, id eſt, beſtiis objici, cruci affigi, ipſi autem magi vivi exuruntur: etiam libros magicæ artis apud ſe nemini habere licet: & ſi penes quoscunque reperti ſint, bonis ademptis ambuſtisque iis, publicè in inſulam deportantur, humiliores capite puniuntur, l. 4 §. 1. D. famil. erciſc. Et l. fin. C. De Malefic. & Mathemat. ubi Imperatores: Quicunq; maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupaverit, illicò ad publicum pertrahat, & judicum oculis communis hoſtem ſalutis oſtendat. Quod ſi quisquam ex agitatoribus, id eſt aurigis, ſeu ex quolibet alio genere hominum, contra hoc interdictum venire tentaverit, aut clandeſtinis ſuppliciis etiam manifeſtum reum maleficæ artis oppreſſerit: ultimum ſupplicium non evadat, geminæ ſuſpicioni obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris ſocios publicaret, ſeveritati legum, & debitæ ſubtraxerit quæſtioni: aut proprium fortaſſis inimicum ſed hujuſmodi vindictæ nomine conſilio atrociore confecerit. Et Leo Novella 65. ſanè ſi quis aliquo modo incantamentis uſus eſſe deprehenſus fuerit, ſupremum ſupplicium ſuſtineto.

 Juxta

17. Juxta constitutionem criminalem Caroli V.c.109. Magi & Veneficæ, quæ homines & jumenta suis Magicis artibus interfecerunt, flammis concremantur: So jemand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zufüget/ soll man ihn straffen vom Leben zum Todt / und man soll solche Straff mit dem Feuer thun. Wo aber jemand Zauberey gebraucht / und damit niemand Schaden gethan hätt/soll sonst gestraft werden/ nach Gelegenheit der Sach/ darinnen die Urtheiler Raths gebrauchen sollen / wie vom Rathsuchen hernach geschrieben stehet. Si quis hominibus veneno damnum dederit, injuriamvé fecerit, is morte mulctandus est, igneque conflagrandus. Qui verò veneno uteretur, neque dum alicui damnum illo intulisset, puniri quidem ac corripi juxta qualitatem causæ debet. In quibus casibus Judices consilio utantur, sicuti infrà de consultationibus dicetur ac præscribetur.

18. Cum hac Carolina constitutione convenit constitutio illustrissimorum Megapolensium Principum, In der Policey Ordnung / sub Rubrica, Von Zauberey/ Wahrsagern / rc. Uns kommen auch Klagen für / daß in unsern Fürstenthumen sich grosse Ergernüssen und Mißbräuche göttliches Worts/ durch Zaubern/ Beschweren und teuffiisches Wahrsagen / zutrage/ dardurch unsere Unterthanen zu Abgötterey / Afferglauben und Schaden geführet werden. Demnach ordnen und wöllen wir, da jemand/ was Standes der were/ sich

deß

deß Wahrsagens oder ander Zauberey befleissen/ und dardurch den Leuten Schaden und Unglück zufügen würde/ daß derselbige mit dem Fewer gestrafft werden soll. Wo aber jemands Zauberey gebraucht/und damit niemand Schaden gethan hätte/der soll sonsten nach Gelegenheit der Sachen gestrafft werden.

19. De jure Saxonico similiter Magi concremantur lib. 2. art. 13. ubi dicitur: Welcher mit Zauberey umbgehet/oder mit Vergiftnüß/und dessen überwunden wird/ den soll man auff einer Hörden brennen. Juxta constitutionem Saxon. Electoris Constitut. 2. parte 4. Qui rem & pacta cum diabolis constituta habent, pariter igne absumuntur. Qui verò absque tali conjuratione magicis artibus damnum cujuscunque modi faciunt, ex cristallo similibusque ariolantur, gladio feriuntur. Quod congruit legi Mosaicæ, Deuter. 18. 22. Levit. 20. Etiamsi in his jure communi & Cæsareo aliter distinguatur. l. injuriam 15. §. Si quis Astrologus 9. de injuriis, l. 2. 3. 4. & passim C. de malef. & ordin. imp. c. 109. Verba constitutionis Electoris Saxoniæ hæc sunt: So jemand in Vergessung seines Christlichen Glaubens mit dem Teuffel Verbündnuß auffrichtet / umbgehet / oder zu schaffen hat/daß dieselbe Person / ob sie gleich mit Zauberey niemands Schaden zugefügt/ mit dem Fewer vom Leben zum Tode gericht/ und gestrafft werden soll: Da ausserhalb solcher Verbündnussen / jemand mit Zauberey Schaden thut / dieselbige sey groß

oder geringe/so soll der Zauberer / Mann oder Weibspersohnen / mit dem Schwerdt gestrafft werden.

20. Magorum pœna juxta Constitutionem Illustrissimorum Hassiæ Principum talis est. Die Christallenseher und Weissager sollen an Leib und Leben / ohne alle Barmhertzigkeit/gestrafft werden. Deßgleichen diejenigen / welche sich solchen Dingen anhängig machen / und zu den Wahrsagern und Christallensehern lauffen / und rath bey ihnen suchen / ꝛc. sollen in Hafft bracht / und an Leib und Gut / nach Gelegenheit der Uberfahrung / gestrafft werden &c. Vide die Hessische Ordnung und Reformation/die Anno 72. publicirt fol. 5.

21. Pœna Magorum juxta constitutionem civitatis Wormatiensis in 2. part. lib. 6. est hujusmodi. Die so Zauberey treiben / zu Latein genandt / malefici, oder die sich unterstehen der schwartzen Kunst / oder zukünfftige Dinge zu sagen wider unsern Christlichen Glauben / ꝛc. sollen nach Gestalt der Sachen / an ihrem Leben oder Leibe gestrafft werden.

22. In quibusdam regionibus usus obtinuit, ut pœnitentes Veneficæ, antequã concremantur, prius strangulentur, ad evitandum periculum, ne lenta mors, ob magnos cruciatus, in blasphemias, aut desperationem eas trahat: Didacus Covarm. l. 2. V. R. c. 10. num. 9. Julius Clarus §. f. q. 99.

23. Non incommodè hîc quæritur. Num cadaver Magi, qui in carcere ante executio-

nem

nem conſcientia perpetrati ſceleris ſe interfecit, aut aliàs mortuus reperitur, comburi poſſit. Et videtur dicendum, quod non l. 6. ubi Marcianus: Defuncto eo, qui reus fuit criminis, pœna extincta eſt D. de public. indiciis, quæ lex videtur negare, in Rei cadaver ſententiam ferri aut id ſupplicio affici poſſe. Idem tradidit Boſſius in Pract. Crim. Tit. de Execut. num. 18. Verùm hæc non obtinent in delictis atrociſſimis l. 20. ubi Gl. D. de accuſat. in quibus judex juſtis de cauſis ex ſuo arbitrio poteſt jubere hos ita functos, vel laqueo ſuſpendi, diſcerpi, vel aliis ignominiis affici, ut tradiderunt Jacobus Menochius de Arbit. Judic. Caſ. 285. Angel. de Malef. ibi: Judex debet conſiderare, an crimen ſit atrociſſimum? Weſenbec. in Paratit. D. de Cadav. defunctorum ibi in verbis: Niſi ob ſcelus. Joachimus à Beuſt de Jurejurand. fol. mihi 524. num. 1178. Idq; uſu & praxi receptum multis in locis aliquot exemplis teſtatur Julius Clarus quæſt. 51. num. 15. Joannes Corraſius Arreſto Thol. Annotat. 94. circa finem. Eberhardus Speckhan. Quæſt. juris cent. 1. quæſt. 85. ubi hujus arbitrii tres cauſas principaliores ordine refert. Cùm itaque cadaver illius, qui crimen læſæ Majeſtatis commiſit, pœna affici poſſit l. fin. D. Ad l. Jul. Majeſt. quantò magis Magi, qui crimen læſæ Majeſtatis divinæ commiſit.

24. Atque ita in contingentia facti pronunciatum ſcio, quòd Cadaver Magi deberet concremari.

cremari. Et forma sententiæ fuit talis : Hat N. der Zauberer bekandt und außgesagt/daß er mit seiner Zauberey seines Nachbaren Haußfraw und Kind umbs Leben gebracht/und er solches gnugsam ist überzeuget/und hernacher mit dem umbgedreheten Halß im Gefängnüß todt gefunden worden. Demnach erkennen und sprechen wir N. darauff vor Recht / daß der todte Cörper / nach dem er für das öffentliche peinliche Halßgericht fürgestelt / zur Wahlstatt geführet / und daselbst anderen zum Abscheu verbrandt werden möge/von Rechtswegẽ.

25. Sed quali pœna afficiuntur,qui Magos consulunt & artibus maleficis & prohibitis ad restitutionem membrorum & amissæ valetudinis recuperationem utuntur. Et primò quidem de jure divino pœna mortis afficiuntur. Deuteronomii decimo octavo. Ideoque Saul periit, quòd Pythonem consuluit interrogando , & non requisivit Dominum. De jure civili similiter pœna capitali afficiuntur. Impr. in l. 5. De Malef. Nemo aruspicem consulat , aut Mathematicum, nemo ariolum. Augurum & vatum prava confessio conticescat. Chaldæi ac Magi, & cæteri , quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat , nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuò divinandi curiositas. Etenim supplicio capitis ferietur gladio ultore prostratus , quicunque jussis nostris obsequium denegaverit. Paulus Grillandus de sortilegiis, quæst. 11. n. 5. Consilia varias pœnas consulentibus constituerunt.

26. Ver-

26. Verba Concilii Ancyritani Can. 34. prout habetur c. Qui divinatores 26. quæst. 5. sunt: Qui divinationes expetunt, & morem gentilium subsequuntur, vel in domos suas hujusmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte magica aut expiandi causa, sub regula quinquennii jaceant secundum gradus pœnitentiæ diffinitos.

27. Verba Concilii Laodicensis, Can. 36. sunt. Non oportet, sacris officiis deditos vel clericos, magos aut incantatores existere, aut facere phylacteria, quæ animarum suarum vincula probantur: hos autem, qui talibus rebus utuntur, projici ab ecclesia jussimus.

28. Concilii Toletani verba 4. Can. 30. sunt: Si quis Episcopus, aut presbyter, vel diaconus, vel quilibet de ordinibus clericorum, aruspices, aut incantatores, aut ariolos, aut certè augures vel sortilegos, vel qui profitentur artem magicam, aut aliquos eorum similia exercentes, consuluisse fuerit deprehensus, monasterii curam excipiat: ibique pœnitentiæ perpetuæ deditus scelus admissum sacrilegii soluat.

29. Aurelianensis concilii verba hæc sunt: Si quis clericus, monachus, vel secularis, divinationes vel auguria crediderit observanda, vel sortes, quas mentiuntur esse sanctorum, quibuscunq; putaverint intimandas, cum his, qui cum eis crediderint, ab ecclesiæ communione pellantur.

30. Ver-

30. Verba Concilii Acquirensis sunt part. 2. caus. 26. q. 5. episcopi: Episcopi eorumque ministri omnibus modis elaborare studeant, ut perniciosam, & à Zabulo inventam, sortilegam & magicam artem ex parochiis suis penitùs eradicent: & si aliquem virum aut mulierem hujuscemodi sceleris sectatorem inveniunt, turpiter dehonestatum de parochiis suis dejiciant. Ait enim Apostolus Tit. 3. Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem devita, sciens quòd subversus est, & is etiam, qui ejusmodi est. Subversi sunt, & à Diabolo captivi tenentur, qui, relicto creatore suo, Diaboli suffragia quærunt: & ideò à tali peste debet mundari sancta ecclesia.

31. Quamcunque item divinatoriam artem condemnat lex Mahumetica, asseritque Deum solùm arcana & futura nosse: quare à Mahumetanis inquisitoribus nonnunquam apprehenduntur, conjiciunturque in vincula illius disciplinæ sequaces. Hodiè ex constitutione Carolina 109. pœna eorum, qui ariolos consulunt, & artibus maleficis ac sortilegiis utuntur, etiam ad finem boni, ut conservandæ valetudinis causa, est arbitraria sive extraordinaria. Concordat Laurent. Kirchovius cons. 12. Tom. 2. cons. German. JC. num. 9. ubi ait: Quare dicendum, eum relegandum esse, aut alia pœna arbitraria, sive extraordinaria puniendum esse, non pœna mortis, ut sæpè dictum est, ita contineri expresse in der peinlichen Rechts-

Ord-

Ordnung/unter dem Titel/ Straffe der Zauberey. Restat,ut de pœna Lamiarum agamus.

32. Lamiæ aut fatentur possibilia, videlicet se homines & jumenta sortilegiis & magica arte interfecisse, & hoc si constat, absque ulla dubitatione, juxta prædictam 109. constitutionem Carolinam sunt comburendæ: aut fatentur impossibilia, scilicet se per angustum foramen in aërem volasse, in bestias fuisse transmutatas, cum Diabolo Venerem exercuisse, & non sunt ob id puniendæ, sed verbo Dei potiùs meliùs instruendæ: aut denique fatentur, se contractum cum Satana iniisse, quo casu, extraordinaria pœna, ut fustigatione, relegatione, mulcta pecuniaria, resipiscentes puniri possunt. Ejusmodi esto pœna temeritatis, quòd dæmoniacæ suggestioni, & ludibriis non satis constanter restiterint, imò etiam consenserint. Quod autem sortigeli pœna arbitraria sit, ostendit sæpè allegatus textus, c. 109. Wo aber jemand Zauberey gebraucht/ und damit niemandt Schaden gethan hätt/ soll sonst gestrafft werden. Menochius cas. 388. num. 1. Laurent. Kirchovius supra allegato loco, Joan. Althusius in Jurisprud. Rom. cap. 52. lib. 1. Joannes Fichardus cons. CXII. num. 4.

33. Et ita in tali casu judicatum memini: Ob woll dieser Fall unter den Gelährten sehr bedencklich und streitig/ dieweil aber dennoch in solchen zweifelhafftigen peinlichen Fällen die gelinde Straffe zu erwehlen/ so sprechen dennoch die N. daß auß solchem

chem und anderen Ursachen die gefangene N. wegen obgedachter ihrer Verbrechung / und weil sie mit der Zauberey niemand Schaden zugefügt / viel weniger Menschen und Viehe damit getödtet / mit Brennung eines Zeichen zur Staupen geschlagen / und aller unsers gnädigen Fürsten und Herrn Landen uff 12. Jahr verwiesen seyn soll von Rechtswegen. Semper enim in dubiis benigniora sunt præferenda, & meliùs est, multos nocentes absoluere, quàm unum innocentem condemnare. Sed objicitur; imò Lamiæ, propter conatum, pœna mortis sunt afficiendæ: est enim in eis animus & voluntas nocendi, quamvis non respondeat successus. Cùm autem solutio hujus objectionis consistat in illa juris quæstione: Quando & qua pœna conatus ad delictum puniatur? Ideòq; quæ hac de re observavi, perspicuè & breviter, quantū fieri potest, expediam.

34. Primò nuda, simplex, latens in animo, ac nemini detecta cogitatio, ut ab hominibus ignorata, ita ab iisdem puniri non potest l. 18. D. de pœnis, ubi Ulpianus: cogitationis pœnā nemo patitur. Et Pontifex in c. sicut de Simon. De occultis non judicat lex. Solus enim Jehova, Dux exercituum, cogitationes hominum punit, cùm hæ ipsius omnipotentiæ & omniscientiæ nequeant occultari. Veteres Theologi de cogitationibus hominum sic loquuntur, ut refert Jacob. Menochius de Arbitr. Jud. casu 360. num. 2. 3. & 4. Cogitationem illam, cui homo non assentitur, dicunt esse impunibilem:

Cogi-

Cogitationem verò, cui homo leviter aſſentitur, affirmant peccatum veniale tantùm inducere. Tertiò cogitationem, cui homo perfectè aſſentitur, mortale peccatum eſſe.

35. Mihi placet Lamberti Danæi diſtinctio in Ethica ſua Chriſtiana libro 2. capite 17. ubi tres cogitationis gradus conſtituit hoc modo: Primus, inquit, eſt cogitatio rei malæ, levis & momentanea, quæ animum noſtrum prætervolat, priusquam à nobis ipſis percipiatur & animadvertatur. Tàm eſt enim ad omne malum fœcunda natura noſtra, Hierem. 4. verſ. 22. ut continuè & indeſinenter quædam turpia cogitet. Quæ cogitationes, quanquam ſunt veriſſimi corruptionis noſtræ originalis fructus & effectus, tamen, quia ſunt leviſſimæ, & nobis non percipientibus præterfluunt, non appellantur concupiſcentia, neque hoc præcepto damnantur in electis. Sunt tamen amarus vitii noſtri in nobis ferventis & ebullientis ſudor & fumus.

Secundum cogitationum genus & gradus eſt, cùm jam illa cogitatio mali non tantùm percipitur à nobis ipſis, ſed etiam nos quodammodo titillat & delectat, & pertentat tacito noſtrum pectus gaudio, quanquam illi tamen non aſſentiamur, imò etiam eam procul à nobis & repellamus & avertamus. Utcunque enim prava illa titillatio & aculeus levis ſit & ſubitus, jam tamen eſt concupiſcentia: Quia, cùm à cupiendo aut concupiſcendo dicta ſit concupiſcentia,

ſcentia, ubicunque concupiſcit, gliſcitque, aut ſeſe in noſtrum cor inſinuat gaudium & delectatio aliqua de re turpi & mala, certè concupiſcentia eſt, quæ hoc præcepto damnatur. Nihil igitur neceſſe eſt, nos iis cogitationibus aſſentiri, aut eas ſequi velle, ut damnabiles concupiſcentiæ nominentur. Nam etſi eas repudiamus, atque nobis ipſis iraſcimur, qui iſta cogitemus, & qui iis ſimus gaviſi, ſunt tamen concupiſcentiæ. Motus enim & ſenſus omnis jucundus mali, qui tacitè in nobis ſpirat, & ſola cogitatione etiam inopinantibus, atq; adeò ſæpè renitentibus obrepit, concupiſcentia eſt, & apud Deum graviſſimum peccatum, quanquam id homines pro nihilo ducant.

Tertius cogitationum noſtrarum gradus eſt, cùm non tantum iis delectamur & titillamur, ſed quaſi vincimur, adeò ut illis planè aſſentiamur, & omninò. Quod fit, cùm apud nos animo conſtituimus illud ſequi aut committere, quod cogitatio obtulit, quantum in nobis eſt. Hoc tertium cogitationis genus vulgò voluntas certa & reſoluta, ſive aſſenſus animi appellatur, quam ſolam omnes agnoſcunt eſſe peccatum & Philoſophi & Sophiſtæ Romani. Secundum autem cogitationis genus, quam concupiſcentiam appellavimus, non item. Hactenus Danæus.

36. Secundò quis cogitat & agit, ſed non perficit delictum. Et hîc eſt ſubdiſtinguendum. Aut enim quis ad actum remotum acceſſit, aut ad

ad proximum. Si ad actum remotum, ut si cum telo hominis occidendi causa incessit, sed nondum vulneravit vel impeditus vel pœnitentia ductus, tunc punitur extra ordinem, judicis arbitrio, quoniam is ad actum tantùm remotum accessit. Si ad actum proximum accessit, ut qui animo occidendi hominem vulneraverit, tunc delictum habetur pro expleto, & perindè punitur, ac si delictum perfecisset, l. is, qui cum telo 7. C. Ad l. Cornel. de Sicar. l. si quis non dicam rapere 5. C. de Episc. & Clericis l. 1. §. fin. D. de extr. ord. crim. ubi, qui pueri pudicitiam attentat, punitur. Sed hę & similes leges, pœnam capitalem in conatum statuentes, per generalem consuetudinem sunt abrogatæ, & conatus semper ferè extraordinariè punitur, id est, mitiori pœna, quàm si effectus fuisset secutus. Speculat. in titulo De Accusatore §. 1. Bald. in dicta lege 7. C. Ad l. Cornel. de Sicar. Tiraquel. de pœnis. Althusius in Jurisprudent. Rom. lib. 1. c. 50. & c. 54. Et quamvis Bartolus in l. 1 §. Divus. D. Ad l. Cornel. de Sicar. Menochius de Arbitr. Judic. quæst. lib. secundo, cent. 4. casu 360. num. 93. & nonnulli alii censuerunt; ita demum leges, capitaliter conatum punientes, sublatas esse, si statuta in contrarium extent, tamen etiam absque statutis, de generali totius mundi consuetudine idem dicendum esse, Angelus tradidit in d. l. 1. §. fin. num. 3. & cons. 14. num. 3. Jul. Clarus lib. 5. sent. §. fin. q. 92. Cum his consonant quoque constitutiones

 crimi-

criminales Imperii. cap. 177. So sich jemand einer Missethat mit gefährlichen scheinlichen Wercken / die zu Vollnbringung derselben Missethat dienstlich seyn mögen / untersiehet / und doch an Vollnbringung derselben Missethat / durch andere Mittel/wider seinen Willen verhindert wird/solcher böse Wille/darauß etliche Werck/ alß obstehet / folgen/ist peinlich zu straffen; aber in einem Fall härter dann in dem andern / angesehen Gelegenheit und Gestalt der Sachen. Darumb sollen solcher Straff halben die Urtheiler / wie hernach stehet / Raths pflegen/ wie die an Leib oder Leben zuthun gebührt?

Si quis maleficium apparentibus factis ad effectum seu completionem maleficii conducentibus molitur seu conatur, ac quò minus tale facinus perficiat, aliis mediis contra suam voluntatem impeditur: Ea voluntas, ex qua facinora aliqua(ut præponitur)emergunt, criminaliter & pœnaliter corripienda puniendaque est. Sed in alio casu severius quàm in alio, ex respectu & qualitate causarum. Idcircò Judices pœnam propterea consultent, scilicet quomodo ea corpori aut vitæ sit imponenda? Hæc tamen sententia in delictis atrocissimis juxta communem Dd. sententiam locum non habet. Nam in illis punitur conatus, etiamsi effectus secutus non fuerit. Jul. Clarus d. q. 92. num. 2. Kirchovius cons. 13. & 14. Tom. 2. cons. num. 6. & 9. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 14. numer. 7. Nicolaus Vigelius in explicat. constit. crim. cap. 3. Joan. Borcholt. de feudis cap. 8. num.

num.94. Althuſius allegato loco. Weſenbecius in Paratit. D. Ad. l. Cornel. de ſicariis num. 16. in fin. ubi ait : Itaque Saliceti deciſio, exiſtimantis, non compelli Judicem, ſe poſſe pro arbitrio mitiùs punire conatum, quàm effectum cùm lex utrumque eodem modo coërcet: valeat in atrociſſimis delictis, majeſtatis, parricidii, raptus (quanquam hoc ipſum contraverti poteſt, & dicere durum eſt) niſi quando lex expreſsè conatum punit: ut in raptu, literis hoſtilibus (Vehheden und Feindsbrieffe ſchreiben appellant) &c. aut etiam in pœnis Eccleſiaſticis, in reliquis dicamus, eum oportere omninò pœnam, non ſecuto eventu, mitigare. Hactenus Weſenbecius.

37. His ſic præmiſſis ad ſolutionem objectionis reſpondetur : Diſtinguendum eſſe inter conatum poſſibilem & impoſſibilem, hoc eſt, qui naturaliter non potuit deduci in actum. Quapropter cùm naturâ impoſſibile ſit, ut Lamiæ id præſtare & efficere poſſint, quæ confitentur, ſicuti lib. 2. diximus, ideóque ordinaria pœna puniri non poſſunt, ſed extraordinariè tantùm, propterea quòd dæmoniacæ ſuggeſtioni & perſuaſioni vaniſſimæ fidem adhibuerint, d. c. 109. Wo aber jemands. Conſtitut. Carolinæ. Quam etiam ob rem non, quæ quis voluiſſe dicitur, aut potuiſſe probatur, attendunt judices; ſed ea, quæ quis commiſiſſe & feciſſe demonſtratur, quæque per naturam rerum tàm in poteſtatem quàm voluntatem hominis ca-

 dunt,

dunt. Lamias autem hæc non posse, quæ fatentur, satis credo suprà demonstratum esse. Inanis est eorum voluntas, ubi facultas & potentia non adest l.4.D.de acquir. hæred. Nihilque aliud est, quàm puerilis animi persuasio, vel fallax opinio, vel cogitatio tantùm, qua cum nihil sit liberius, ejus pœnam nemo patitur. l.18.D.de pœnis.

38. Pœnam insuper harum vetularum mitigaret aliàs quoque earum ætas atque senectus: quia plerunque eam senectutis partem attigerunt, quæ decrepita dicitur, quæ aliàs semper cum animi delirio & judicii lapsu naturaliter conjuncta est, & pœnæ relaxationem veniamque meretur, simul & tormentis, quibus hæ vetulæ subjiciuntur, eximit. l.3. § ignoscitur. D. A SC. Syllejanum, Wesenbec. in Parat. D. de pœnis num. 10. Geil. lib. 2. obs. CX. num. 33. Quo pertinet illud Vergilii lib. 12. Æneid.

--Dauni miserere senecta.

Et illud Euripidis in Bacchis:

Vestram senectam video mentis indigam.

Item Plauti illud in Mercatore:

Senex quom exemplo est, jam nec sentit, nec sapit.
ajunt solere eum repuerascere.

39. Neque profectò absimiles sunt Lamiarum actiones seu potiùs passiones, illis dormientium, quas Bartol. in l.3. D de just. & jure recenset. Et tamen ille Corypheus, ll. ab ipsis homicidia commissa rectè excusat, tanquam ea hominis peracta operatione, quæ sensu, quæ

quæ voluntate careat, non secus atque à furiosis ac insipidis patrata, Ant. Geil. allegato loco, n. 30. Cur ergò Lamiæ, quarum similis est ratio, magis peccent illis, qui dicuntur non peccare? Quid magis urgetur illarum confessio, quàm furiosorum, quibus calamitate non pares, sed superiores sunt?

40. Præthereà pœnam Lamiarum mitigaret sexus earum. Quia gravius, quoad sexum, puniuntur viri, quàm mulieres, quæ leviorem pœnam merentur. l. quisquis §. ad filias C. Ad l. Jul. Majest. in illis verbis: Mitior circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus & minus ausuras esse confidimus, facit l. 38. §. 1. & 2. D. Ad l. Jul. de adulter. Et est textus elegans c. indignantur 32. q. 6. Tantò gravius viros puniri oportere, quantò magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas.

41. Aurelianus Imperator Zenobiam ad pœnam à militibus requisitam, quòd sibi imperium usurpaverat, vita donavit: indignum existimans, mulierem interimere, author in vita ipsius Aureliani Vopiscus. Sententia est Vergiliana lib. 2. Æneidos:

Nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est.

Plinius lib. 8. Naturalis historiæ, rem satis miram dicit, leonem, ubi sævit, in viros plus, quàm in fœminas fremere: veluti eum natura

docuerit, fœminas clementius, quam mares tractandas.

42. Insuper paupertas Lamiarum & multitudo liberorum facit, ut mitius puniantur. Tiraquellus de pœnis causa 26. allegans l. 7. §. 3. ibi. Favorabilem apud me causam numerus liberorum facit. D. de bonis damnator. Habent enim tales mulierculæ sæpè domi nec frustum panis, nec obulum, quo se suosque sustentare possint: harum tristitiam quando Diabolus videt, tunc illis insidiatur quibuscunque modis, promittendo liberaliter sustentationem, vel adferendo ex cellariis & culinis aliorum cibaria & potum. Hinc Chrysostomus: Omni Diabolica actione potentior ad nocendum est mœroris magnitudo: quia dæmon, quoscunque superat, per mœrorem superat.

43. Hac ratione Sergius Galba in judicio absolutus fuit, quod suos liberos parvulos in concionem produxerat.

44. Hinc Quintilianus ipse lib. 6. affert, inquit, in his momentum, & ætas, & sexus, & pignora, liberi dico, & parentes, & propinqui, quæ omnia tractari variè solent: & paulò pòst illud monet, ut eos in judicio producamus, qui periclitantur, squalidos, atque deformes, & liberos, & parentes. Item paulò mox: Quare & obsecratio illa judicum per charissima pignora, utique & si reo sunt liberi, conjunx, parentes, utilis erit.

45. Pœnitentia quoque Lamiarum delictum minuit.

minuit. Tiraquell.de pœnis cauſ 28. Weſenb. D.de pœnis in fine in v. Pœnitentia.

46. Extat conſtitutio pulcherrima Caroli Magni, in conſtitutionibus ejusdem de rebus Eccleſiaſticis & Civilibus, fol. mihi 74. cónſtit. XXV. cum annotat. Jurisconſult. Baſilienſ. Viti Amerbachii, de pœna hujusmodi Lamiarum: Qui tempeſtates faciunt, placuit ſancto Concilio, ut ubicunque deprehenſi fuerint, videat archipresbyter diœceſis illius, ut diligenter examinentur, ſi forte confiteantur aliquando, conjiciantur in carcerem, ſed tali moderatione fiat diſtrictio, ne vitam perdant, ſed ut ſalventur in carcere, dum Deo inſpirante ſpondeant emendationem peccatorum.

47. De pœna Lamiarum ſic ſtatuit Juriſconſultus Paulus Grillandus de Sortilegiis: Nota, ait, unum valdè ſingulare, quòd illarum apoſtatarum duæ ſunt ſpecies. Una eſt, quæ ſimpliciter retrocedit à fide, & ſequitur cultum & obedientiam dæmonis: altera eſt, quæ poſtquàm Chriſti fidem abnegando reliquit, & dejecit ex corde ſuo, iterum ſe baptizat expreſsè in nomine Diaboli, & aliud nomen ſibi ſuperimponit, licet utraque pars ſit damnata, prior tamen, ſi peccatum ſuum revocat, admittitur ad pœnitentiam, & evitat pœnas corporales ſicuti hæretici. l. Manichæos C. de hæretic.

49. Et denique aliàs juris eſt. Quòd, quotiescunque pœna aliqua conſtitit in arbitrio judicis, prout hæc, id eſt, quæ non eſt aliqua le-

ge expreſſa, tunc judex poteſt quidem pro delicti gravitate gravem etiam pœnam infligere, modò ad mortem non procedat. Sichardus in l 5.C.de ſervis fugitiv.num.8.ubi ait: Hoc aureum eſſe dictum in criminalibus. Fit hoc loco provocatio ad legem Moſaicam Exod. 22. Sed ſufficienter oſtendi, textum illum ſaltem de his loqui, quæ ſortilegiis & magicis artibus homines & jumenta interfecerunt, non verò de ſagis illis & miſeris anubus, quæ, cum Diabolis ſe colludere, choreas ducere, concumbere, ſcopis inſidentes per caminos evolare, ſomniant.

49. Cur non blaſphemiæ & execrationes, non contumacia in parentes, non calumniæ mendacia, obtrectationes in proximum, quæ nunc proobſonio ſunt, æquè vindicantur? ut Weſenbecius in Supplemento ad Schneidewin.§. Item lex Julia Inſtit.de public.Judiciis ſcribit: Mandatum Dei ſeverum eſt: Quicunque blaſphematur nomen Domini, morte moriatur.

50. At quid uſitatius inter milites & mercatores, quàm ut parvi lucelli gratia, in una hora, aliquoties Deum abnegent, & ſe Diabolo voveant? Hinc Chryſoſtomus apud Gratianum c. ejiciens 88. diſtinct. Mercator ſine mendacio, inquit, & perjurio eſſe non poteſt. Et Demoſthenes in Orat. pro Phorm. Ingens, ait, eſſe miraculum, ſi idem mercator induſtrius videatur & probus.

51. Præcipit Deus in eodem capite Exodi

vige-

vigesimo secundo : Advenam non contristabis. Ubi hoc hodiè observatur? dum plerique advenis in omni commercio & negotio, quantum possunt, injustè aliquid detrahunt, id licere putantes, quod non sibi cum indigenis negotium sit. In eodem capite Moyses ait : Viduæ & pupillo non nocebitis. At quid usitatius quàm hos defraudare?

52. Mandat Deus passim in sacr. literis, sicuti ostendi, ut Magi & Arioli capitaliter puniātur. At in quibusdam locis non solùm non puniuntur hodiè, sed insuper quoque patrocinium & honores consequuntur. Imò permittitur ipsis, suas præstigias, & quidem die Dominico, in foro vel curia coram populo ostendere. Nunquam hi puniuntur, qui de rebus amissis, Magos & Veneficas consulunt.

53. Et denique conspicimus hodiè, proh dolor! quàm plurimos libros magicos impunè non tantùm typis excudi, distrahi, vendi & legi, sed & ipsam artem à plerisque sine omni metu usurpari & exerceri.

54. Mitiùs igitur & circumspectiùs cum Lamiis agendum arbitror, ne malum malo cumulemus, & ne simul cum miseris & afflictis spiritus ille dementator & fallacissimus, ipsum magistratum aliosque, qui hisce rebus plus fidei & potentiæ tribuunt, quam reverà physicis rationibus inest, seducat & fallat. Agitur enim hîc de vita hominis, hominis inquam, pro quo Deus pater cœlestis filium suum uni-

 genitum,

genitum, Chriſtum JEſum Dominum noſtrum, crucis ignominioſiſſimam mortem ſubire voluit.

55. Huic reddenda erit ratio, quando in nube ſerena:

Dicere jus veniet, ſceleriſq; coarguet orbem.

Atque ita tandem hic labor, opinione mea, quàm initio operis conceperam, longè major & difficilior, ad metam, adſpirante Jehova, duce exercituum, decurrit: Cui ſoli juſto & miſericordi Deo me, meamque familiam, in hac lachrymarum valle & diverſorio commendo.

Feci, quod potui, potui, quod Chriſte dediſti,
Improba fac meliùs, ſi potes, invidia.

INDEX

INDEX
RERUM ET VERBORUM HUJUS OPERIS LOCUPLETISSIMUS.

Prior Numerus Librum, Alter Paginam denotat.

A.

Ado-

Ama-

B.

Blocks.

Caro-

 Cha.

Con-

Con-

D.

Dæmo-

Demo-

Domi-

F.

Ferri

G.

Gastri

H.

I.

rotæ

Joan-

Judi-

K.

L.

 miti-

Libe-

M.

Male-

Minæ

N.

Nobi-

Obste-

O.

Pactio-

P.

Phi-

Poly-

S.

Sa-

Solum

T.

V.

Ulys-

W.

Z.

FINIS.

ERRATA.

In Libro II.

Pag. 17. lin. 22. pro, spontè, lege, coactè.

In Libro III.

Pag. 7. lin. 16. pro Sagten/lege, Besagten.
pag. 24. lin. 23. pro einzehlige/l. einträchtige.
pag. 74. lin. 12. pro, purgationem, l. probationem.
pag. 190. lin. 26. intelligatur Civitas Tubinga.

30.